Caeterum libri penes illos quamplurimi sunt. Nam Interrogationes quasdam Mariae venditant. Alii de eo quem diximus Ialdabaoth sub Sethi nomine complures libros supposititios obtrudunt. Sed et Adami Revelationes alias, et alia item Evangelia falsa discipulorum nomine conscribere sunt ausi. Nec eos dicere pudet salvatorem nostrum ac dominum Iesum Christum eiusmodi per sese turpitudinem monstrasse. Etenim in Mariae interrogationibus quas Maiores vocant (sunt enim aliae Minores perinde commentitiae) huic illum patefecisse fingunt, cum eam in montem eduxisset, essetque precatus, ac producta de latere suo muliere cum ea rem habere coepisset, tum seminis sui profusione degustata monstrasset, ita, ut vivere possimus, esse faciendum. Addunt et perturbatam fuisse Mariam, atque humi cecidisse, eamque a Christo cum his verbis erectam: *Quare dubitasti modicae fidei?* Atque hoc ipsum esse volunt quod in evangelio dicitur: *Si terrena dixi vobis, et non credidistis, coelestia quomodo credetis?* Item illud: *Cum videritis filium hominis eo ascendentem ubi erat prius*, hoc est, inquiunt, profluens semen exsorptum, ut eo unde exierat revertatur. Tum quod alibi scriptum est: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis meum sanguinem.* Ad quae perturbatis discipulis, ac dicentibus, *Quis hoc potest audire?* de turpitudine sermonem eum institutum ferunt, ideoque turbatos retro pedem retulisse. Nondum enim perfecte corroborati erant ac stabiliti. Quo etiam Davidis illud dictum referunt:

[Margin: Cap. VIII.; Ioann. 3, 12.; Ioann. 6, 53.]

χρόνῳ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας. 3. ἄρα *cod. Rhedig.*

Cap. VIII. — 1. πιστεύσετε *cod. Vatic. et ed. Petav.* πιστεύσητε *cod. Rhedig et edit. princ.*

τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐ-
pag. 90. τοῦ, περὶ τῆς αἰσχρότητος τοῦ ἀνδρὸς, [2] φασὶ, λέγει, Ἐπὶ τὴν ἔξοδον τῶν ὑδάτων, καὶ, Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει, τὴν τῆς ἡδονῆς ἐπίῤῥοιαν, [3] φασὶ, λέγει, καὶ, Τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, ὅτι οὐκ ἐῶμεν αὐτὸ χαμαὶ πεσεῖν, ἀλλὰ αὐτοὶ αὐτὸ ἐσθίομεν.

Κεφ. Θʹ. Καὶ ἵνα μὴ τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἐν μέσῳ ἄγων βλάψω μᾶλλον ἤπερ ὠφελήσω, τούτου χάριν τὰ πολλὰ ὑπερβήσομαι, [1] ἐπεὶ ἂν τὰ πάντα παρ' αὐτοῖς [2] λεγόμενα κακῶς ἐνταῦθα παρατιθέμενος διηγόρευον. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, [3] φασὶ, τεθεικέναι τὴν Ῥαὰβ κόκκινον ἐν τῇ θυρίδι, οὐκ ἦν, [4] φασὶ, κόκκινον, ἀλλὰ τὰ μόρια τῆς γυναικείας φύσεως, καὶ τὸ κόκκινον αἷμα τῶν καταμηνίων λέγει. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, περὶ τούτου λέγει. Φασὶ δὲ εἶναι τὴν σάρκα ἀπολλυμένην, καὶ μὴ ἐγειρομένην· εἶναι δὲ ταύτην τοῦ Ἄρχοντος. Τὴν δὲ δύναμιν τὴν ἐν τοῖς καταμηνίοις καὶ ἐν ταῖς γοναῖς ψυχὴν εἶναί φασιν, ἣν συλλέγοντες ἐσθίομεν· καὶ ἅπερ ἡμεῖς ἐσθίομεν κρέα, ἢ λάχανα, ἢ ἄρτον, ἤ τι ἕτερον, χάριν ποιοῦμεν ταῖς κτίσεσι, συλλέγοντες ἀπὸ πάντων τὴν ψυχὴν καὶ μεταφέροντες μεθ' ἑαυτῶν εἰς τὰ ἐπουράνια. Διόπερ καὶ πάντων μεταλαμβάνουσι κρεῶν, λέγοντες, ἵνα ἐλεήσωμεν τὸ γένος ἡμῶν. Φάσκουσι δὲ τὴν αὐτὴν ψυχὴν εἶναι ἔν τε τοῖς ζώοις καὶ ἐν κνωδάλοις καὶ ἰχθύσι καὶ ὄφεσι καὶ ἀνθρώποις ἐγκατεσπάρθαι, καὶ ἐν λαχάνοις καὶ ἐν δένδρεσι καὶ ἐν γεννήμασι. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν Φιβιωνῖται καλούμενοι ἀναφέρουσι τὰς αἰσχρὰς αὐτῶν θυσίας [5] τῆς πορνείας, τὰς ὑφ' ἡμῶν ἐνταῦθα προειρημένας, ὀνόμασι τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε, οἷς αὐτοὶ ἔπλασαν Ἀρχόντων δῆθεν, ἐμπαίζοντες τοῖς γυναικαρίοις καὶ λέγοντες, Μίγηθι μετ' ἐμοῦ, ἵνα σε ἀνενέγκω πρὸς τὸν Ἄρχοντα. Καθ' ἑκάστην δὲ μίξιν ὀνομάζουσιν ἑνὸς ὄνομά τινος βάρβαρον τῶν παρ' αὐτοῖς [6] πεπλασμένων, καὶ δῆθεν εὔχονται λέγοντες, Προςφέρομέν σοι τῷ δεῖνι, ἵνα προςενέγκῃς τῷ δεῖνι. Τῇ δὲ ἄλλῃ πάλιν μίξει ἄλλῳ ὑποτίθενται ὡςαύτως προςφέρειν, ἵνα καὶ αὐτὸς τῷ ἄλλῳ. Καὶ ἕως ἂν ἔλθῃ, μᾶλλον δὲ κατέλθῃ τριακοσίας ἑξηκονταπέντε πτώσεις τῆς λαγνείας, καθ' ἑκάστην ὄνομά τι ἐπικαλεῖται τὸ τοιοῦτο ἐργαζόμενος, καὶ ἄρχεται πάλιν κατιέναι διὰ τῶν αὐτῶν, τὰ αὐτὰ αἰσχρὰ ἐπιτελῶν καὶ ἐμπαίζων ταῖς ἠπατημέναις.
pag. 91. Ὅταν οὖν εἰς τοσοῦτον ἀριθμοῦ ὄγκον ἐλάσῃ ἑπτακοσίων τριάκοντα πτώσεων, λέγω δὴ μίξεων αἰσχρῶν, καὶ ὀνομάτων τῶν παρ' αὐτοῖς

2. φησὶ cod. *Vatic.*
3. φησὶ cod. *Vatic.*
CAP. IX. — 1. ἐπεὶ πῶς ἂν *placuit Petavio.*
2. λεγόμενα κακῶς ἐνταῦθα cod. *Vatic., recte.* κακῶς λεγόμενα ἐνταῦθα *edit. Petav.* λεγόμενα ἐνταῦθα cod. *Rhedig. et edit. princ.*

Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Atque in eo quod scriptum est, *Secus decursus aquarum,* indicari viri foeditatem asseruit: istud vero, *Quod fructum suum dabit in tempore suo,* voluptatis demonstrare proluviem. Nam quod additum est, *Et folium eius non defluet*, tum a nobis, inquiunt, perficitur, cum in terram decidere non patimur, sed ipsimet illud absumimus. Psalm. 1, 3.

Ac ne prolatis illorum testimoniis plus detrimenti quam utilitatis adferam, idcirco pleraque silentio praetermittam. Alioquin omnia quae ab illis dicuntur hoc loco explicando commemorarem. Nam quod in scriptura legimus Rhaab coccinum in fenestra posuisse, non coccinum erat, inquiunt, sed muliebre pudendum, in quo coccineus color menstruum sanguinem significat. Quin etiam eodem illud spectat: *Bibe aquam de tuis vasis.* Siquidem interire carnem, nec excitari denuo praedicant, eamque ad Principem pertinere. Vim autem illam, quae in menstruis est ac semine, animam esse, quam collectam comedimus. Unde cum carnibus aut oleribus, aut pane, aut alio quopiam vescimur, bene de creatis rebus meremur, dum ex his omnibus animam corrogamus ac nobiscum in coelum evehimus. Ideoque genere omni carnium utuntur, ut generis, aiunt, nostri misereamur. Caeterum eandem inesse putant animalibus et bestiis et piscibus ac serpentibus animam, quae hominibus insit, nec non et oleribus et arboribus ac germinibus infusam. Iam vero qui ex iis Phibionitae vocantur execranda illa libidinis sacra, quae a nobis explicata sunt, CCCLXV nominibus adscribunt, quae Principum esse propria commenti sunt. Ita mulierculis illudentes, *Congredere mecum*, inquiunt, *ut te ad Principem perducam.* Tum ad singulos coitus barbarum aliquod unius ex illis nomen temere ab iis excogitatum pronunciant, ac nimirum hac formula precantur: *Tibi N. offerimus, ut N. vicissim offeras.* Inde alio rursus in congressu alteri se offerre praedicant, ut et is alteri repraesentet. Ita donec per CCCLXV libidinis ac lasciviae gradus ascenderint, vel descenderint potius, quoties Venerem repetunt, eiusmodi aliquod nomen appellant. Inde per eadem illa turpitudinis vestigia relabuntur, ac circumventis a se mulierculis illudunt. Postquam autem iterando saepius concubitu, ac fictis illis nominibus repetendis DCCXXX numerum impleruut, deinceps qui id egerit, palam de se praedi-

Cap. IX. Iosua 2. Prov. 5, 15.

3. φησὶ codd. Vatic. et Rhedig.
4. φησὶ codd. Vatic. et Rhedig.
5. τὰ (repone τὰς) τῆς cod. Vatic.
6. πεπλασμένων cod. Vatic. Reliqui libri πεπλανημένων.

πεπλασμένων, τότε λοιπὸν τολμᾷ ὁ τοιοῦτος καὶ λέγει, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· ἐπειδὴ ἄνωθεν καταβέβηκα διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν τξε' Ἀρχόντων.

Κεφ. ί. Τὰ δὲ τῶν μειζόνων κατ' αὐτοὺς Ἀρχόντων ὀνόματα ταῦτα εἶναι [1] λέγουσι. Πολλοὺς λέγοντες, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰαὼ ἄρχοντα, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ φασὶν εἶναι τὸν Σακλᾶν ἄρχοντα τῆς πορνείας, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τὸν Σὴθ ἄρχοντα, ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ εἶναί φασι τὸν Δάδην· τέταρτον γὰρ ὑποτίθενται οὐρανὸν, καὶ τρίτον· πέμπτον δὲ ἄλλον οὐρανὸν, ἐν ᾧ φασιν εἶναι τὸν Ἐλωαῖον, τὸν καὶ Ἀδωναῖον. Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ φασὶν εἶναι οἱ μὲν τὸν Ἰαλδαβαὼθ, οἱ δὲ τὸν Ἠλιλαῖον. Ἄλλον δὲ ἕβδομον οὐρανὸν ὑποτίθενται, ἐν ᾧ λέγουσιν εἶναι τὸν Σαβαώθ· ἄλλοι δὲ λέγουσιν οὐχὶ, ἀλλ' ὁ Ἰαλδαβαώθ ἐστιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ· ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ οὐρανῷ τὴν Βαρβηλὼ καλουμένην, καὶ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων, καὶ κύριον τὸν αὐτὸν αὐτοπάτορα, καὶ Χριστὸν ἄλλον αὐτολόχευτον· καὶ Χριστὸν τοῦτον τὸν κατελθόντα καὶ δείξαντα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην τὴν Γνῶσιν· ὃν καὶ Ἰησοῦν φασι, μὴ εἶναι δὲ αὐτὸν ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ Μαρίας δεδειγμένον, σάρκα δὲ αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλ' ἢ μόνον δόκησιν εἶναι. Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Διόπερ ἐνετείλατο, φασὶ, τοῖς Ἰουδαίοις, χοῖρον μὴ ἐσθίειν· εἶναι δὲ αὐτὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν οὐρανῶν καὶ ἀγγέλων τῶν ἑαυτοῦ. Τὴν δὲ ψυχὴν ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι ἐντεῦθεν διαβαίνειν διὰ τῶν Ἀρχόντων τούτων, μὴ δύνασθαι δὲ διαπεράσαι, εἰ μή τι ἂν [2] τῆς Γνώσεως ἐν πληρώματι γένηται, μᾶλλον δὲ ταύτης τῆς καταγνώσεως, καὶ ἐμφορηθεῖσα διαδράσειε τῶν Ἀρχόντων καὶ τῶν Ἐξουσιῶν τὰς χεῖρας. Εἶναι δὲ δρακοντοειδῆ τὸν Ἄρχοντα τὸν κατέχοντα τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ καταπίνοντα μὲν τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐν γνώσει ὑπαρχούσας, καὶ διὰ τῆς κέρκου πάλιν ἐπιστρέφοντα εἰς τὸν κόσμον, [3] κἀντεῦθεν εἰς χοίρους καὶ εἰς ἄλλα ζῶα, καὶ πάλιν διὰ τῶν αὐτῶν ἀναφερομένας. Εἰ δέ τις, [4] φασὶν, ἐν τῇ Γνώσει γένηται ταύτῃ, καὶ συλλέξει ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου διὰ τῶν ἐμμηνίων καὶ διὰ τῶν ῥύσεων
pag. 92. τούτων τῆς ἐπιθυμίας, μηκέτι ἐνταῦθα κατέχεσθαι αὐτὸν, ἀλλὰ ὑπερβαίνειν τοὺς προειρημένους Ἄρχοντας, ἔρχεσθαι δὲ, [5] φασὶ, παρὰ τὸν Σαβαὼθ, καὶ πατεῖν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἀθυρογλώττως βλασφημοῦντες, καὶ οὕτως ὑπερβαίνειν εἰς τὸ ἄνω μέρος, ὅπου ἡ μήτηρ τῶν ζώντων ἡ Βαρβηρὼ, ἤτοι Βαρβηλὼ, καὶ οὕτω τὴν ψυχὴν σώζεσθαι. Ἔχειν δὲ καὶ τρίχας ὡς γυναικὸς τὸν αὐτὸν λέγουσιν οἱ τάλανες, νο-

Cap. X. — 1. *Vulgata distinctio est in editis* λέγουσι, πολλοὺς λέγοντες. ἐν μὲν *cett.*

2. τῆς γνώσεως ταύτης, μᾶλλον δὲ τῆς καταγνώσεως ἐν πληρώματος (*sic*) γένηται, καὶ ἐμφορηθεὶς (*sic*) διαδράσειε *cett. cod. Vatic.*

care non dubitat: Ego sum Christus; nam per CCCLXV nomina Principum ex alto descendi.

Maiorum porro Principum nomina haec esse memorat. In supremo, inquiunt, orbe residet Iao, in secundo Saclan, is qui stupris ac libidinibus praeest; in tertio Sethus, in quarto Daden statuunt: quippe quartum esse coelum asseverant, et tertium; ac rursus quintum, in quo Eloaeum collocant, qui idem et Adonaeus dicitur. At sextum occupare volunt alii Ialdabaoth, Elilaeum alii. Sed et septimum esse nonnulli definiunt, cui Sabaoth insideat. Quod ab aliis negatur, qui Ialdabaoth septimam illam stationem attribuunt. In octavo Barbeloni domicilium esse fingunt, nec non et universorum Parenti illi qui idem dominus sit, et suimetipsius pater, quemadmodum et alteri cuidam Christo, qui per sese sit in lucem editus. Tum vero Christum ibidem ipsum collocant, qui de coelo descendit, et eiusmodi Cognitionem humano generi contulit, quem etiam appellatum fuisse Iesum praedicant. Verum eundem negant de Maria natum, sed per Mariam ostensum asserunt; neque carnem aliter quam specie ipsa suscepisse. Quod ad Sabaoth pertinet, hunc asini quidam, alii porci figura constare censent. Ob idque Iudaeis, aiunt, suillis carnibus interdixerat. Hunc esse coelo terraeque conditorem, tum eorum qui consequuntur coelestium orbium, angelorumque suorum. Porro digredientem hinc animam per illos transire Principes, neque tamen penetrare posse, nisi Cognitione illa plenissime perfusa fuerit, vel comdemnatione potius; qua quidem cumulata Principum istorum ac Potestatum manus effugiat. Addunt et huius mundi Praesidem draconis effigiem habere, ab eoque animas absorberi Cognitione illa destitutas, rursumque per caudam in hunc mundum refundi. Ex quo deinceps in porcorum aliorumque animantium corpora transfusae per eadem denuo vestigia sursum efferantur. Quod si quis, aiunt, ea fuerit Cognitione praeditus, seseque per menstrua illa ac libidinis profusionem ex hoc mundo collegerit, eum nihil hic detineri amplius, sed eos quos diximus praetergredi Principes, et ad Sabaoth usque pervenire, atque illius proculcare caput (ita enim sacrilege atque impudenter effutiunt), indeque ad supremum illud domicilium evadere, ubi viventium mater est Barbero, quae et ab illis Barbelo dicitur. Hanc esse animae rationem adipiscendae salutis. Illud vero praeterea infelices illi ad fabulam ad- Cap. X.

3. ἐνταῦθα *cod. Vatic.*
4. φησὶν *codd. Vatic. Rhedig.*
5. φησὶ *codd. Rhedig. Vatic.*

μίζοντες τὸ ὄνομα τὸ Σαβαὼθ ἄρχοντά τινα εἶναι, οὐκ εἰδότες ὅτι ὅπου λέγει, Τάδε λέγει κύριος Σαβαὼθ, οὐκ ὄνομά τινος εἶπεν, ἀλλ' ὄνομα δοξολογίας τῆς θεότητος. Σαβαὼθ γὰρ ἑρμηνεύεται ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου Κύριος τῶν δυνάμεων. Ὅπου γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τὸ Σαβαὼθ ὄνομά ἐστι γεγραμμένον, δύναμιν ὑποφαίνει, ὅθεν ὁ Ἀκύλας πανταχοῦ τὸ Ἀδωναΐ Σαβαὼθ ἑρμηνεύει λέγων, Κύριος στρατιῶν. Οὗτοι δὲ κατὰ πάντα τρόπον ἐμμανέντες κατὰ τοῦ αὐτῶν δεσπότου τὸν μὴ ὄντα ζητοῦσι, καὶ τὸν ὄντα ἀπολωλέκασι, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς ἀπώλεσαν.

Κεφ. ια'. Ἄλλα δὲ ὅσα [1] φλυαροῦσιν ἐν οἷς περικακεῖν ἐστι τὰ τῆς αὐτῶν μανίας λέγειν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν γυναιξὶ μὴ πλησιάζοντες ταῖς ἰδίαις χερσὶ αὐτῶν ἑαυτοὺς φθείρουσι, τὴν δὲ αὐτῶν φθορὰν λαμβάνουσιν εἰς τὰς χεῖρας, καὶ οὕτως ἐσθίουσι, χρώμενοι σεσυκοφαντημένῃ μαρτυρίᾳ, [2] τῷ, Αἱ χεῖρες αὗται ἐπήρκεσαν οὐ μόνον ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ, καὶ [3] τῷ πάλιν, [4] Ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ἵνα [5] δύνησθε καὶ τοῖς μὴ ἔχουσι μεταδοῦναι. Ὡς καὶ περὶ τούτων, οἶμαι, ἐκινήθη τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῷ ἀποστόλῳ Ἰούδᾳ, λέγω δὴ ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ γραφείσῃ καθολικῇ ἐπιστολῇ. Ἰούδας δέ ἐστιν οὗτος ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου καὶ κυρίου λεγόμενος. Ὑπέδειξε γὰρ αὐτοὺς τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τῆς φωνῆς τοῦ Ἰούδα κατὰ τὰ κτήνη φθειρομένους καὶ φθείροντας, ὡς λέγει ὅτι, Ὅσα μὲν οὐκ οἴδασιν, ἀγνοοῦντες ἁλίσκονται, ὅσα δὲ οἴδασιν, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα φθείρονται. Κυνῶν γὰρ δίκην καὶ χοίρων τὴν ἀπ' αὐτῶν φθορὰν ἐπιτελοῦσιν. Οἱ κύνες γὰρ καὶ οἱ χοῖροι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλα ζῶα, οὕτως φθείρονται, καὶ τὴν ἀπόρρυ-
pag. 93. σιν τὴν ἀπὸ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐσθίουσι. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι· Μιχαὴλ δὲ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ διαβόλῳ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος οὐκ ἤνεγκε λόγον βλασφημίας, ἀλλὰ εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι σοι ὁ κύριος· οὗτοι δὲ ὅσα οὐκ οἴδασι, φυσικῶς βλασφημοῦσιν, ὅτι τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τὰ μετὰ ἁγιασμοῦ ἡμῖν παραδοθέντα βλασφημοῦσιν, εἰς αἰσχρότητα αὐτοὶ μεταβαλλόμενοι. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἅτινα κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐτόλμησαν λέγειν, ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν, Ὥς τέ τινας τολμᾶν ἡμᾶς λέγειν, Ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἀγαθὰ, ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι. Πόσας δὲ ἄλλας ἀγάγοιμι μαρτυρίας κατὰ τῶν βλασφήμων; Οὗτοι γὰρ οἱ ταῖς ἰδίαις

Cap. XI. — 1. φλυαροῦσιν *non habet cod. Vatic.*
2. *Libri vulgo* τὸ.
3. *Libri vulgo* τὸ.
4. ἐργαζόμενος *codd. Vatic. Rhedig.*
5. δύνηται *cod. Vatic.*

iunxerunt, eidem Sabaoth capillos esse muliebres; quod scilicet vocem illam Sabaoth Principis alicuius esse nomen arbitrentur, neque illud intelligant, ubicumque ita dicitur, *Haec dicit dominus Sabaoth*, non cuiuspiam id esse proprium nomen, sed praedicando potius numini velut quoddam laudationis vocabulum adhiberi. Quippe dominus Sabaoth idem Hebraice quod exercituum significat. Et quidem ubicumque vox illa Sabaoth in vetere testamento legitur, exercitum sonat. Itaque pro eo quod Hebraice scriptum est, *Adonai Sabaoth*, Aquila perpetuo, *Dominus exercituum* reddit. Sed isti furore atque amentia perciti ad domini sui iniuriam eum qui nusquam est inquirunt, et eum qui est reipsa, vel semetipsos potius, perdiderunt.

Sunt et aliae eorumdem innumerabiles nugae, nec sine taedio Cap. XI. potest omnis istorum insania commemorari. Sed illud praetermitti non potest, quosdam ex horum esse numero, qui ita mulierum consuetudine abstinent, ut seipsos manibus suis conspurcent, iisque foedissimum libidinis virus excipiant atque eo vescantur, ad quod testimonium illud per summam calumniam detorquent: *Manus istae* Act. 20, 31. *suppeditarunt non mihi solum, sed et iis qui mecum sunt.* Item istud: *Operantes manibus propriis, ut possitis iis qui non habent communicare.* Eph. 4, 28. De quibus adeo mihi commotus videtur in apostolo Iuda spiritus sanctus, hoc est in catholica illius epistola (Iudas ille porro est qui Iacobi, atque etiam domini frater appellatus est). In qua per apostoli vocem spiritus, inquam, sanctus, corruptos illos corruptores esse demonstrat, ut ibidem loquitur: *Quae enim nesciunt* Ep. Iud. v. 10. *ignorantes in illis capiuntur: quae vero norunt, in iis tanquam muta animalia corrumpuntur.* Siquidem canum instar ac porcorum sua se corruptela turpitudinis inquinant. Hoc enim modo tam canes ac porci quam caetera se animantia corrumpunt, et profluentem e corporibus suis libidinis humorem delingunt. Atque illi revera carnem suam erumpente velut per somnium fluxione commaculant. *Dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant: at Michael* Ep. Iud. v. 8. *archangelus cum diabolo disputans de Moysi corpore blasphemiae sermonem non tulit, sed dixit, Increpet te dominus: hi autem quaecumque ignorant naturaliter blasphemant;* dum sacrosanctis illis mysteriis quae cum sanctissimis religionibus nobiscum communicantur contumeliose illudunt, et ad spurcissimam flagitiosissimamque libidinem convertunt. Haec sunt quae adversus apostolos effutire sunt ausi, quemadmodum beatus apostolus scribit: *Adeo ut quidam haec a no-* Rom. 3, 8. *bis dici iactare audeant, Faciamus mala, ut eveniant bona; quorum iustum est iudicium.* Quam vero multa testimonia suppetunt quae contra blasphemos illos in medium afferre possimus! Sed illi qui

χερσὶ φθειρόμενοι, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ οἱ ταῖς γυναιξὶ πλησιάζοντες, λοιπὸν κόρον μὴ λαβόντες τῆς μετὰ τῶν γυναικῶν πολυμιξίας, εἰς ἀλλήλους ἐκκαίονται, Ἄνδρες ἐν ἀνδράσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὴν ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Ἐξώλεις γὰρ οἱ αὐτοὶ γενόμενοι μακαρίζουσιν ἀλλήλους, [6] ὡς τὸ προκριτέον πρᾶγμα ἀναδεξάμενοι. Ἀλλὰ καὶ ἀπατῶντες τὸ αὐτοῖς πειθόμενον γυναικεῖον γένος, τὸ σεσωρευμένον ἁμαρτήμασι καὶ ἠγμένον ποικίλαις ἐπιθυμίαις, φάσκουσι ταῖς ἠπατημέναις ὑπ' αὐτῶν ὅτι, Ἡ δεῖνα παρθένος, ἡ τοσαῦτα ἔτη ἐφθαρμένη, καὶ φθειρομένη καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Κόρον γὰρ οὐκ ἔχει παρ' αὐτοῖς ἡ λαγνεία, ἀλλ' ὅσον τις παρ' αὐτοῖς αἰσχρουργὸς ἄνθρωπος, τοσοῦτον παρ' αὐτοῖς ἐπαινετός. Ἐκείνας δέ φασιν εἶναι παρθένους, τὰς μηδέποτε ἐν κοσμικῇ μίξει γάμου κατὰ φύσιν τῆς συνηθείας γενομένας, ἕως καταβολῆς σπέρματος, ἀλλὰ μιγνυμένας μὲν ἀεὶ καὶ πορνευούσας, πρὸ δὲ τοῦ ἀπαρτισθῆναι τὴν ἡδονὴν ἀφιστώσας τὸν πονηροποιὸν αὐτῶν τῆς κοινωνίας φθορέα, καὶ λαμβανούσας τὴν προειρημένην αἰσχρότητα εἰς ἐδωδὴν, ὡς κατὰ τὸ ὅμοιον τοῦ Σηλὼμ πρὸς τὴν Θάμαρ κακοτροπίας, ἀλλὰ ἀπὸ παρθενίας τὴν τέχνην ταύτην [7] ἐπανῃρημένας, τοῦ φθείρεσθαι μὲν, μὴ ὑποδέχεσθαι δὲ τῆς φθορᾶς τὴν μίξιν καὶ τὴν ἀπόρροιαν. Βλασφημοῦσι δὲ οὐ μόνον τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Ἠλίαν, καὶ πάντα
pag. 94. [8] τὸν χορὸν τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν θεὸν τὸν ἐκλεξάμενον αὐτούς.

Κεφ. ιβ'. Ἄλλα δὲ μυρία παρ' αὐτοῖς πεπλασμένα γραφεῖα τετόλμηται. Γένναν μὲν γὰρ Μαρίας βιβλίον τί φασιν εἶναι, ἐν ᾧ δεινά τε καὶ ὀλέθρια ὑποβάλλοντές τινα ἐκεῖσε λέγουσιν. Ἐκ τούτου γάρ φασι τὸν Ζαχαρίαν ἀπεκτάνθαι ἐν τῷ ναῷ, ἐπειδὴ, [1] φασὶ, ὀπτασίαν ἑώρακε, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου θέλων εἰπεῖν τὴν ὀπτασίαν ἀπεφράγη τὸ στόμα. Εἶδε γὰρ, [2] φασὶν, ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς θυμιάματός τινα, ὡς ἐθυμία, ἄνθρωπον ἑστῶτα [3] ὄνου μορφὴν ἔχοντα. Καὶ ἐξελθόντος, [4] φασὶ, καὶ θέλοντος εἰπεῖν, Οὐαὶ ὑμῖν, τίνι προσκυνεῖτε; ἀπέφραξεν αὐτοῦ τὸ στόμα ὁ ὀφθεὶς αὐτῷ ἔνδον ἐν τῷ ναῷ, ἵνα μὴ δύνηται λαλῆσαι. Ὅτε δὲ ἠνοίγη τὸ στόμα αὐτοῦ, ἵνα λαλήσῃ, τότε ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς, καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν, καὶ οὕτως, [5] φασὶν, ἀπέθανε Ζαχαρίας. Διὰ τοῦτο γὰρ [6] ὁ ἱερεὺς προσετάγη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος, φασὶν, ἔχειν

6. *Suspicor* ὥς τι.
7. ἐπανῃρημένας *ego rescripsi pro* ἐπανειρημένας, *quod in libris vulgo extat.*
8. τὸν *cum Petavio adieci ex cod. Vatic. Non extat in ed. princ. et cod. Rhedig.*

Cap. XII. — 1. φησὶ *codd. Vatic. Rhedig.*
2. φησὶν *codd. Vatic. Rhedig.*
3. *Hinc illa fabula de Onocoete Christianorum deo, de qua Tertull. Apolog. cap. 16.*

suis ipsi manibus abominandam libidinem exercent, qui cum mulieribus se commiscent, assiduo illarum usu nequaquam exsatiati in semetipsos exardescunt, *Viri*, inquam *in viros*, sicut scriptum est, *mercedem erroris sui in semetipsis recipientes*. Etenim perditi profligatique homines beatos se invicem praedicant, tanquam praecipuum quiddam facinus ac singulare susceperint. Quinetiam mulierculis quas sibi morigeras habent, illudentes, *Mulierculis*, inquam, *onustis peccatis, ac multiplicibus cupiditatibus abductis*, identidem narrant, hanc, quam videlicet nominant, esse virginem, cum ante multos iam annos vitiata fuerit, ac quotidie constupretur. Apud illos quippe satietas libidinis nulla; et quo foediora quisque perpetraverit, eo maiori omnium laude ac praedicatione celebratur. Virgines porro illas appellant quae nunquam legitimo nuptiarum usu ac naturali illa consuetudine ita perfunctae sunt, ut infusum semen exciperent, sed quae licet assiduis se stupris flagitiisque contaminent, tamen antequam libido omnis impleatur perditissimum suum illum admissarium excutiunt, illasque quas diximus turpissimas sordes ad vescendum excipiunt. In quo immane illud horrendumque Sellomi cum Thamare facinus imitantur, utpote quae servandae virginitatis artificium illud susceperint, ut cum assidue corrumpantur, nullam tamen ex ea corruptela infusionem seminis admittant. Neque vero aut Abraamum, duntaxat, aut Moysen atque Eliam, adeoque prophetas omnes sed et deum ipsum a quo sunt electi contumeliose traducunt.

Rom. 1, 27. 2. Tim. 3. 6. Gen. 38.

Cap. XII.

Infinita porro penes illos sunt supposititia atque impudenter conficta monumenta. Cuiusmodi est qui De Progenie Mariae liber inscribitur, in quo horribilia quaedam ac detestanda illorum dicta continentur. Velut inter alia, eam Zachariae necis in templo caussam extitisse, quod cum visum quoddam illi esset oblatum, idque prae metu significare vellet, os ei primo praeclusum sit. Viderat autem, inquiunt, cum incensi hora suffiret, asini figura stantem hominem, ac cum egredi vellet, itaque proloqui, Vae vobis, quem enim tandem adoratis? ab eo qui in templo intus apparuit oris illi, ne efferre posset, usus interclusus est; post autem ubi vox eidem est restituta, atque hoc in Iudaeos arcanum evulgavit ab illis interfectus est. Haec, inquiunt, Zachariae mortis occasio fuit. Addunt eandem illam ob caussam iussum a legislatore pontificem tintinnabula gestasse, ut quoties ad functionem suam obeundam ingrederetur, cre-

4. φησὶ cod. *Vatic.*
5. φησὶν cod. *Vatic.*
6. ὁ ἱερεὺς προςετάγη ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος, φασὶν codd. *Vatic. Rhedig.* ὁ ἱερεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος προςετάγη, φασὶν ed. *Petav. In edit. princ. desideratur vox* προςετάγη.

κώδωνας, ἵν' ὅταν εἰςέρχηται ἱερατεῦσαι, τὸν [7] κτύπον ἀκούων τῶν κωδώνων κρύπτηται ὁ προςκυνούμενος, ἵνα μὴ φωραθῇ τὸ [8] ἰνδαλματικὸν τῆς μορφῆς αὐτοῦ πρόςωπον. Ἔστι δὲ τὸ πᾶν τῆς εὐηθείας αὐτῶν ἐπιτήδευμα εὐθυέλεγκτον καὶ χλεύης ἔμπλεον. Εἰ γὰρ ἦν ὅλως ὁρατὸς ὁ ἱερουργούμενος, οὐδὲ κρυβῆναι ἠδύνατο· εἰ δὲ ὅλως κρυβῆναι ἠδύνατο, οὐκέτι ἦν ὁρατός. Καὶ ἑτέρως πάλιν πρὸς αὐτοὺς ῥητέον ὅτι εἰ ὁρατὸς ἦν, σῶμα ἄρα ἦν, καὶ οὐκ ἦν πνεῦμα, εἰ δὲ πνεῦμα ἦν, οὐκέτι ἐν ὁρατοῖς ἐξετάζεται. Πῶς οὖν τὸ οὐκ ἐν ὁρατοῖς ἐξεταζόμενον ἀπὸ τοῦ κτύπου τῶν κωδώνων τῆς ἑαυτοῦ συστολῆς προενοεῖτο; Ἔχον γὰρ τὸ ἀόρατον κατὰ φύσιν οὐκ ἂν ὠπτάνετο, εἰ μὴ ἤθελεν. [9] Εἰ καὶ ὤφθη δὲ, οὐκέτι κατὰ ἀνάγκην ἐφαίνετο, τῆς φύσεως αὐτὸν ἀγούσης εἰς τὸ φαίνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ χάριν, οὐ φόβῳ καὶ προλήψει, παρὰ προςδοκίαν [10] ἄνευ κτύπου εἰς τὸ δῆλον καθιστῶντος τὴν αὐτοῦ ὀπτασίαν. Καὶ οὕτως κατὰ πάντα τρόπον διέπεσεν ὁ αὐτῶν ψευδὴς καὶ παραπεποιημένος λόγος. Καὶ πολλά ἐστιν ἄλλα ἃ λέγουσι ληρώδη· καί τοί γε τοῦ Ζαχαρίου μὴ ἀποκτανθέντος εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ ἐπιμείναντος ἡμέρας μετὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου γέννη-
pag. 95. σιν, καὶ προφητεύσαντος περὶ τοῦ Ἰωάννου καὶ περὶ τῆς παρουσίας κυρίου καὶ ἐνσάρκου γεννήσεως ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας διὰ πνεύματος ἁγίου, ὡς λέγει, Καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προςώπου κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει, καὶ τὰ ἑξῆς. Πόσα δὲ ἄλλα ἔστιν εἰπεῖν περὶ τῆς αὐτῶν ψευδηγορίας καὶ τοῦ αὐτῶν μιασμοῦ;

Κεφ. ιγ'. Οἱ δὲ Λευῖται παρ' αὐτοῖς καλούμενοι οὐ μίσγονται γυναιξὶν, ἀλλὰ ἀλλήλοις μίσγονται. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ προκριτέοι παρ' αὐτοῖς δῆθεν καὶ ἐπαινετοί. Καταγελῶσι δὲ λοιπὸν τῶν τὴν πολιτείαν ἀσκούντων, καὶ ἁγνείαν, καὶ παρθενίαν, ὡς εἰς μάτην τὸν κάματον ἀναδεδεγμένων. Προςφέρουσι δὲ εἰς ὄνομα Φιλίππου τοῦ ἁγίου μαθητοῦ εὐαγγέλιον πεπλασμένον, ὅτι φησὶν, Ἀπεκάλυψέ μοι ὁ κύριος τί τὴν ψυχὴν δεῖ λέγειν ἐν τῷ ἀνιέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ πῶς ἑκάστῃ τῶν ἄνω Δυνάμεων ἀποκρίνεσθαι· ὅτι ἐπέγνων ἐμαυτήν, φησὶ, καὶ συνέλεξα ἐμαυτὴν πανταχόθεν, καὶ οὐκ ἔσπειρα τέκνα τῷ Ἄρχοντι, ἀλλὰ ἐξερρίζωσα τὰς ῥίζας αὐτοῦ, καὶ συνέλεξα τὰ μέλη τὰ διεσκορπισμένα, καὶ οἶδά σε τίς εἶ· ἐγὼ γὰρ, φησὶ, τῶν ἄνωθέν εἰμι. Καὶ οὕτως, φησὶν, ἀπολύεται. Ἐὰν δὲ, φησὶν, εὑρεθῇ γεννήσασα υἱὸν, κατέχε-

7. κτύπον *codd. Vatic. Rhedig.* τύπον *ed. princ.*
8. ἰνδαλτικὸν *cod. Vatic.*
9. εἰ καὶ ὤφθη δὲ *cod. Vatic.* εἰ δὲ καὶ ὤφθη δὲ *cod. Rhedig., et editorum uterque.*

pitaculorum strepitu is qui adorabatur admonitus sese e medio subtraheret, ne cum larva illa ac turpi effigie deprehenderetur. Enimvero stolidum illud stultissimorum hominum commentum cum ad convincendum perfacile est, tum risu ac ludibrio dignum. Etenim sive is erat omnino, cui haec sacra faciebant, aspectabilis, occultari minime poterat: sive occultari penitus poterat, non iam erat aspectabilis. Quod item alio modo contra eosdem urgeri potest. Si enim videri poterat, corpus utique erat, non spiritus: sin fuisse spiritum dixerint, non inter ea censendus erit quae discerni oculis possunt. Quid igitur attinebat eum qui oculorum sensu percipi nequiret illo tintinnabulorum sonitu fugae suae latebraeque consulere? Cum enim id natura insitum haberet ut videri non posset, profecto nisi vellet a nemine videretur. Quod vero esset ab aliquo conspectus, non illud necessitate contingeret, quasi eum in lucem et apertum natura produxisset, sed indulgentia quadam potius, neque ita ut subito metu atque ex improviso praeterque expectationem, suppresso illo sonitu, palam se videndum praeberet. Ita omni ex parte falsa illorum atque ementita ratio concidit. Sed alia quaedam plurima sunt quae nugatorie atque inaniter iactare solent. Atqui neque illico est interfectus Zacharias et post ortum Ioannis adhuc vixit, deque eo ac de Christi adventu et eiusdem secundum carnem per spiritum sanctum e beata virgine Maria generatione vaticinatus est his verbis: *Et tu* Luc. 1, 76.
puer propheta altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem domini parare vias eius, ad convertenda corda patrum in filios et inobsequentes ad prudentiam etc. Quanta vero ad eorum mendacia convincenda, contraque abominandam illam libidinem a nobis afferri possunt!

Atque ut de illorum Levitis, sic enim appellant, nonnihil dica- Cap. XIII.
mus, isti non cum mulieribus, sed secum invicem miscentur, ac scilicet praecipua inter illos dignitate ac laude commendantur. Tum vero eos omnes derident qui monasticum vitae genus amplexi sunt, aut castitatem virginitatemque profitentur, quod frustra id sibi molestiae ac laboris imponant. Praeterea Evangelium quoddam sub Philippi sanctissimi Christi discipuli nomine circumferunt, in quo ista narrantur: *Mihi*, inquit, *dominus aperuit, quibus anima verbis uti cum in coelum ascendit, ac quemadmodum unicuique coelestium Virtutum respondere debeat: nimirum, Ego meipsam agnovi, atque undiquaque collegi: neque Principi filios genui, sed eius radices extirpavi, ac dissipata membra in unum coegi, teque adeo qui sis novi: Sum enim e coelestium numero.* Atque hoc modo, inquiunt, illa dimittitur. Sin

10. *Male vertit Petavius* „suppresso illo sonitu", *praveque distinxit, non post* προλήψει, *sed post* κτύπου.

ται κάτω, ἕως ἂν τὰ ἴδια τέκνα δυνηθῇ ἀναλαβεῖν καὶ ἀνελκύσαι εἰς ἑαυτήν. Καὶ ταῦτά ἐστι τὰ ληρώδη αὐτῶν καὶ μυθώδη. Ὡς καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Ἠλία τολμῶσι βλασφημεῖν καὶ λέγειν, ὅτι φησὶν, Ὅτε ἀνελήφθη, κατεβλήθη πάλιν εἰς τὸν κόσμον. Ἦλθε γὰρ, φησὶ, μία δαίμων, καὶ ἐκράτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι, Ποῦ πορεύῃ; ἔχω γὰρ τέκνα ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐ δύνασαι ἀνελθεῖν καὶ ὧδε ἀφεῖναι τὰ τέκνα σου. Καὶ, φησὶ, λέγει, Πόθεν ἔχεις τέκνα ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐγὼ ἤμην ἐν ἁγνείᾳ; Λέγει, φησὶ, Ναὶ, ὅτε ἐνυπνίοις ἐνυπνιαζόμενος πολλάκις ἐν τῇ ἀπορροίᾳ τῶν [1] σπερμάτων ἐκενώθης, ἐγὼ ἤμην ἡ μεταλαβοῦσα ἀπὸ σοῦ τὰ σπέρματα καὶ γεννῶσά σοι υἱούς. Πολλὴ δὲ μωρία τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. Πῶς γὰρ δύναται δαίμων πνεῦμα ὂν ἀκάθαρτον καὶ ἀσώματον [2] σωμάτων μεταλαμβάνειν; Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σωμάτων μεταλαμβάνει καὶ κυΐσκει, οὐκέτι ἐστὶ πνεῦμα, ἀλλὰ σῶμα· pag. 96. σῶμα δὲ ὂν, πῶς ἐστιν ἀόρατον καὶ πνεῦμα; Καὶ πολλὴ ἀτοπία τῆς αὐτῶν μωρολογίας. Βούλονται γὰρ τὴν κατ' αὐτῶν μαρτυρίαν τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Ἰούδα μᾶλλον εἰς ἑαυτοὺς δῆθεν ἐπάγεσθαι, ἐν τῷ λέγειν, Καὶ οἱ μὲν ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ [3] βλασφημοῦσι. Οὐκ εἶπε δὲ ὁ μακάριος Ἰούδας ἀδελφὸς τοῦ κυρίου περὶ ἐνυπνιαζομένων ἐν σώμασιν. Εὐθὺς γὰρ ἐπιφέρει καὶ δεικνύει ὅτι περὶ τῶν ἐνυπνιαζομένων λέγει τῶν λαλούντων ὡς δι' ὀνειράτων τὰ αὐτῶν ῥήματα, καὶ οὐκ ἀνανήψει γρηγορήσεως λογισμῶν. Καὶ γὰρ καὶ περὶ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ διδασκάλων λέγει Ἡσαΐας, Πάντες κύνες [4] ἐννεοὶ οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὧδε δὲ ἐν τῇ τοῦ Ἰούδα ἐπιστολῇ δείκνυσι λέγων, Ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, ἃ οὐκ οἴδασι λέγοντες· καὶ ἔδειξεν ὅτι οὐ περὶ τῆς ἐνυπνιάσεως λέγει τοῦ ὕπνου, ἀλλὰ περὶ τῆς μυθώδους αὐτῶν τραγῳδίας καὶ ληρολογίας, ὡς διὰ ὕπνου λεγομένης, καὶ οὐκ ἀπὸ ἐρρωμένης διανοίας.

Κεφ. ιδ'. Περικακῶ δὲ ὡς ἀληθῶς τὰ πάντα ἐξειπεῖν. Θεοῦ γάρ ἐστι μόνου ἀποκλεῖσαι τὸν βυθὸν τῆς δυσοδμίας ταύτης. Καὶ παρελεύσομαι ἐκ τοῦ τύπου, εὐξάμενος τῷ παμβασιλεῖ θεῷ, μηδένα εἰς τὸν βόρβορον ἐγκαταπαγῆναι, μηδὲ ἐμαυτοῦ τὴν ἔννοιαν μεταλαβεῖν τῆς δυσώδους ἀκαθαρσίας. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐκκόπτει αὐτῶν πᾶσαν ῥίζαν τῆς κακίας, περὶ χηρῶν νεωτέρων παραγγέλλων, Χήρας, φησὶν, νεωτέρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιᾶσαι τοῦ Χριστοῦ

Cap. XIII. — 1. σπερμάτων *reposui pro* σωμάτων, *quod omnes libri retinent.*
2. *Pro* σωμάτων *fortasse est* σπέρματα *rescribendum.*
3. βλασφημοῦσιν *cod. Vatic.* βλασφη-

autem sobolem propagasse reperitur, tamdiu infra detinetur, donec filios suos recipere potuerit et ad semetipsam attrahere. Hac sunt nugae illorum ac somnia. Velut etiam illa sunt quae in sanctum Eliam execrandae cuiusdam plena contumeliae praedicare non verentur: cum eum in coelum evectus esset rursus in hunc mundum fuisse deiectum. Venit enim, inquiunt, e numero feminarum daemonum una quae illum superavit. Et quo tu tandem dixit? Ego enim a te liberos habeo, neque sursum evolare potes atque hic tuos relinquere. Ad haec respondente Elia, Et undenam de me filios illos habuisti, cum ego castimoniam perpetuo servaverim? Sane, inquit illa: cum enim in somnis effusione seminis saepe corpus exhaurires, ego abs te illud excepi, tibique filios peperi. Quam vero ab illis inepte ista dicuntur! Quomodo enim daemon impurus expersque corporis spiritus de corporibus participare quidpiam potest? Nam si a corporibus ei communicatur aliquid ut pariat, corpus erit, non spiritus. Si corpus est, quomodo fugere oculorum conspectum aut spiritus esse poterit? Sed et illorum absurda cumprimis stoliditas est, cum illud ex epistola Iudae testimonium, quo eorum error convincitur, ad huius ipsius patrocinium accommodant: *In somnis*, Ep.Iud. v. 8.
inquit, *carnem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.* Verum beatus Iudas domini frater non de iis loquitur qui per insomnium fluxione venerea contaminantur. Statim quippe subiungit ostenditque de eiusmodi se somniantibus loqui qui sermones suos velut in somnis, non experrecti ac vigilantes, instituunt. Siquidem et de Hierosolymitanis doctoribus Esaias ita loquitur: *Omnes canes muti non valentes latrare, somniantes in cubili*, et Esai. 56, 11.
caetera. Quod idem in hac Iudae epistola declaratur his verbis, *Somniantes cubile, quae nesciunt dicentes.* Ubi de dormientium insomniis minime se loqui velle demonstrat, sed de falsis illorum tragoediis ac nugis, quas sic tanquam in somnis, nec firmo et constanti animo pronunciant.

Enimvero pudet me omnia illorum arcana detegere? Solius enim Cap. XIV.
est dei profundissimam hanc tanti foetoris voraginem obstruere. Quamobrem ab eo loco digrediar, hoc unum ab omnium moderatore deo postulans, ne quis in illud coenum demergatur, neve animum meum foedissima haec impuritatis labes inficiat. Primum enim apostolus Paulus omnes istiusmodi nequitiae radices excidit, cum de iunioribus viduis ista praescribit. *Viduas*, inquit, *adolescentiores de-* 1.Tim. 5, 11.
vita: cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes

μοῦσι edit. Petav. ἀθετοῦσιν cod. Rhedig. et edit. princ. Cf. supra cap. 11.

4. ἐννεοὶ cod. Rhedig. et edit. princ. ἐνεοὶ edit. Petav.

γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν· ἀλλὰ γαμείτωσαν, τεκνοποιείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν. Εἰ δὲ ὁ ἀπόστολος λέγει τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, οὗτοι δὲ παραιτοῦνται τὴν τεκνογονίαν, ὄφεώς ἐστι καὶ κακῆς διδασκαλίας τὸ ἐπιχείρημα. Ἡττώμενοι γὰρ τῇ ἡδονῇ τῆς πορνείας ἐπινοοῦσιν ἑαυτοῖς ἀκαθαρσίας προφάσεις, ὅπως δόξωσι πληροφορεῖν τὴν ἑαυτῶν ἀσέλγειαν. Καὶ ἔδει μὲν ἀληθῶς ταῦτα μήτε λέγεσθαι, μήτε ἐν συντάγμασι καταξιοῦσθαι γράφεσθαι, θάπτεσθαι δὲ ὥςπερ νεκρόν τινα ὀδωδότα καὶ λοιμώδη ἀποφορὰν πνέοντα, ἵνα μὴ καὶ δι᾽ ἀκοῆς λυμήνηται τοὺς ἀνθρώπους.
pag. 97. Καὶ εἰ μὲν παρεληλύθει ἡ τοιαύτη αἵρεσις, καὶ οὐκέτι ἦν ἐν τῷ βίῳ, ἀγαθὸν ἦν ταύτην θάψαι, καὶ μήτε ὅλως περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἔστι καὶ πράττεται, προετράπημεν δὲ ὑπὸ τῆς ὑμῶν τιμιότητος περὶ πάντων εἰπεῖν, μέρη αὐτῆς διηγησάμην ἀναγκασθεὶς, ἵνα τὸ φιλάληθες μὴ παρασιωπήσω, ἀλλὰ ὑφηγήσομαι, εἰς ἀποτροπὴν μὲν τῶν ἀκουόντων, εἰς αἰσχύνην δὲ τῶν πραττόντων. Πόθεν γὰρ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς φόνους καὶ τερατώδη ἔργα καὶ τελετὰς διαβόλου ἐξ ἐπινοίας τοῦ αὐτοῦ διαβόλου τοῖς ἐμβεβροντημένοις δοθείσας;

Κεφ. ιε΄. Καὶ εὐθὺς μὲν οὖν ἐλέγχονται εἰς ὃ φαντασιοῦνται καὶ προφασίζονται περὶ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν τῷ πρώτῳ Ψαλμῷ εἰρημένου ὅτι, Δώσει τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται. Ἀνωτέρω γὰρ κεῖται ὅτι, Ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Νόμον δὲ οὗτοι καὶ προφήτας ἀρνοῦνται. Εἰ δὲ νόμον κυρίου ἀρνοῦνται, σὺν τῷ νόμῳ καὶ τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ συκοφαντοῦσι. Πλανῶνται δὲ καθ᾽ ὑπόνοιαν καὶ ἐκπεπτώκασι τῆς ἀληθείας, κρίσιν τε οὐχ ἡγοῦνται, οὔτε ἀνάστασιν ὁμολογοῦσιν. Ὅσα δὲ πράττουσιν ἐν τῷ σώματι ἡδονῆς ἔμπλεοι γινόμενοι, ταῦτα ἀποκαρποῦνται ἐκβακχευόμενοι ταῖς τοῦ διαβόλου ἡδοναῖς τε καὶ ἐπιθυμίαις, ὡς πάντη καὶ πανταχοῦ ἐλέγχονται ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου. Ἰωάννης γὰρ λέγει, Εἴ τις ἔρχεται, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ φέρει τὴν διδαχὴν ταύτην — καὶ ποίαν; φησίν· ἢ οὐχ ὁμολογεῖ Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα — Ἀντίχριστός ἐστι. Καὶ νῦν Ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν· ὡς μὴ τῶν ὁμολογούντων τὸν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα Ἀντιχρίστων ὑπαρχόντων. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγει, Οἱ καταξιωθέντες τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίζονται, ἀλλ᾽ ἰσάγγελοί εἰσιν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἵνα δείξῃ τὴν σαφῆ ἁγνείαν καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγιάζειν ἁγιαστείαν, φάσκει τῇ Μαρίᾳ,

damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: nubant igitur, et filios procreent, matres familias sunto. Cum ergo procreare liberos ac familiae praeesse iubeat apostolus, isti vero a susceptione liberorum abhorreant, plane hoc a venenato serpente pessimaque disciplina facinus profectum est. Dum enim libidinum suarum voluptati succumbunt, certas sibi perpetrandorum flagitiorum occasiones arcessunt, quo effrenatae suae cupiditati ac luxuriae satisfaciant. Sane illa omnia ne commemorari quidem oportebat, neque ullam eorum in scriptis extare memoriam, sed tanquam mortui cadaver foetidi ac pestiferi cuiusdam afflatus in sepulcrum abiici, ne vel auditu ipso mortalium generi perniciem afferret. Et quidem si ea penitus praeterisset haeresis, neque in mundo superesset amplius, sepeliri operae pretium erat, neque ullam eius mentionem fieri. Nunc cum et revera hodie sit, et factis ipsis exprimatur, meque vos ut de omnibus dicerem hortati fueritis, aliqua illam ex parte coactus a vobis attigi, ne susceptum veritatis studium praetermittam, sed id omne partim ad eos qui audierint deterrendos, partim ad eos qui ista perpetrant pudore afficiendos exponam. Quae enim probandi ratio est, qua non id efficere possimus parricidia illa immaniaque quae ab iis committuntur scelera, malique daemonis ritus ac ceremonias, eiusdem instinctu daemonis furiosis illis ac vecordibus constituta fuisse?

Atqui primum illud statim quod sibi fingunt, atque e priore Psalmo de arbore commemoratum proferunt, nullo negotio refellitur: Cap. XV.
Quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet. Psalm. 1, 3.
Paulo enim ante scriptum est, *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* At isti legem pariter ac prophetas repudiant. Quam quidem legem si respuunt, cum hac illum quoque calumniantur, qui in lege locutus est. Verum et hac opinione sua falluntur, et a veritate longius aberrant. Neque ullum vero iudicium fore, neque mortuos ad vitam excitandos esse pronunciant. Quae porro in voluptatem ac luxuriem effusi suamet in corpora committunt, eorum fructum percipiunt, dum a daemone libidinum illecebris ac cupiditatum stimulis agitantur; quemadmodum ipsa veritatis oratione perpetuo atque ubique redarguuntur. Sic enim inter alios Iohannes loquitur: *Si quis* 2. Ioann. 7.
venit ad vos, et non affert hanc doctrinam. Quamnam? inquit. *Quae* 1. Ioann. 2, 22. 18.
scilicet Christum cum carne venisse non confitetur: Antichristus est: et nunc Antichristi multi prodierunt. Quasi qui Christum cum carne venisse negent sint Antichristi. Quinetiam hoc ab ipso salvatore dictum est: *Qui in regnum coelorum admissi sunt, neque ducunt uxo-* Matth. 22, 30.
res neque nubunt, sed angelis aequales sunt. Neque illud tantum; sed ut insuper manifestam absolutamque castimoniam ac sanctitudinem, qua et caeteros sanctos efficiebat, ostenderet, sic Mariam alloqui-

Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα· ἵνα δείξῃ τὴν ἁγνείαν ἀμέτοχον σωμάτων καὶ ἀμιγῆ. Ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει [1] προθεσπίζον τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ διὰ τοὺς πρώην καὶ μετέπειτα,
pag. 98. *Μακαρία στεῖρα ἡ ἀμίαντος, ἥτις οὐκ ἔγνω κοίτην ἐν παραπτώματι, καὶ εὐνοῦχος, ὃς οὐκ εἰργάσατο χερσὶν ἀνόμημα· ἵνα παρακόψῃ καὶ τὰ διὰ τοῦ μύθου αὐτῶν ἐν χερσὶν αἰσχρουργήματα.*

Κεφ. ιϛ'. *Πόσα δὲ ἄλλα ἔστιν εἰπεῖν, ὡς τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Ἡ μὲν ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ. Τοῦτο δέ φησι δεῖξαι τὴν ἁγνείαν ἐν ἀληθείᾳ ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιτρεπόμενος οὐ παρέργως. Ἔπειτα δὲ περὶ τῶν τὸν γάμον ἐχόντων τὸν σεμνὸν λέγει, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός. Ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῶν ἐκβοᾷ, γράφων Ῥωμαίοις τὰ αἰσχρὰ ἀποκαλύπτων, τῶν τὰς κακοπραγίας ἐργαζομένων, λέγων, Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν· καὶ περὶ τῶν ἀρρένων ὅτι, Ἄρρενες ἐν ἄρρεσι τὴν αἰσχημοσύνην κατεργαζόμενοι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῇ περὶ τούτων λέγει ὅτι, Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί· ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. Καὶ πάλιν, Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, κεκαυτηριασμένων τὴν συνείδησιν· ὅτι τὸ μὲν γαμεῖν μετὰ σωφροσύνης καὶ τεκνογονεῖν κωλύουσι, καιόμενοι δέ εἰσι τῇ συνειδήσει λαγνεύοντες μὲν καὶ φθειρόμενοι, κωλύοντες δὲ τεκνογονεῖν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ παρ' αὐτοῖς λεγομένη θυσία βορβορώδης τις οὖσα ἤδη καὶ ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν διὰ τοῦ προφήτου ὑποδείκνυται ὄφεως οὖσα σὰρξ, καὶ οὐχὶ τοῦ κυρίου, μὴ γένοιτο, λέγοντος οὕτως ὅτι, Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, καὶ ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι. Βρῶμα γὰρ ὡς ἀληθῶς ὄφεως ἡ τούτων μυσαρὰ θρησκεία, καὶ Αἰθίοπες μεμελανωμένοι τῇ ἁμαρτίᾳ οἱ ταύτην τὴν [1] τελετὴν τοῦ νῦν μὲν δαίμονος Διὸς, πάλαι δὲ γόητος, τοῦ παρά τισι θεοῦ μάτην νενομισμένου, τελοῦντες. Ἐκ γὰρ Ἑλληνικῶν μύθων πᾶσαι αἱ αἱρέσεις συνάξασαι ἑαυταῖς τὴν πλάνην κατέβαλον, μεταποιήσασαι εἰς ἄλλην διάνοιαν χείρονα. Παρεισφέρουσι γὰρ οἱ ποιηταὶ τὸν Δία τὴν Μῆτιν θυγατέρα ἑαυτοῦ καταπιόντα. Βρέφος δὲ οὐκ ἂν καταπίοι, ὡς καὶ ὁ*
pag. 99. *ἅγιος Κλήμης καταγελῶν τῆς τῶν θεῶν τῶν Ἑλλήνων αἰσχρουργίας εἶπεν, ὅτι τὴν Μῆτιν καταπιὼν οὐχὶ βρέφος ἠδύνατο καταπιεῖν, ἀλλὰ τὴν γονὴν τὴν ἰδίαν.*

Cap. XV. — 1. *Vulgo* προθεσπίζων. Cap. XVI. — 1. *Cod. Rhedig. cum edit. princ.* τελευτήν.

tur: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum;* ut expertem corporum castitatem nullaque contagione pollutam exprimeret. Ad haec alio in loco spiritus sanctus tam ob priores illos quam posteriores hoc modo vaticinatus est: *Beata sterilis incoinquinata, quae nescivit torum in delicto, et spado qui non operatus est manibus suis iniquitatem;* ut vel ea voce illam quam fabulis suis commendare ac manibus exercere solent foeditatem praecideret. Ioann. 20, 17. Sap. 3, 13.

Quam multa proponi alia possunt! ut cum apostolus ita loquitur: *Mulier innupta, et virgo sollicita est de iis quae sunt domini, quomodo placeat domino.* Hoc autem idcirco dicit, quod non perfunctorie commendandae castitatis potestas esset a spiritu sancto commissa. Tum vero de iis qui honestis nuptiis illigati sunt ita disputat: *Honorabile connubium et torus immaculatus: fornicatores autem et adulteros iudicabit dominus.* Praeterea contra eosdem exclamat ad Romanos scribens, et eorum qui in eiusmodi flagitiis volutantur turpitudinem detegit his verbis: *Nam et feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam.* Tum de maribus subiicit: *Masculi in masculos turpitudinem operantes.* Praeterea in epistola ad Timotheum de iisdem ita loquitur: *Quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: et erunt homines voluptatum magis amatores quam dei.* Et rursum: *Prohibentium nubere, abstinere a cibis, cauteriatam habentium suam conscientiam.* Ex eo videlicet quod caste matrimonio coniungi ac prolem suscipere prohibent, ardente interim illorum conscientia, dum assiduis in scortationibus corruptelisque versantur, ac procreatione sobolis interdicunt. Nam quod ad illud attinet quod isti sacrificium vocant, lutulentum quiddam et impurum, iam tum olim a propheta demonstratum est serpentis esse carnem, non domini. Absit. Sic enim loquitur: *Contrivisti capita draconis, et dedisti eum escam populis Aethiopum.* Sane enim serpentinae cuiusdam escae genus est illorum abominanda superstitio, iidemque Aethiopes illi sunt scelerum suorum nigrore deformati, qui eiusmodi ritus nunc daemonis Iovis, olim praestigiatoris, qui et frustra a nonnullis habetur deus, religioso cultu celebrant. Siquidem haereses universae de Graecorum fabulis ea collegerunt ex quibus novam sibi erroris sectam condiderunt, cum ea deteriorem alium ad sensum transtulissent. Nam et a poetis Metin (quam Prudentiam appellare possis) filiam suam absorbens introductus est Iupiter. Nemo porro infantem absorbeat, quemadmodum sanctus Clemens ait, cum deorum qui a Graecis coluntur turpitudinem deridet. Quod enim devorasse Metin dicitur, non de infante ullo, sed de proprio semine par est intelligi. Cap. XVI. 1. Cor. 7, 34. Hebr. 13, 4. Rom. 1, 26. 2. Tim. 3, 1. 1. Tim. 4, 2. Psalm. 73, 14.

Κεφ. ιζ. Τί δὲ ἕτερον εἴποιμι; ἢ πῶς ἀποσείσομαι τὸν πηλώδη τοῦτον πόνον; βουλόμενος μὲν εἰπεῖν, καὶ μὴ βουλόμενος, ἀναγκαζόμενος δὲ, ἵνα μὴ δόξω τι τῶν ὄντων παρακρύπτειν, καὶ φοβούμενος, ἵνα μὴ ἀποκαλύπτων τὰ δεινὰ αὐτῶν ἢ χράνω ἢ πλήξω εἰς τὸ περιεργάσασθαι περὶ τούτου τοὺς ἀπαγομένους ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις [1] ἐποτρύνων. Ὅμως ἐγὼ μὲν ἀθῷος εἴην, καὶ πᾶσα ἡ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἐλπὶς, καὶ πάντες οἱ τούτῳ τῷ γράμματι ἐντυγχάνοντες, ἀπὸ τῆς τοιαύτης τοῦ διαβόλου ὑποσπορᾶς καὶ κακομηχανίας. Ἐὰν γὰρ θελήσω λέγειν τὰ ἄλλα τὰ παρ' αὐτοῖς λεγόμενα καὶ γινόμενα ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα, καὶ τούτων ἔτι μείζονα καὶ ἐλάττω, θελήσω δὲ καὶ ὡς φάρμακον ἰάσεως ἀλεξητήριον ἀντιδότων δίκην πρὸς ἑκάστην λέξιν ἀντιθεῖναι, εἰς πολὺν ὄγκον ἐλάσω τῆς συντάξεως τὴν πραγματείαν. Ταύτῃ γὰρ τῇ αἱρέσει, ἐπιπόθητοι, καὶ αὐτὸς περιέτυχον. Ἐκ στόματος δὲ τῶν ταύτῃ ἐπιχειρούντων φύσει αὐτὰ αὐτοπροσώπως ἐνηχήθην. Γυναῖκες δὲ οὕτω ἠπατημέναι οὐ μόνον τὴν λαλιὰν ταύτην ἡμῖν προέτειναν, καὶ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν ἀπεκάλυψαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν ἐκείνην τὴν τοῦ ἀρχιμαγείρου τὴν ὀλετήριον καὶ μοχθηρὰν καὶ αὗται ἀθυρογλώττῳ τόλμῃ κατασπάσαι ἡμᾶς ἐν τῇ νέᾳ ἡμῶν ἡλικίᾳ ὀρεχθεῖσαι ἐπεχείρουν. Ἀλλὰ ὁ τότε συμπαραστὰς τῷ ἁγίῳ Ἰωσὴφ καὶ ἡμῖν παρέστη, καὶ τὸν ἐκεῖνον ἐκεῖ ῥυσάμενον ἐπικεκλημένοι, οἱ ἀνάξιοι καὶ ἀνίκανοι, ἐλεηθέντες καὶ ἀποδράντες τὰς ὀλετηρίους αὐτῶν χεῖρας, θεῷ τῷ [2] παναγίῳ ὕμνον ᾄσαντες, ἠδυνήθημεν καὶ αὐτοὶ λέγειν, τὸ, Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. Οὐ γὰρ ὁμοίᾳ δυνάμει τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης, ἀλλὰ στεναγμῷ τῷ πρὸς [3] τῷ θεῷ ἐλεηθέντες ἐσώθημεν. Ὀνειδιζόμενος γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῶν ὀλετηρίων γυναικῶν κατεγελώμην ἐγὼ, ὡς ὑπέφαινον αἱ τοιαῦται ἀλλήλαις ἐπι-
pag. 100. σκώπτουσαι δῆθεν ὅτι, Οὐκ ἠδυνήθημεν σῶσαι τὸν νεανίσκον, ἀλλὰ ἀφήκαμεν αὐτὸν ἐν χερσὶ τοῦ Ἄρχοντος ἀπόλλυσθαι. Ἐπειδήπερ ἥτις αὐτῶν εὐμορφοτέρα εἴη, δέλεαρ ὥςπερ ἑαυτὴν προτίθησιν, ὥςτε δι' αὐτῆς τοὺς [4] ἠπατημένους ἀντὶ τοῦ ἀπολλύειν σώζειν ἐπιφημίζειν. Καὶ ὄνειδος λοιπὸν τῶν ἀμόρφων γίνεται παρὰ τῶν εὐμορφοτέρων, ὅτι, Ἐγὼ, φησὶ, σκεῦός εἰμι ἐκλογῆς, δυναμένη σώζειν τοὺς ἀπατωμένους, σὺ δὲ οὐκ ἴσχυσας. Ἦσαν μὲν οὖν αἱ τὸν ἀγώγιμον μῦθον τοῦτον ὑφηγούμεναι τῇ μορφῇ τῆς αὐτῶν πτώσεως εὐπροσωπόταται, τῷ δὲ νῷ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας τὴν πᾶσαν τοῦ διαβόλου ἀμορφίαν κεκτημέναι. Ἀλλὰ ὁ ἐλεήμων θεὸς τῆς μοχθηρίας αὐτῶν ἡμᾶς ἐρρύσατο,

Cap. XVII. — 1. *Rescripsi* ἐποτρύνων *pro* ἐποτρύνω, *quod vulgo extat.*
2. παναγίῳ] *codd. Vatic. Rhedig. et ed. Petav.* πανέργῳ *ed. princ.*
3. τὸν θεὸν *suspicatus est Petavius.*
4. ἀπατωμένους *cod. Rhedig. Et sic legit etiam in cod. Vaticano A. Schottus.*

Quid iam aliud deinceps eloquar? aut quomodo coenosam hanc Cap. XVII. disputationem abiiciam? cum et velim et nolim una dicere, ac quadam dicendi necessitate constringar, ne quid eorum quae insunt revera dissimulasse videar, et illud verear tamen, ne illorum detestandis flagitiis patefactis quemquam aut inficiam aut extimulem, et ad illa curiosius indaganda faces iis subiiciam qui voluptatum ac cupiditatum illecebris abducuntur. Sed nihilominus ab eiusmodi daemonis satu et improbitate tam ego quam sanctae atque catholicae ecclesiae spes omnis, ac quisquis in hoc nostrum opus inciderit, integer inviolatusque servetur. Quod si caetera quae ab illis dicuntur aut fiunt quanta sunt, atque eiusmodi qualia iam commemoravimus, aut iis etiam maiora vel minora complecti voluero, et ad singulas voces salubre quoddam medicamentum velut depellendi mali caussa comparatum remedium adhibuero, in immensam molem susceptum opus excurret. Nam et nos, carissimi, in illam haeresin incurrimus, et ex ipsomet eorum, qui hanc proprie et ex instituto tractant, ore ac magisterio didicimus. Ad id vero comparatae deceptaeque mulieres non solum istiusmodi nobis sermones iniecerunt, sed insuper Aegyptiae illius perditae ac nequissimae mulieris instar, quae Gen. 39. coquorum principis uxor erat, petulanti nos conatu detrahere tum, cum florenti adhuc aetate essemus, aggressae sunt. Verum is qui sanctissimo Iosepho tum adstitit, nobis quoque adfuit, et hunc ipsum, qui illum eo periculo liberavit implorantes, licet indigni ac tanto beneficio impares essemus, eiusdem benignitate ac misericordia perniciosas illarum manus effugimus, ac sanctissimo deo gratulatorium carmen cecinimus, ut id usurpare merito possemus: *Cantemus do-* Exod. 15, 1. *mino; gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem deiecit in mare.* Neque enim similiter ut ille patriarcha vi quadam virtutis ac iustitiae nostrae, sed fuso ad deum gemitu eius sumus miseratione servati. Cum etiam mihi pestes illae per ludibrium exprobrarent, ac secum invicem illudentes ita loquerentur: Hunc iuvenem servare non potuimus, sed in manibus Principis perire sivimus. Nam quae forma inter illas liberaliore est, semetipsam velut escam atque illecebram obiicit, ut quos in fraudem ipsa pellexerit, non eos profligare ac perdere, sed eripere dicatur. Unde et deformibus elegantiores identidem exprobrare solent: Ego sum, inquiunt, vas electum, quae errore circumventos extrahere possum, quod tu facere nequivisti. Et erant sane quae tum his verborum blandimentis ac lenociniis utebantur corporis quo ad peccandum abutebantur venusta cumprimis specie, sed animo quem consceleratum gerebant omni daemonis turpitudine deformatae. Sed misericors deus ab illarum im-

ὥςτε μετὰ τὸ ἀναγνῶναι ἡμᾶς αὐτῶν τὰς βίβλους καὶ ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μὴ συναπαχθῆναι, ἀποδράσαι τε καὶ μὴ δελεασθῆναι, τὸ τηνικαῦτα ἐσπουδάσαμεν καὶ τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ αὐτοὺς ὑποδεῖξαι, καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κεκρυμμένα φωράσαι, καὶ τοὺς αὐτοὺς [5] ἀπελαθῆναί τῆς πόλεως, ὀνόματα περί που ὀγδοήκοντα, καὶ τὴν πόλιν τῆς αὐτῶν ζιζανιώδους ὕλης καὶ ἀκανθώδους καθαρθῆναι.

tate Ioppe: et vidi media luce circa horam sextam linteum quatuor initiis summitti de coelo, in quo erant omnia quadrupedia et reptilia. Et dixit mihi, Occide et manduca. Dixi autem, Nequaquam, domine; quia nihil unquam commune vel immundum introivit in os meum. Respondit autem mihi vox de coelo, Quae deus mundavit, tu ne communia dixeris. Et confestim ecce duo viri astiterunt in domo. Et dixit

ἄνδρες εἱστήκεισαν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ εἶπέ μοι τὸ πνεῦμα, Πορεύου σὺν αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενος. Καὶ λοιπὸν διηγεῖται ὡς ἐν παραβολῇ ταῦτα ἃ πρὸς αὐτὸν εἴρηται, καὶ ὡς οὐ τότε [2] ἐδίδαξεν, ἕως ὅτε ὁ κύριος ἐναργῶς ἔδειξεν αὐτῷ ἃ διὰ τῶν λόγων καὶ τύπων αὐτὸν ἐδίδασκεν. Εὐθὺς γὰρ αὐτοῦ ἀνοίξαντος τὸ στόμα, ὅτε ἦλθεν εἰς Καισάρειαν, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ Κορνήλιον, καὶ ἰδὼν Πέτρος εἶπε, Μή τις δύναται κωλῦσαι τὸ ὕδωρ ἀπὸ τούτων τῶν καταξιωθέντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λαβεῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐξ ἀρχῆς; Τὸ πᾶν δὲ ἦν τοῦτο μυστήριον καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἔργον, ὅπως ὅ τε ἅγιος Πέτρος καὶ πᾶς τις γνώσεται ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ἡ τῶν ἐθνῶν σωτηρία, ἀλλ' ἐκ θεοῦ. Προὔλαβε γὰρ ὁ θεὸς δοῦναι τὴν δωρεὰν τοῦ πνεύματος καὶ τὴν τοῦ ἀγγέλου ὀπτασίαν, καὶ τὴν ἀποδοχὴν τῆς εὐχῆς καὶ νηστειῶν καὶ ἀγαθοποιϊῶν, ἵνα οἳ ἐπιστεύθησαν οἱ ἀπόστολοι, μάλιστα ὁ ἅγιος Πέτρος, καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, μὴ ἀποστερήσωσι τὸν ἐκ θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν κεκλημένον.

Κεφ. δ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τότε ἐπραγματεύθη, κινηθέντα ὑπὸ τοῦ προειρημένου ψευδαποστόλου Κηρίνθου. Ὡς καὶ ἄλλοτε στάσιν αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ εἰργάσαντο ἐν αὐτῇ [1] τῇ Ἱερουσαλὴμ, ὁπηνίκα Παῦλος ἀνῆλθε μετὰ Τίτου, ὡς καὶ οὗτος ἔφη ὅτι, Ἄνδρας ἀκροβύστους εἰςήνεγκε μεθ' ἑαυτοῦ, ἤδη περὶ τούτου λέγων, Κεκοίνωκε, φησὶ, τὸν ἅγιον τόπον. Διὸ καὶ Παῦλος λέγει, Ἀλλ' οὐδὲ Τῖτος ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην ὢν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι· διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ, οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ. Καὶ τοῖς ἐν ἀκροβυστίᾳ παραγγέλλων ἔλεγεν, Μὴ περιτέμνεσθε, [2] ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. Διήρκεσε δὲ ἡ περιτομὴ
pag. 113. χρόνῳ ὑπηρετήσασα, ἕως ἡ μείζων περιτομὴ παρεγένετο, τουτέστι τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, ὡς παντί τῳ δῆλόν ἐστι, καὶ σαφέστερον δείκνυται ἀπὸ τῶν παρὰ τοῖς ἀποστόλοις εἰρημένων, μάλιστα παρὰ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ. Φάσκει γὰρ οὕτως· Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ. Παντὶ δὲ τῷ βουλομένῳ κατανοεῖν τὰ παρὰ τοῖς ἀποστόλοις τότε πεπραγματευμένα θαυμάσαι ἔπεστι πῶς τὰ παρὰ τῇ αἱρέσει ταύτῃ ἐξ ἐπινοίας πνεύματος πλάνης ἐνεργηθέντα τὸν χαρακτῆρα ὑποδείκνυσι τῶν διὰ τῶν αἱρέσεων τούτων ἐν τοῖς ἀποστόλοις τὴν κίνησιν ἐργασαμένων. Ἀποστάντων γὰρ τούτων καὶ εἰς ψευδαποστόλους τραπέντων, καὶ ἄλλους ψευδαποστόλους ἀποστειλάντων, ὡς καὶ ἤδη προείρηται, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐν ἀρχῇ καὶ εἰς ἄλλους τόπους, λέγοντας ὅτι, Ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε καὶ φυλάξητε τὸν νόμον Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι, οὐχ ἡ τυχοῦσα τότε ταραχὴ ἐγένετο, ὡς προείρηται. Καὶ οὗτοί

2. ἐδίσταξεν *cod. Vatic.*

Cap. IV. — 1. τῇ *ex cod. Vatic. inseruit primum Petavius. Om. et cod. Rhedig. et edit. princ.*

mihi spiritus, Vade cum ipsis nihil haesitans. Atque ita deinceps, quae sibi nuntiata sunt velut per parabolam edisserit, nec se prius ad docendum accessisse quam aperte dominus ea monstraret quae verbis antea figurisque significaverat. Etenim simulatque os aperire coepit tum cum Caesaream attigit, spiritus sanctus in Cornelium delapsus est. Quod ubi Petrus conspexit, *Numquid*, ait, *aquam quis prohibere potest ab his qui spiritu sancto, uti et nos initio, dignati sunt?* Hoc vero totum mysterium quoddam ac divinae benignitatis opus erat, ut tam Petrus quam caeteri omnes intelligerent non hominibus, sed deo gentilium salutem esse tribuendam. Etenim munus illud divini spiritus et angeli aspectum largiri antea voluit, nec non et illius approbare preces ac ieiunia, reliquaque ab eo praeclare gesta, ut quod apostolis, praecipueque Petro, commissum fuerat, eo ne privatum hominem illum vellent, quem deus reipsa vocaverat.

Atque haec quidem eo modo tunc administrata sunt, quae falsus ille apostolus Cerinthus seditiose commoverat. Quemadmodum alias Hierosolymis cum suis idem ille tumultus concivit, quando scilicet cum Tito Paulus advenit, atque ita idem ille locutus est: *Viros praeputium habentes secum induxit*, quibus de Tito significabat: *Locum*, inquit, *sanctum profanum fecit.* Quare ita Paulus dixit: *Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis compulsus est circumcidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo: quibus neque ad horam cessimus subiectione.* Deinde praeputio praeditos his verbis hortabatur: *Nolite circumcidi; nam si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.* Circumcisio porro tamdiu suum tempus habuit, donec maior circumcisio eius est loco substituta, nempe illa lotionis iterata generatio; id quod nemini obscurum est, evidentiusque per ea quae cum ab aliis apostolis, tum praecipue a Paulo dicta sunt, ostenditur. Ita enim ille: *Quibus neque ad horam cessimus subiectione.* Quod si quis ea quae tum ab apostolis gesta sunt animadvertere voluerit, huic admirari cumprimis occurret, quemadmodum quae tum ab hac haeresi mendacis instinctu spiritus administrata sunt, proprias illorum notas exprimant, qui per istiusmodi haereses motus illos in apostolis concitarunt. Nam cum isti a fidei integritate defecissent, et in falsos apostolos essent conversi, aliosque perinde falsos apostolos misissent, qui dicerent, *Nisi circumcidamini, et custodiatis legem Moysi, non potestis salvari*, ingens inde facta commotio est, ut

Cap. IV.
Act. 21, 28.
Galat. 2, 3.
Galat. 2, 5.

2. *Verba ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, quae desiderantur tam in cod. Rhedig. quam in edit. princ., ex cod. Vaticano primum inseruit Petavius.*

εἰσιν οἱ παρὰ τῷ Παύλῳ εἰρημένοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ.

Κεφ. ε΄. Χρῶνται γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ ἀπὸ μέρους, καὶ οὐχὶ ὅλῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν γενεαλογίαν τὴν ἔνσαρκον, καὶ ταύτην μαρτυρίαν φέρουσι ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, πάλιν λέγοντες ὅτι, Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος. Τί οὖν; φασὶ, Περιετμήθη ὁ Ἰησοῦς, [1] περιτμήθητι καὶ αὐτός. Χριστὸς κατὰ νόμον, φασὶν, ἐπολιτεύσατο, καὶ αὐτὸς τὰ ἴσα ποίησον. Ὅθεν καί τινες ἐκ τούτων, ὡς ὑπὸ δηλητηρίων ὑφαρπαχθέντες, πείθονται ταῖς πιθανολογίαις διὰ τὸ τὸν Χριστὸν περιτετμῆσθαι. Τὸν δὲ Παῦλον ἀθετοῦσι, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι τῇ περιτομῇ. Ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλουσιν αὐτὸν, διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε· καὶ ὅτι, Ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.

Κεφ. ϛ΄. Οὗτος δὲ ὁ Κήρινθος ἀνόητος καὶ ἀνοήτων διδάσκαλος φάσκει πάλιν τολμήσας Χριστὸν πεπονθέναι καὶ ἐσταυρῶσθαι, μήπω δὲ ἐγηγέρθαι, μέλλειν δὲ ἀνίστασθαι ὅταν ἡ καθόλου γένηται νεκρῶν ἀνάστασις. Ἀσύστατα τοίνυν ταῦτα παρ᾽ ἐκείνοις τά τε ῥήματα καὶ νοήματα. Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἐκπληττόμενος τοῖς μὲν ἀπιστοῦσι τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν τῇ μελλούσῃ ἔσεσθαι λέγει, Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται, καὶ τὸ, Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀπο-
pag. 114. θνήσκομεν, καὶ τὸ, Μὴ πλανᾶσθε· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Πάλιν δὲ τοῖς λέγουσι τὸν Χριστὸν μηδέπω ἐγηγερμένον, ὡσαύτως τὸν ἔλεγχον ἐπιφέρει, λέγων, Εἰ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον τὸ κήρυγμα ἡμῶν, ματαία καὶ ἡ πίστις ὑμῶν· εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν· ὡς τῶν μὲν ἀποστόλων κηρυττόντων Χριστὸν ἐγηγέρθαι, τινῶν δὲ αἱρέσεων λεγουσῶν Χριστὸν μὲν ἐγηγέρθαι, νεκροὺς δὲ μὴ ἐγείρεσθαι. Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ πατρίδι, φημὶ δὲ Ἀσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Γαλατίᾳ πάνυ ἤκμασε τὸ τούτων διδασκαλεῖον, [1] ἐν οἷς καί τι παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὥς τινων μὲν παρ᾽ αὐτοῖς προφθανόντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ᾽ αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀναστάντας αὐτοὺς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότας, γίνεσθαι δὲ ὑποχειρίους τῆς τοῦ κοσμοποιοῦ ἐξουσίας. Καὶ τούτου ἕνεκα ἡ παράδοσις ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς φησι τὸν αὐτὸν ἅγιον ἀπόστολον εἰρηκέναι, Εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν; Καλῶς δὲ ἄλλοι τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύοντές φα-

Cap. V. — 1. *Ita cod. Vatic. Edit. pr. habet* περιετμήθη.

Cap. VI. — 1. *Cornarius:* de quibus etiam ex traditione res quaedam ad nos devenit.

ante diximus. Atque illi ipsi sunt quos Paulus *falsos apostolos* vocat, *operarios subdolos, transformantes se in apostolos Christi.* 2. Cor. 11, 13.

Matthaei enim evangelio non integro, sed ex parte duntaxat utuntur, nimirum propter genealogiam, quae eius est carnis propria, quod quidem evangelii testimonium afferunt, atque ita praedicant: *Sufficit discipulo, si sit sicut magister eius.* Quid igitur, inquiunt? Circumcisus est Iesus: tu quoque ipse circumcidere. Christus ex legis praescripto vitam instituit: tu igitur eadem facito. Hinc nonnulli sic ab illis tanquam venenatis serpentibus abrepti verisimilibus illorum rationibus assentiuntur, ex eo maxime quod et Christus circumcisionem susceperit. Quod ad Paulum pertinet, hunc penitus explodunt, propterea quod circumcisionem abdicarit, et eundem idcirco reiiciunt, quod istud usurpaverit: *Quicunque in lege iustificamini, a gratia excidistis:* et, *Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.* Cap. V. Matth. 10, 25. Galat. 5, 2. 4.

Ad haec Cerinthus homo stolidus, ac stolidorum magister, dicere nihil est veritus, passum quidem ac crucifixum esse Christum, nondum tamen a mortuis excitatum, ac tum demum cum mortui resurgent omnes excitandum. Itaque eiusmodi illorum et dicta et dogmata cohaerere nullo modo possunt. Indidemque Paulus sic eos qui resurrecturos mortuos diffiderent redarguit. *Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.* Eodemque pertinet illud: *Edamus et bibamus, cras enim moriemur.* Tum istud: *Nolite errare; corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Ac rursum eos, qui Christum adhuc resurrexisse negarent, hoc modo convincit: *Si Christus non resurrexit, vana est praedicatio nostra, inanis et fides vestra: invenimur autem et falsi testes dei, quoniam suscitavit Christum, quem non suscitavit.* Quibus indicat, Christum a mortuis excitatum praedicasse quidem apostolos, quasdam vero haereses tametsi surrexisse Christum assererent, mortuorum tamen resurrectionem negasse. Etenim in hac ipsa regione Asiae, nec non et in Galatia illorum eiusmodi schola cumprimis ac disciplina floruit. De quo istud a maioribus traditum accepimus, nonnullos ex eo genere citra baptismum excessisse, ac pro iis alios baptismum eorumdem suscepisse nomine, ne cum extrema demum resurrectione revocati ad vitam essent, praetermissi baptismi poenas dependerent, atque eius qui mundum condidit dominationi subessent. Cuius rei gratia usurpatum illud ab apostolo eadem ad nos auditione perlatum est: *Si omnino mortui non resurgunt, quid est quod baptizantur pro ipsis?* Verum alii commode hoc apostoli dictum interpretantur de iis qui in- Cap. VI. 1. Cor. 15, 13. et 32. et 33. 1. Cor. 15, 29.

σιν ὅτι οἱ μέλλοντες τελευτᾶν, ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι πρὸ τῆς τελευτῆς λουτροῦ καταξιοῦνται, δεικνύντες ὅτι ὁ τελευτήσας καὶ ἀναστήσεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιδέεται τῆς διὰ τοῦ λουτροῦ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων. Τούτων δὲ οἱ μὲν τὸν Χριστὸν μηδέπω ἐγηγέρθαι κεκηρύχασιν, ἀνίστασθαι δὲ μετὰ πάντων, οἱ δὲ, ὅτι ὅλως νεκροὶ οὐκ ἀναστήσονται. Διὸ μέσος χωρήσας ὁ ἀπόστολος πρὸς ἀμφοτέρους τούτους καὶ τὰς λοιπὰς αἱρέσεις ἐν τῇ μιᾷ ἐργασίᾳ τὴν ἀνατροπὴν πεποίηται ἐν τῇ περὶ νεκρῶν ἀναστάσει, καὶ ἐν ταῖς μαρτυρίαις αἷς κατὰ λεπτότητα διεξιὼν τὴν βεβαίαν σύστασιν ἐποιήσατο τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ σωτηρίας καὶ ἐλπίδος, φάσκων, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν· καὶ πάλιν, Ὅτι Χριστὸς ἐγήγερται ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· ἵνα τὰς [2] ἀμφοτέρας σχίσεις τῶν αἱρέσεων ἐλέγξας τὸ ἀμόλυντον τῆς διδασκαλίας κήρυγμα ἐξ ἀληθείας διδάξῃ τοὺς βουλομένους εἰδέναι τὴν τοῦ θεοῦ ἀλήθειαν καὶ σωτηριώδη διδασκαλίαν.

Κεφ. ζ. Πανταχόθεν τοίνυν φωρατὸς ἂν εἴη Κήρινθος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ
pag. 115. ἀπατηθέντες, οἱ τάλανες, καὶ ἄλλοις αἴτιοι γεγονότες ἀπωλείας, τῶν θείων γραφῶν σαφῶς ἡμῖν κατὰ λεπτότητα περὶ πάντων διηγουμένων. Οὔτε γὰρ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ ὁ Χριστὸς, ἐπεὶ πῶς ἔτι σημεῖον εἴη τὸ γένημα; καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ εἰρημένον, πῶς ἔτι συσταθήσεται, ὡς εἶπεν αὐτὸς ὁ κύριος, Δώσει ὑμῖν σημεῖον, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Πῶς δὲ ἔτι πληρωθήσεται τὸ εἰρημένον παρὰ τῆς ἁγίας παρθένου πρὸς τὴν Γαβριήλ, Πῶς ἔσται τοῦτο, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ αὐτοῦ λέγοντος, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, καὶ τὰ ἑξῆς. Πῶς δὲ πάλιν οὐκ ἐλεγχθήσεται αὐτῶν ἡ ἄνοια τοῦ εὐαγγελίου σαφῶς λέγοντος ὅτι, Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς· ἔστι δὲ γνῶναι σαφῶς ὅτι οὐδὲ ὅλως συνῆλθον. Μὴ γένοιτο γὰρ τοῦτο εἰπεῖν, ἐπεὶ οὐκ ἂν μετὰ σταυρὸν προενόει παραθέσθαι αὐτὴν Ἰωάννῃ τῷ ἁγίῳ παρθένῳ, ὡς λέγει, Ἴδε ἡ μήτηρ σου, καὶ τῇ αὐτῇ, Ἴδε ὁ υἱός σου. Ἔδει γὰρ αὐτὸν παραδοῦναι αὐτὴν τοῖς αὐτῆς συγγενέσιν, ἢ τοῖς τέκνοις τοῦ Ἰωσὴφ, εἴπερ ἦσαν ἐξ αὐτῆς, Ἰακώβῳ φημὶ καὶ Ἰωσῇ καὶ Ἰούδα καὶ Συμεῶνι, υἱοῖς οὖσι τοῦ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς ἄλλης γυναικός. Οὐδὲ γὰρ ὅτι κέχρηται τῇ παρθένῳ ὅλως εὑρίσκεται μετὰ τὸ γεγεννηκέναι ἡ παρθένος ἄχραντος. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἤδη ἐν ἄλλῳ μοι λόγῳ σαφῶς πεπραγμάτευται, καὶ πραγματευθήσεται. Ὧδε δὲ ἐν μέρει, ὡς ἐν παρεκδρομῇ, περὶ τῆς τούτων ὑποθέσεως εἴρηται, ἵνα μὴ ἑτέρων δηγμάτων βουλόμενος ποιῆσαι ἴασιν, καὶ ἑτέρων δηλητηρίων ἄκος

2. Libri habent ἀμφοτέρους σχέσεις.

stante morte, si quidem catechumeni sint, ea spe freti sacra lavatione purgantur, ac mortuos surrecturos esse demonstrant, ob idque condonatione illa scelerum quae per baptismum obtinetur indigere. Sed illorum alii nondum Christum surrexisse praedicant, ac cum caeteris omnibus esse surrecturum, alii mortuos surrecturos unquam funditus negant. Itaque medium quoddam iter ingressus apostolus cum utrosque illos, tum reliquas omnes haereses eadem opera disturbat, cum de mortuorum excitatione disputat, atque eiusmodi testimoniis utitur quibus singillatim expositis mortuorum resurrectionem ac salutem et spem nostram solidissimis rationibus confirmat, his verbis: *Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem, et* Ibid. *hoc mortale induere immortalitatem.* Ac rursum, *Christus resurrexit primitiae dormientium,* ut ambarum haereseum respondentibus sibi ex adverso opinionibus convulsis veram ac sinceram Christianae fidei disciplinam iis traderet qui divinam veritatem salutaremque doctrinam vellent percipere.

Quocirca deprehensus undique Cerinthus ac convictus tenetur, Cap. VII. una cum iis, qui eodem in errore versantur, infelices homines atque eiusdem secum exitii aliis insuper auctores quippe cum haec omnia sacrae literae perspicue accurateque nobis edisserant. Nam neque de Iosephi semine natus est Christus: qui enim prodigium posset illius esse generatio, ac quod ab Isaia dictum est probari omnino posset? *Dominus ipse dabit vobis signum: Ecce virgo conci-* Esai. 7, 14. *piet, et pariet filium* etc. Quanam vero ratione perfici poterit illud quod Gabrieli virgo sanctissima dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam* Luc. 1, 34. *virum non cognosco?* Cui ille respondit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi* etc. Nonne illorum ex eo stultitia facile convincitur, quod diserte in evangelio scriptum est, *Inventa est in utero habens antequam convenirent?* Illud autem cer- Matth. tissimum est, nunquam illos omnino convenisse. Absit enim ut id 1, 18. unquam dicamus. Alioqui cum in cruce penderet, non sancto Ioanni, qui et ipse virginitatem servavit, matrem commendaret suam, cum ita locutus est: *Ecce mater tua.* Et illam alloquens: *Ecce filius* Ioann. *tuus.* Hanc enim vel cognatis suis committere oportuit, vel Iosephi 19, 27. liberis, si quos ex ipsa sustulerat, puta Iacobo, Iose, Iudae, Simeoni, quos Iosephus alia ex uxore genuerat. Neque enim illum cum Maria consuevisse ullo modo reperimus, posteaquam incorrupta illa et castissima virgo peperit. Verum de his alio in libro accurate tractavimus, tractabimusque postea. Interim hoc in loco pauca quaedam de hoc argumento velut obiter attigimus, ne dum aliis mederi morsibus aliisque venenatis serpentibus remedium afferre volumus,

καὶ ἀλεξητήριον, εἰς ἄλλα τοὺς ἐντυγχάνοντας παρεκτρέψω. Πλὴν ἐκ παντὸς τῷ τὴν σύνεσιν κεκτημένῳ μάταιος ἡ τούτων καταχλεύαστος διδασκαλία συσταθήσεται, παρὰ μὲν ἀποστόλοις ἐλεγχομένη, παρὰ δὲ τοῖς συνετοῖς καταγινωσκομένη, ἐκ θεοῦ δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας κηρύγματος ἐκβαλλομένη.

Κεφ. η΄. Καλοῦνται δὲ πάλιν οὗτοι Μηρινθιανοὶ, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς φήμη περιέχει. Εἴτε γὰρ ὁ αὐτὸς Κήρινθος Μήρινθος πάλιν ἐκαλεῖτο (οὐ πάνυ τι σαφῶς περὶ τούτου ἴσμεν), εἴτε ἄλλος τις ἦν Μή-
pag. 116. ρινθος ὀνόματι, συνεργὸς τούτῳ, θεῷ ἔγνωσται. Ἤδη γὰρ εἴπομεν ὅτι οὐ μόνον αὐτὸς ἐν Ἱεροσολύμοις πολλάκις ἀντέστη τοῖς ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Πλὴν ἤτοι αὐτὸς εἴη, ἢ καὶ ἄλλος σὺν αὐτῷ συνεργὸς, τὰ ὅμοια αὐτῷ φρονῶν καὶ συμπράττων καὶ τὰ ἴσα, οὐδὲν διαφέρει. Ἡ γὰρ πᾶσα αὐτῶν κακοτροπία τῆς διδασκαλίας τοῦτον ἔχει τὸν χαρακτῆρα, Κηρινθιανοί τε ὁμοῦ καὶ Μηρινθιανοὶ οὗτοι καλοῦνται.

Καὶ ταῦτα περὶ τῆς δεινῆς καὶ ἑρπετώδους μοχθηρίας αὐτῶν διεξιόντες πάλιν ἐπὶ τὰς ἑξῆς προβαίνομεν, εὐχαριστοῦντες μὲν, ὅτι τὸ πέλαγος τούτων τῶν κακῶν δογμάτων ἀβλαβῶς διενηξάμεθα, εὐχόμενοι δὲ, ἵνα ἐν ταῖς ἑξῆς παρεντυχόντες, ὡς εἰς διαθαλάττια καὶ θηριώδη βράχη παρεμπεσόντες, μὴ ἀδικηθῶμεν, ἀλλὰ σωτηρίας τύχωμεν τῆς ἀπὸ τῆς μελλούσης ἡμῖν καθ' ὑφήγησιν ἀναφαίνεσθαι ἀληθείας, ἐν τῷ ἡμᾶς [1] συνιστᾶν αὐτήν τε καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κενοφωνίαν. Τῷ γὰρ βουλομένῳ σκοπεῖν, καὶ τὰς τούτων ἰδέας ἀναγράφειν, καὶ αὕτη παρεικασθήσεται ὡς ἀληθῶς δικεφάλῳ τινὶ ὄφει, διὰ τὸ διώνυμον, καὶ τῇ καλουμένῃ σηπεδόνι ἐχίδνῃ, τῇ κομώσῃ μὲν πᾶν τὸ σῶμα αὐτῆς ἐν θριξὶν ἐρυθραῖς, οὐκ ἐχούσῃ δὲ οὐδὲ αἰγὸς οὐδὲ προβάτου φύσιν ἢ δορὰν, ἀλλὰ ἑρπετοῦ, καὶ τὴν λύμην ἐργαζομένῃ διὰ τοῦ δήγματος τοῖς παρεντυγχάνουσιν, ἀνατρεπούσῃ δὲ τοὺς αὐτῇ πειθομένους πῇ μὲν ἀπὸ παλαιᾶς θρησκείας τὰ τῆς νέας διαθήκης ἀφανιζούσῃ, πῇ δὲ διὰ λόγων ψευδῶν, ὡς ἀπὸ νέας διαθήκης, κατὰ τῶν ἀπὸ περιτομῆς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἀποστόλων τὰς ψευδηγορίας περιφερούσῃ, ἧς τήν τε σῆψιν καὶ τὸν ἰὸν καὶ τοὺς ὀδόντας τῷ ξύλῳ τῆς ἀληθείας παίσαντες καὶ συντρίψαντες ἐπὶ τὰς μετέπειτα, ὡς προεῖπον, χωρῆσαι ἐν τῇ θεοῦ δυνάμει σπεύσωμεν.

Cap. VIII. — 1. *Hoc est* committere, componere.

in alia quaedam mala transversos lectores abripiamus. Enimvero si quis iudicii nonnihil habeat, inanis omnino et ridicula illorum doctrina comprobabitur, quae et ab apostolis falsitatis convicta, et a sapientibus damnata, et a deo ipsaque adeo veritatis praedicatione est eiecta.

Caeterum iidem illi Merinthiani, sic enim accepimus, appellantur. Utrum vero Cerinthus ipse Merinthus alio nomine sit dictus liquido nescire me fateor: an praeter hunc alter eo nomine appellatus extiterit, adiutor illius et socius, id quidem soli deo compertum est. Hoc enim saepe iam diximus, non ipsum solum Hierosolymis frequenter apostolis restitisse, sed et qui eum in Asia sunt secuti. Atque ut unus idemque sit, aut alius eiusdem cum illo opinionis et partium fautor, nihil admodum refert. Forma quidem nequissimae illorum doctrinae ac velut nota quadam eiusmodi est qualem descripsimus, et Cerinthianos simul ac Merinthianos appellari constat. Cap. VIII.

His igitur de horrenda illorum ac serpentum simili improbitate disputatis ad eas quae deinceps consequuntur promovenda est oratio. Sed habendae imprimis gratiae sunt, quod pessimorum dogmatum pelagus istud sine ulla noxa transmisimus, et illud suppliciter postulandum, ut cum in reliquas haereses incurrerimus, quasi in maritima quaedam ac monstris referta brevia delati nihil ab his incommodi patiamur, sed ab ea quae inter disputandum illuxerit veritate salutem consequamur, cum et huius soliditatem adstruemus, et contrariarum haereseon inanitatem erroremque demonstrabimus. Quod si quispiam considerare et aliqua illas adumbrare similitudine voluerit, quam hactenus refutavimus, ob duplicem illam appellationem cum bicipiti quodam serpente reipsa comparandam putabit, eoque viperae genere quam Sepedonem vocant, quae pilis toto corpore est sparsa rubentibus, neque caprae, aut ovis ei natura vel pellis est, sed serpentis, eademque morsu obviis quibusque letum affert, ut et haeresis illa sectatores suos enecat, cum aut vetere testamento rituque ad evertendum novum utitur, aut fraudulentis rationibus ex novo testamento depromptis apostolos, qui e circumcisione ad Christi se fidem applicarunt, falso impugnare nititur. Cuius quidem tabificum virus atque dentes quoniam veritatis quasi fuste contudimus et contrivimus, ad eas quae consequuntur refellendas, uti diximus, progreditur ac festinat oratio.

ΚΑΤΑ ΝΑΖΩΡΑΙΩΝ,

ἐνάτη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ἐνάτη.

Κεφ. α'. *Ναζωραῖοι καθεξῆς τούτοις ἕπονται, ἅμα τε αὐτοῖς ὄντες, ἢ καὶ πρὸ αὐτῶν, ἢ σὺν αὐτοῖς, ἢ μετ' αὐτοὺς, ὅμως σύγχρονοι· οὐ γὰρ* pag. 117. *ἀκριβέστερον δύναμαι ἐξειπεῖν τίνες τίνας διεδέξαντο. Καθὰ γὰρ ἔφην, σύγχρονοι ἦσαν ἀλλήλοις, καὶ ὅμοια κέκτηνται τὰ φρονήματα. Οὗτοι γὰρ ἑαυτοῖς ὄνομα ἐπέθεντο οὐχὶ Χριστοῦ, οὔτε αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, ἀλλὰ Ναζωραίων. Καὶ πάντες δὲ Χριστιανοὶ Ναζωραῖοι τότε ὡσαύτως ἐκαλοῦντο. Γέγονε δὲ ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ καλεῖσθαι αὐτοὺς Ἰεσσαίους, πρὶν ἢ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν λάβωσιν οἱ μαθηταὶ καλεῖσθαι Χριστιανοί. Ἐκαλοῦντο δὲ Ἰεσσαῖοι διὰ τὸν Ἰεσσαὶ, οἶμαι, ἐπειδήπερ ὁ Δαβὶδ ἐξ Ἰεσσαὶ, ἐκ δὲ τοῦ Δαβὶδ κατὰ διαδοχὴν σπέρματος ἡ Μαρία, πληρουμένης τῆς θείας γραφῆς κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην, τοῦ κυρίου λέγοντος πρὸς τὸν Δαβὶδ, Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.*

Κεφ. β'. *Δέδια δὲ καθ' ἑκάστην ὑπόθεσιν λέξεως, ὡς ταύτην τὴν ὑπόμνησιν ποιοῦμαι, παρακινούσης με τῆς ἀληθείας τὰς ἐν αὐτῇ τῇ λέξει θεωρίας ὑποφαίνειν, διὰ τὸ μὴ πολὺ πλάτος περιποιήσασθαι τῇ συντάξει τῆς διηγήσεως. Τοῦ γὰρ κυρίου φήσαντος τῷ Δαβὶδ, Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, καὶ τὸ, Ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, δῆλον ὡς ἡ τοῦ θεοῦ ἀμετάθετός ἐστιν ἐπαγγελία, καὶ πρῶτον μὲν ὅτι ὅρκος παρὰ θεῷ τί ἔστιν ἀλλ' ἢ ὅτι, Κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, λέγει κύριος; Οὐ γὰρ κατὰ μείζονος ἔχει ὅρκον θεός. Ἀλλὰ οὐδὲ ὄμνυσι τὸ θεῖον, εἰς παράστασιν δὲ βεβαιώσεως ὁ λόγος ἔχει τὴν δύναμιν, μεθ' ὅρκου γὰρ ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας θήσειν ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ. Μαρτυροῦσι δὲ οἱ ἀπόστολοι ὅτι ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἔδει τὸν Χριστὸν γεννηθῆναι, ὥσπερ οὖν καὶ ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Παρήσω δὲ τὸ πλῆθος τῶν μαρτυριῶν, ἵνα μὴ εἰς πολὺν ὄγκον ἀγάγω τὸν λόγον, ὥς γε προεῖπον. Εἴποι δ' ἄν τις ἴσως, τοῦ Χριστοῦ γεννηθέντος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, τίνι τῷ λόγῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ οὐ καθέζεται. Ἦλθον γὰρ, φησὶ τὸ εὐαγγέλιον, χρῖσαι αὐτὸν εἰς βασιλέα, καὶ γνοὺς ἀνεχώρησε, καὶ ἐκρύβη ἐν Ἐφραῒμ πόλει τῆς ἐρήμου. Φθάσαντες δὲ ἡμεῖς ἐπὶ τὸν τόπον τοῦ ῥητοῦ τούτου, καὶ ἐρωτώμενοι περὶ τῆς μαρτυρίας ταύτης καὶ τῆς ὑποθέσεως, ὅτι τίνι τῷ λόγῳ κατὰ τὸ σαρκικὸν* pag. 118. *οὐ πεπλήρωται [1] ἐπὶ τὸν σωτῆρα τὸ καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβίδ.*

Cap. II. — 1. *Suspicor* περὶ τὸν σωτῆρα.

ADVERSUS NAZARAEOS,
quae est ordine IX., vel XXIX.

Exinde Nazaraei proximi sunt, qui sive priores illis, sive aequales, sive posteriores extiterint, in idem fere tempus incurrunt. Neque enim affirmare certo possumus utri utris successerint. Eadem enim ut diximus aetate vixerunt, et in iisdem dogmatibus sunt opinionibusque versati. Atque illi quidem non a Christo, neque ab Iesu nomen acceperunt, sed se Nazaraeos appellarunt. Siquidem Christiani tum omnes Nazaraei vocabantur. Quamquam pro exiguo tempore, Iessaeorum penes illos nomen resedit, antequam Christiani Antiochiae nominari coeperint. Ac Iessaei, ut opinor, ab Iesse vocati sunt. David enim Iesse filius erat, a quo generis continuata serie Maria prodiit, in eoque scripturae sacrae vaticinium ad exitum perductum est, cum in vetere testamento Davidi dominus ista respondisset: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Cap. I. Psalm. 131, 11.

Sed illud in singulis scripturae verbis afferendis vereri mihi succurrit, de quo saepius commonere soleo, ne dum eas quae verbis ipsis insunt sententias expendere veritatis studium cogit, longius quam par sit instituti moles operis excrescat. Cum igitur dominus Davidi dixerit: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam,* et illud, *Iuravit dominus David, et non poenitebit eum,* manifestum est dei promissionem revocari non posse. Atque imprimis iusiurandum illud, quod deo tribuitur, quidnam est aliud, nisi istud ipsum quod alibi dicitur, *Per memetipsum iuravi, dicit dominus?* Neque enim per maiorem aliquem iusiurandum deus concipit, sed nec iurat quidem omnino. Sed ea loquendi ratio ad astruendam rei firmitatem pertinet. Nam Davidi iureiurando promisit dominus, *De fructu ventris ipsius super sedem eius se esse positurum.* Ita porro testantur apostoli de Davidis stirpe nasci Christum oportuisse; uti revera Iesus Christus dominus noster indidem oriundus est. Verum ego ne prolixiorem, ut ante dixi, sermonem instituam, testimoniorum amplissimam copiam praetermitto. Atenim, dicat aliquis, cum ex Davidis stirpe, quatenus carne constat, procreatus sit Christus, hoc est, e beata virgine Maria, quid ita tandem in Davidis solio minime consedit? *Venerunt enim,* ait evangelium, *ut ipsum ungerent in regem;* et cum id cognovisset, recessit, atque Ephraimi, quod oppidum in deserto situm est, delituit. Itaque quoniam opportune ad huius evangelici dicti mentionem sumus delapsi, deque eiusmodi testimonio argumentoque nata quaestio est, cur scilicet quod a propheta praedictum fuerat, in Davidis solio consessurum esse Christum, Cap. II. Psalm. 109, 4. Ioann. 6. 15.

Ἐνομίσθη γὰρ τοῦτό τισι μὴ πεπληρῶσθαι· ὅμως ὡς ἔστιν ἐροῦμεν Οὐδεμία γὰρ λέξις τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ γραφῆς διαπίπτει.

Κεφ. γ΄. Θρόνος γὰρ Δαβὶδ καὶ βασιλικὴ ἕδρα ἐστὶν ἡ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἱερωσύνη, ὅπερ ἀξίωμα βασιλικόν τε καὶ ἀρχιερατικὸν ὁμοῦ ἐπιτοαυτὸ συνάψας ὁ κύριος δεδώρηται τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, τὸν θρόνον μεταγαγὼν ἐν αὐτῇ τὸν τοῦ Δαβὶδ μὴ διαλείποντα εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐκεῖσε γὰρ κατὰ διαδοχὴν διήρκεσε θρόνος Δαβὶδ ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, μὴ διαλειπόντων τῶν ἐξ Ἰούδα ἀρχόντων ἕως ἦλθεν ᾧ τὰ ἀποκείμενα ἦν, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν, φησίν. Ἔληξαν γὰρ ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ οἱ κατὰ διαδοχὴν ἐξ Ἰούδα ἄρχοντες, ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἡγούμενοι. Διέπεσε γὰρ ἡ τάξις, καὶ ἔστη, ἐξότε αὐτὸς γεννᾶται ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀπὸ γένους ἱερατικοῦ καὶ βασιλικοῦ. Ἀφ' οὗ Ἀλεξάνδρου διέπεσεν οὗτος ὁ κλῆρος ἀπὸ χρόνων αὐτοῦ τε καὶ Σααλίνας, τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας καλουμένης, ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως καὶ Αὐγούστου τῶν Ῥωμαίων αὐτοκράτορος. Ὃς καὶ διάδημα ἐπέθετο ἑαυτῷ, ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος, εἷς τῶν χριστῶν καὶ ἡγουμένων ὑπάρχων. Συναφθεισῶν γὰρ τῶν δύο φυλῶν τοῦ τε βασιλικοῦ καὶ ἱερατικοῦ, Ἰούδα δέ φημι καὶ Ἀαρὼν, καὶ πάσης τῆς τοῦ Λευὶ, οὕτω βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ἐγίνοντο. Οὐ γὰρ διήμαρτέ τι τῶν ἀπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς αἰνιγμάτων. Τότε δὲ λοιπὸν ἀλλόφυλος βασιλεὺς Ἡρώδης, καὶ οὐκέτι οἱ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διάδημα ἐπέθεντο. Μεταπεσούσης δὲ τῆς βασιλικῆς καθέδρας ἐν Χριστῷ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ μὲν οἴκου τοῦ σαρκικοῦ Ἰούδα καὶ [1] Ἰσραὴλ τὸ βασιλικὸν μετέστη ἀξίωμα, ἵδρυται δὲ ὁ θρόνος ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ἐκ δύο προφάσεων ἔχων τὸ ἀξίωμα, τοῦ τε βασιλικοῦ καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ. Καὶ τὸ μὲν βασιλικὸν ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ δύο τρόπους, διά τε τὸ εἶναι αὐτὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῦ βασιλέως κατὰ σάρκα,
pag. 119. καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶ, βασιλέα μείζονα ἀπ' αἰῶνος κατὰ τὴν θεότητα· τὸ δὲ ἱερατικὸν, ὅτι αὐτὸς ἀρχιερεὺς καὶ ἀρχιερέων πρύτανις, κατασταθέντος εὐθὺς Ἰακὼβ τοῦ ἀδελφοῦ κυρίου καλουμένου καὶ ἀποστόλου ἐπισκόπου, πρώτου υἱοῦ τοῦ Ἰωσὴφ φύσει ὄντος, ἐν τάξει δὲ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου κληθέντος διὰ τὴν συναναστροφήν.

Cap. III. — 1. *Editus liber uterque habet* Ἱερουσαλὴμ, *quamquam in Cornarii quidem versione recte legitur* Israel. *Vitii origo quaerenda in siglo* ἰηλ *male intellecto.*

non sit in salvatore, quod ad carnem pertinet, aliquando perfectum. Hoc enim sunt qui negent impletum fuisse; nos tamen plane ita contigisse monstrabimus. Nulla enim vel minima divinae scripturae dictio potest excidere.

Quocirca thronus ille Davidis ac regale solium nihil aliud est Cap. III.
quam ecclesiae sanctae sacerdotium, quod regia simul ac pontificia dignitate in unum contracta ei dominus attribuit, ac Davidis aeternum illud neque periturum unquam solium in eandem contulit. Illic enim Davidica sedes perpetua successione ad Christum usque permansit, cum nullo unquam tempore de Iudae tribu principes desiissent, donec ille venit *cui reposita erant. Et ipse,* inquit, *expectatio* Gen. 49, 10.
gentium. Etenim sub adventum Christi domini desiit de tribu Iudae principum illa successio, qui ad id usque tempus populi duces fuerant. Nam tum illa series intercidit ac suppressa penitus est, a quo Christus Bethleemi, quod est Iudaeae oppidum, in hanc lucem editus est, idque adeo sub Alexandro contigit, qui e sacerdotum pariter ac regum stirpe erat oriundus. Ab huius igitur Alexandri nec non et Saalinae, quae et Alexandra vocata est, tempore sors est illa regni conditioque sublata, cum Herodes Iudaeae, Augustus vero Romanorum imperium obtineret. Et quidem Alexander ille unus e Christorum, hoc est unctorum, ducumque numero diadema sibimet imposuit. Cum enim duae invicem tribus coniunctae fuissent, quarum altera regni, sacerdotii altera ius habebat, eratque Iudae prior, posterior Aaronis ac Leviticae gentis universae, inde factum est iidem ut reges ac sacerdotes essent. Neque enim ullum ex obscuris sacrarum literarum oraculis veritate sua caruit. Tum igitur Herodes rex alienigena summotis Davidis posteris diadema sumpsit. Atque imperii demum solio peregrinum in hominem translato a carnalis Iudae familia ac Hierosolymis per Christum regia est in ecclesiam transfusa dignitas. Cuius sedes ad omnium perpetuitatem temporum in eadem ipsa constituta, ex ambarum dignitatum, regni videlicet ac sacerdotii amplitudine coalescit. Nam quod ad regiam maiestatem attinet, eam a Christo Iesu domino nostro duplici iure communicatam accepit, quod et ille quatenus carne constat, de Davidis stirpe propagatus fuerit, et rex divinitatis quam idem habet ratione longe sit amplior et aeternus. Sacerdotii vero dignitatem ideo sortitus est quod et pontifex sit, et pontificum omnium moderator ac princeps. Quare Iacobus ille, qui domini frater appellatus est, et eiusdem apostolus, primus omnium est episcopus constitutus; qui cum Iosephi naturalis esset filius, domini frater ob id vocatus est, quod in eius convictu ac consuetudine versaretur.

Κεφ. δ'. Ἦν γὰρ ὁ Ἰάκωβος οὗτος υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ γυναικὸς τοῦ Ἰωσὴφ, οὐκ ἀπὸ Μαρίας, ὡς καὶ εἰς πολλοὺς τόπους τοῦτο ἡμῖν εἴρηται, καὶ σαφέστερον ἡμῖν πεπραγμάτευται. Ἀλλὰ καὶ εὑρίσκομεν αὐτὸν ἐκ τοῦ Δαβὶδ ὄντα, διὰ τὸ υἱὸν εἶναι τοῦ Ἰωσὴφ Ναζωραῖον γενόμενον. Ἦν γὰρ πρωτότοκος τῷ Ἰωσὴφ, καὶ ἡγιασμένος. Ἔτι δὲ καὶ ἱερατεύσαντα αὐτὸν κατὰ τὴν παλαιὰν ἱερωσύνην εὕρομεν. Διὸ καὶ ἠφίετο αὐτῷ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιέναι, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσεν ὁ νόμος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὕτω γὰρ ἱστόρησαν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ αὐτοῦ, Εὐσέβιός τε καὶ Κλήμης, καὶ ἄλλοι. Ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν, καθὼς οἱ προειρημένοι ἀξιόπιστοι ἄνδρες ἐν τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοῖς ἐμαρτύρησαν. Ἱερεὺς τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, βασιλεύς τε ὁμοῦ κατὰ τὴν τάξιν τὴν ἄνωθεν, ἵνα μεταγάγῃ τὴν ἱερωσύνην ἅμα τῇ νομοθεσίᾳ. Τοῦ δὲ σπέρματος Δαβὶδ διὰ τὴν Μαρίαν καθεζομένου ἐν θρόνῳ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἔδει γὰρ αὐτὸν νῦν μεταγαγεῖν τὴν τάξιν τοῦ [1] γε βασιλείου. Καὶ γὰρ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς ἔλεγεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Ποντίῳ Πιλάτῳ, Ἡ βασιλεία μου οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Τοῦ γὰρ Χριστοῦ τὰ πάντα πληροῦντος δι' αἰνιγμάτων, ἕως τινὸς μέτρου αἱ ὑποθέσεις ἔφθανον. Οὐ γὰρ ἦλθεν ἵνα προκοπὴν λάβῃ βασιλείας ὁ βασιλεύων ἀεί· ἐχαρίσατο δὲ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καθισταμένοις τὸ βασίλειον, ἵνα μὴ ὀνομασθῇ ἀπὸ τῶν μικρῶν ἐπὶ τὰ μείζονα προκόπτειν. Μένει γὰρ αὐτοῦ ὁ θρόνος, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, καὶ κάθηται ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, τὸ βασίλειον τοῦ Δαβὶδ μεταστήσας, καὶ χαρισάμενος τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις ἅμα τῇ ἀρχιερωσύνῃ, τουτέστι τοῖς ἀρχιερεῦσι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Καὶ πολλά
pag. 120. ἐστι περὶ τούτου λέγειν, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ εἰς τὸν τόπον ἐλήλυθα, εἰπεῖν δι' ἣν αἰτίαν Ἰεσσαῖοι ἐκαλοῦντο πρὶν τοῦ καλεῖσθαι Χριστιανοὶ οἱ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότες, τούτου ἕνεκα ἔφημεν ὅτι ὁ Ἰεσσαὶ πατὴρ γίνεται τοῦ Δαβίδ. Καὶ ἤτοι τοῦ Ἰεσσαὶ, ἤτοι ἐκ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐπεκλήθησαν Ἰεσσαῖοι, διὰ τὸ ἐξ Ἰησοῦ ὁρμᾶσθαι, μαθηταὶ ὄντες αὐτοῦ, ἢ διά [2] τοι τῆς ἐτυμολογίας τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου. Ἰησοῦς γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον θεραπευτὴς καλεῖται, ἤτοι ἰατρὸς καὶ σωτήρ. Ὅμως τούτῳ τῷ ὀνόματι, πρὶν τοῦ Χριστιανοὺς αὐτοὺς καλεῖσθαι, τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκτηντο. Ἀπὸ Ἀντιοχείας δὲ, καθάπερ ἄνω ἐπεμνήσθημεν, ὡς ἔχει ἡ τῆς ἀληθείας ὑπόθεσις, ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ Χριστιανοὶ καλεῖσθαι.

Cap. IV. — 1. *Libri omnes* τοῦ τε βασιλείου.

2. *Reposui* τοι *pro* τὸ, *quod in libris vulgo extat.*

Hic enim Iosephi ex alia fuit quam Maria coniuge filius, id quod pluribus locis a me commemoratum est manifestiusque disputatum. Quinetiam e Davidis genere propagatum illum reperimus, utpote Iosephi filium, eundemque Nazaraeum. Nam Iosephi liberorum hic primus ac consecratus fuit. Imo et sacerdos ex veteris illius ritu sacerdotii fuisse perhibetur. Quamobrem semel ei quotannis in sancta sanctorum concessum est ingredi, quemadmodum summis sacerdotibus lege esse praescriptum e sacris literis didicimus. Quod quidem de Iacobo plerique ante nos memoriae prodiderunt, ut Eusebius, Clemens et alii. Sed et bracteam eidem in capite gestare licuisse quos proxime nominavi idonei scriptores commentariis suis testatum reliquerunt. Quocirca, *Sacerdos,* uti diximus, *Iesus Christus dominus noster in aeternum fuit, secundum ordinem Melchisedec,* idemque rex secundum superiorem ac coelestem ordinem, ut una cum lege sacerdotium transferret. Fuit vero propter B. Mariam e Davidis oriundus stirpe, atque in regali solio *sedet in aeternum, et regni illius non erit finis.* Nimirum transferre illum non minus regni quam sacerdotii ordinem oportuit; quippe cum eius regnum minime ex hoc mundo sit, ut Pontio Pilato in evangelio respondisse fertur: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Cum enim Christus sub quibusdam aenigmatum involucris universa compleret, quod hactenus gerebatur par fuit aliquo tenus pervenire. Neque vero ideo venit ut qui regnasset hactenus imperare porro pergeret, sed iis regnum, quos constituerat ipse dilargitus est, ne a minoribus progredi ad maiora dici possit. *Manet quippe sedes illius, et regni eius non erit finis,* atque in Davidis solio considet, propterea quod Davidis regnum transtulit, idque ipsum una cum pontificatu servis suis indulsit, hoc est catholicae ecclesiae pontificibus. Sed multa de ea re disputari possunt. Quoniam vero ad eum locum delapsi sumus ut reddenda caussa nobis esset cur ii qui Christo nomen dederant priusquam Christianorum nomen essent adepti Iessaei vocarentur, idcirco monuimus Iessaeum Davidis patrem fuisse. Aut ab illo igitur Iessae, aut a Iesu Christi domini nostri appellatione Iessaeorum nomen obtinuerunt, quod ab Iesu disciplina profecti, eiusdemque discipuli forent; aut illud denique ex notatione ipsa nominis, quo dominus vocatus est, originem accepit. Iesus enim Hebraice curatorem, hoc est medicum ac servatorem, significat. Quicquid sit, constat eo nomine, priusquam Christiani vocarentur, appellatos fuisse. Atque ab urbe demum Antiochia, uti supra meminimus, adeoque ipsa rei veritas comprobat, cum discipuli ipsi, tum omnis ecclesia dei Christianorum vocabulo comprehensa.

Cap. IV.

Hebr. 6, 10

Ioann. 18, 36.

Κεφ. ε'. Εὕροις δ' ἂν, ὦ [1] φιλολόγε, καὶ τούτου τὴν ὑπόθεσιν ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Φίλωνος ὑπομνήμασιν, ἐν τῇ περὶ Ἰεσσαίων αὐτοῦ ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ, ὃς τούτων τὴν πολιτείαν καὶ τὰ ἐγκώμια διεξιὼν, καὶ τὰ αὐτῶν μοναστήρια ἐν τῇ κατὰ τὴν Μαρίαν λίμνῃ ἱστορῶν περιοικίδι, οὐ περί τινων ἑτέρων ὁ ἀνὴρ ἱστόρησεν, ἀλλὰ περὶ Χριστιανῶν. Οὗτος γὰρ γενόμενος ἐν τῇ χώρᾳ (Μαρεώτην δὲ τὸν τόπον καλοῦσι), καὶ καταχθεὶς παρ' αὐτοῖς ἐν τοῖς κατὰ τὸν χῶρον τοῦτον μοναστηρίοις ὠφέληται. Ἐν ἡμέραις γὰρ τῶν [2] Πάσχων ἐκεῖ γενόμενος τάς τε αὐτῶν πολιτείας ἐθεάσατο, καὶ ὥς τινες ἑβδομάδα τὴν ἁγίαν τῶν [3] Πάσχων ὑπερτιθέμενοι διετέλουν, ἄλλοι δὲ διὰ δύο ἐσθίοντες, ἄλλοι δὲ καὶ καθ' ἑσπέραν. Ἦν δὲ τῷ ἀνδρὶ πάντα ταῦτα πεπραγματευμένα εἰς τὴν περὶ πίστεώς τε καὶ πολιτείας τῶν Χριστιανῶν ὑπόθεσιν. Ὡς οὖν τότε ἐκαλοῦντο Ἰεσσαῖοι, ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, καὶ Μάρκου τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ κηρύξαντος, κατὰ τοὺς χρόνους τούτους τινὲς ἐξεληλύθασι πάλιν, τῶν ἀποστόλων δῆθεν ἀκόλουθοι (λέγω δὲ οἱ ἐνταῦθά μοι δηλούμενοι Ναζωραῖοι), ὄντες μὲν κατὰ τὸ γένος Ἰουδαῖοι, καὶ τῷ νόμῳ δὲ προσανέχοντες καὶ περιτομὴν κεκτημένοι· ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ σκοποῦ τινες θεασάμενοι πῦρ, καὶ μὴ νοήσαντες δι' ἣν αἰτίαν οἱ τὴν πυρὰν ταύτην ἐξάψαντες, ἢ χρησι-
pag. 121. μότητα, τοῦτο ποιοῦσιν, ἢ τὰ τῆς ζωῆς ἑαυτῶν ὀψώνια πρὸς ἐδωδὴν διὰ τῆς πυρᾶς κατασκευάζοντες, ἢ ἐπὶ ἀφανισμῷ τινων καυστικῶν ξύλων ἢ φρυγάνων τῶν ὑπὸ πυρὸς εἰωθότων ἀναλίσκεσθαι, οὕτω καὶ αὐτοὶ μιμησάμενοι, πῦρ ἀνάψαντες ἑαυτοὺς ἐνέπρησαν. Ἀκούσαντες γὰρ μόνον ὄνομα Ἰησοῦ, καὶ θεασάμενοι τὰ θεοσήμεια τὰ διὰ χειρῶν τῶν ἀποστόλων γινόμενα, καὶ αὐτοὶ εἰς Ἰησοῦν πιστεύουσι, γνόντες δὲ αὐτὸν ἐκ Ναζαρὲτ ἐν γαστρὶ [4] ἐγκυμονηθέντα, καὶ ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ ἀνατραφέντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον καλεῖσθαι, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἔν τε σημείοις καὶ τέρασι, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτο τὸ ὄνομα ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, [5] τὸ καλεῖσθαι Ναζωραίους, [6] οὐχὶ δὲ Ναζιραίους, τὸ ἑρμηνευόμενον Ἡγιασμένους. Τοῦτο γὰρ τοῖς τὸ παλαιὸν πρωτοτόκοις καὶ θεῷ ἀφιερωθεῖσιν [7] ὑπῆρχεν τὸ ἀξίωμα, ὧν εἷς ὑπῆρχεν ὁ Σαμψὼν, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν, καὶ πρὸ αὐτοῦ πολλοί. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς τῶν αὐτῶν [8] ἀφηγιασμένων τῷ θεῷ καὶ αὐτὸς εἷς [9] ὑπῆρχε, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπινεν. [10] Ὥριστο γὰρ τοῖς τοιούτοις [11] αὕτη ἁρμόδιος τῷ ἀξιώματι [12] ἡ πολιτεία.

Cap. V. — 1. *Sic cod. Vatic. Cod. Rhedig. et edit. princ. vitiose* φιλόλογε.
2. πασχῶν *cod. Rhedig. et edit. princ. Quod mutavit Petav. in* πάσχων, *ex auctoritate cod. Vatic.*
3. πάσχων *cod. Vatic. et ed. Petav.* πασχῶν *cod. Rhedig. et edit. princ.*
4. *Vocem* ἐγκυμονηθέντα *non agnoscit cod. Vatic.*
5. τοῦ καλεῖσθαι *cod. Venetus.*
6. *Verba* οὐχὶ δὲ Ναζιραίους *non habet cod. Venet.*
7. ὑπῆρχεν *codd. Venet. et Rhedig. Vulgo* ὑπῆρχε.

Quod quidem argumentum uberius pertractatum, quisquis es studiosus in Philonis commentariis invenies, eoque libro quem de Iessaeis inscripsit; ubi illorum vitae disciplinam ac praeconia celebrans, eorumque monasteria, quae ad Marianam paludem circumquaque posita sunt describens non de aliis ullis, quam de Christianis ista narravit. Nam cum eam regionem lustrasset (Mareotes hic vulgo locus dicitur) atque ad ipsos, eorumque monasteria divertisset, magnam ab iis utilitatem accepit. Etenim cum ipsis paschalibus feriis illuc accessisset, omnem eorum vitae rationem diligenter inspexit, observavitque nonnullos totam illam sacrosanctam hebdomadem sine ullo cibo transigere, alios alternis illum diebus capere, quosdam vero sub vesperam. Quamobrem quaecumque toto illo opere a Philone tractata sunt, ea Christianorum ad fidem vivendique rationem omnino pertinent. Cum igitur Iessaei tunc temporis dicerentur, paulo post ascensum Christi domini, postquam Marcus in Aegypto divinum verbum praedicavit, nonnulli tunc prodierunt apostolorum asseclae, Nazaraei videlicet isti de quibus praesens institutus est sermo. Erant illi genere quidem Iudaei, atque ad legem et circumcisionem adhaeserant, sed quemadmodum qui e specula procul ignem aspiciunt, neque cuius rei gratia, quemve ad usum hoc incendium excitatum fuerit sciunt, utrumnam ad obsonia coquenda, cibosque victui praeparandos, an ut cremia aridaque virgulta, ut assolet, concremarent, sic illi istud ipsum imitati semetipsos incendio consumpserunt. Siquidem solo Iesu nomine audito, conspectisque quae ab apostolis fierent portentis ac miraculis, in illum et ipsi quoque crediderunt. Quem cum Nazareti scirent in virginis utero genitum, atque in Iosephi domo nutritum, et idcirco Iesum Nazarenum in evangelio nominari, quemadmodum apostoli loquuntur, *Iesum Nazarenum virum approbatum signis ac prodigiis*, ex eo nomen sibi istud imponunt, ut Nazaraei vocentur, non Naziraei, quae vox sanctificatum significat. Hic enim quondam primogenitis deoque consecratis dignitatis honor est habitus, quorum e numero Sampson, aliique post ipsum vel ante ipsum complures extiterunt. Imo et Ioannes baptista ex illo dedicatorum deo hominum genere fuit, qui vinum aut siceram non bibit. Fuit enim hominibus eiusmodi eorum dignitati consentanea vivendi ratio constituta.

Cap. V.

Act. 2, 22.

8. ἀφηγιασμένων *emendatio est Ios. Scaligeri, quam firmat cod. Venet. praebens* ἀφηγιασμένον. *Cod. Rhedig. et editi libri habent* ἀφηγησαμένων. *Petavius suspicabatur* αὑτοὺς ἀφιερωσαμένων.

9. ὑπῆρχεν. οἶνον γὰρ καὶ *cod. Venet.*

10. ὡρίζετο *cod. Venet.*

11. αὕτι *cod. Venet.*

12. ἡ *om. cod. Venet.*

Κεφ. ϛ'. [1] Ἀλλὰ οὐδὲ Νασαραίους ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν· ἦν γὰρ ἡ αἵρεσις τῶν Νασαραίων πρὸ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸν οὐκ ᾔδει. Ἀλλὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι τοὺς Χριστιανοὺς [2] Ναζωραίους ἐκάλουν, ὡς προεῖπον, ὥς λέγουσι κατηγοροῦντες Παύλου τοῦ ἀποστόλου, Τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὕρομεν λοιμὸν, καὶ διαστρέφοντα τὸν λαὸν, πρωτοστάτην τε ὄντα τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως. Ὁ δὲ ἅγιος ἀπόστολος οὐκ ἀρνεῖται μὲν τὸ ὄνομα, οὐχὶ τὴν τούτων αἵρεσιν ὁμολογῶν, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τὸ ἀπὸ τῆς τῶν ἀντιλεγόντων κακονοίας διὰ τὸν Χριστὸν ἐπενεχθὲν αὐτῷ ἀσμένως καταδεχόμενος. Φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ [3] βήματος, Οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ [4] εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασίν τινα ὄχλου ποιοῦντα, οὐδὲ ὧν μου κατηγοροῦσιν οὐδὲν [5] πεποίηκα. Ὁμολογῶ δέ σοι τοῦτο, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν αἵρεσιν οὗτοι φάσκουσιν, οὕτω λατρεύω, πιστεύων πᾶσι τοῖς ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προφήταις. Καὶ οὐ θαῦμα ὅτι ὁ ἀπόστολος [6] ὁμολογεῖ ἑαυτὸν Ναζωραῖον, πάντων καλούντων τοὺς Χριστιανοὺς τότε τούτῳ τῷ ὀνόματι, διὰ Ναζαρὲτ τὴν
pag. 122. πόλιν, ἄλλης μὴ οὔσης χρήσεως τῷ ὀνόματι πρὸς τὸν καιρὸν, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους καλεῖν τοὺς τῷ Χριστῷ πεπιστευκότας. Περὶ οὗ [7] καὶ γέγραπται ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Καὶ γὰρ καὶ νῦν ὁμωνύμως οἱ ἄνθρωποι πάσας τὰς αἱρέσεις, Μανιχαίους τέ φημι καὶ Μαρκιωνιστὰς, Γνωστικούς τε καὶ ἄλλους, Χριστιανοὺς τοὺς μὴ ὄντας Χριστιανοὺς καλοῦσι, καὶ ὅμως ἑκάστη αἵρεσις, καίπερ ἄλλως λεγομένη, καταδέχεται τοῦτο χαίρουσα, ὅτι διὰ τοῦ ὀνόματος κοσμεῖται. Δοκοῦσι γὰρ ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ σεμνύνεσθαι ὀνόματι, οὐ μὴν τῇ πίστει καὶ τοῖς ἔργοις. Οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τότε μαθητὰς Ἰησοῦ ἑαυτοὺς ἐκάλουν, ὥςπερ οὖν καὶ ἦσαν· ἀκούοντες δὲ παρὰ ἄλλων Ναζωραῖοι οὐκ ἠναίνοντο, τὸν σκοπὸν θεωροῦντες τῶν τοῦτο αὐτοὺς καλούντων, ὅτι διὰ Χριστὸν αὐτοὺς ἐκάλουν. Ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος Ἰησοῦς Ναζωραῖος ἐκαλεῖτο, ὥςπερ ἔχει τὰ εὐαγγέλια, καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων, διὰ τὸ ἐν τῇ πόλει Ναζαρὲτ αὐτὸν, κώμῃ δὲ τὰ νῦν οὔσῃ, ἀνατετράφθαι ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ, γεννηθέντα κατὰ σάρκα ἐν Βηθλεὲμ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, τῆς μεμνηστευμένης Ἰωσὴφ τῷ ἐν τῇ αὐτῇ Ναζαρὲτ μετῳκηκότι, μετὰ τὸ ἀπὸ Βηθλεὲμ αὐτὸν μεταναστάντα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κατοικισθῆναι.

Κεφ. ζ'. Οὗτοι δὲ οἱ προειρημένοι αἱρεσιῶται, περὶ ὧν ἐνταῦθα τὴν ἀφήγησιν ποιούμεθα, παρέντες τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ οὔτε Ἰεσσαίους ἑαυτοὺς κεκλήκασιν, οὔτε τῶν Ἰουδαίων ἔμειναν ἔχοντες τὸ ὄνομα, οὔτε Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν, ἀλλὰ Ναζωραίους, δῆθεν ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου τῆς Ναζαρὲτ ἐπωνυμίας. Τὰ πάντα δέ εἰσιν Ἰουδαῖοι, καὶ

Cap. VI. — 1. Ἀλλὰ οὐδὲ *codd. Venet. et Vatic.* Ἄλλοι δὲ *cod. Rhedig. et editi libri.* 2. ἐκάλουν Ναζωραίους *cod. Venet.* 3. ῥήματος *cod. Venet.*

Sed alii Nazaraeos seipsos appellant. Quippe Nazaraeorum secta Christum antecessit, nec eum cognovit. Verum Christiani, ut initio monui, ab omnibus Nazaraei nuncupati sunt, quemadmodum illi dixerunt, qui Paulum apostolum accusarunt: *Hunc*, inquiunt, *hominem invenimus pestiferum, et corrumpentem populum, et auctorem sectae Nazarenorum.* At sanctus apostolus neque nomen istud eiurat, tametsi ab illorum haeresi abhorreret, et quod sibi adversariorum improbitate propter Christum impositum erat vocabulum, libenter admisit. Ita enim ante tribunal dixit, *Neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbae, neque quicquam eorum quibus me accusant admisi. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt haeresin, sic deservio, credens omnibus quae in lege et prophetis scripta sunt.* Neque vero mirum est apostolum semetipsum Nazarenum confiteri, cum universi tunc eo nomine Christianos vocarent, ab oppido Nazaret, nec ullus alterius esset vocis usus illis temporibus, qua eos qui Christo nomen dederant possent exprimere. De quo sane scriptum est, *quoniam Nazarenus vocabitur.* Nam et hodie haereses omnes, Manichaei scilicet, Marcionistae, Gnostici, caeterique qui Christiani non sunt, Christianorum tamen ab omnibus nomine comprehendi solent, et unaquaeque secta, licet alio nomine censeatur, id sibi nominis libenter asciscit, quod hoc esse sibi decori atque ornamento iudicat. Quippe solo Christi vocabulo non fide atque operibus gloriari videntur. Eodem modo sancti Christi discipuli sese tum id quod erant Iesu discipulos vocabant: neque tamen cum ab aliis Nazareni dicerentur nomen istud recusabant, cum ad eorum a quibus sic appellabantur finem scopumque respicerent, qui hoc sese nomine Christi caussa donabant; quandoquidem et Iesus ipse Nazarenus appellatus est, ut in evangeliis et apostolorum Actibus legitur, pro eo quod in oppido Nazareti, qui hodie pagus est, in aedibus Iosephi fuerit educatus, posteaquam Bethleemi de virgine Maria secundum carnem natus est, quae quidem Iosepho desponsa fuerat, qui Nazareti tunc habitabat, cum relicto Bethleemo in Galilaea domicilium collocasset.

Cap. VI. — Act. 24, 5. — Ibid. 12. — Matth. 2, 23.

Quod vero ad haereticos illos attinet, de quibus modo sermonem instituimus, omisso Iesu nomine, neque Iessaeos seipsos vocant, neque Iudaeorum vocabulum retinent, neque se Christianos, sed Nazarenos de illa loci appellatione nuncupant, cum interim meri ipsi Iudaei, neque aliud praeterea sint. Porro non solum novo, Cap. VII.

4. ηὗρον cod. Venet.
5. πεποιηκότα cod. Venet.
6. ὁμολόγει cod. Venet.
7. καὶ, quod abest a libris vulgatis, inserui de auctoritate cod. Vatic.

οὐδὲν ἕτερον. Χρῶνται δὲ οὗτοι οὐ μόνον νέᾳ διαθήκῃ, ἀλλὰ καὶ παλαιᾷ, καθάπερ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι. Οὐ γὰρ ἀπηγόρευται παρ᾽ αὐτοῖς νομοθεσία καὶ προφῆται καὶ γραφεῖα τὰ παρὰ Ἰουδαίοις καλούμενα βιβλία, ὥςπερ παρὰ τοῖς προειρημένοις, οὐδέ τι ἕτερον οὗτοι φρονοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ κήρυγμα τοῦ νόμου, καὶ ὡς οἱ Ἰουδαῖοι πάντα καλῶς ὁμολογοῦσι, χωρὶς τοῦ εἰς Χριστὸν δῆθεν πεπιστευκέναι. Παρ᾽ αὐτοῖς γὰρ καὶ νεκρῶν ἀνάστασις ὁμολογεῖται, καὶ ἐκ θεοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι. Ἕνα δὲ θεὸν καταγγέλλουσι, καὶ τὸν τούτου παῖδα Ἰησοῦν Χριστόν· Ἑβραϊκὴν δὲ διάλεκτον ἀκριβῶς εἰσιν ἠσκημένοι. Παρ᾽ αὐτοῖς γὰρ πᾶς ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ Γραφεῖα λεγόμενα, pag. 123. φημὶ δὲ τὰ στιχήρη, καὶ αἱ Βασιλεῖαι, καὶ Παραλειπόμενα, καὶ Αἰσθὴρ, καὶ τἄλλα πάντα Ἑβραϊκῶς ἀναγινώσκεται, ὥςπερ ἀμέλει καὶ παρὰ Ἰουδαίοις. Ἐν τούτῳ δὲ μόνον πρὸς Ἰουδαίους διαφέρονται καὶ Χριστιανοὺς, Ἰουδαίοις μὲν μὴ συμφωνοῦντες, διὰ τὸ εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, Χριστιανοῖς δὲ μὴ [1] ὁμογνωμονοῦντες, διὰ τὸ ἔτι νόμῳ πεπεδῆσθαι, περιτομῇ τε καὶ σαββάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Περὶ Χριστοῦ δὲ οὐκ οἶδα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ τῇ τῶν προειρημένων περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον μοχθηρίᾳ ἀχθέντες ψιλὸν ἄνθρωπον νομίζουσιν, ἢ, καθὼς ἡ ἀλήθεια ἔχει, διὰ πνεύματος ἁγίου γεγεννῆσθαι ἐκ Μαρίας διαβεβαιοῦνται. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ αἵρεσις ἡ Ναζωραίων ἐν τῇ Βεροιαίων περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν, καὶ ἐν τῇ Δεκαπόλει περὶ τὰ τῆς Πέλλης μέρη, καὶ ἐν τῇ Βασανίτιδι τῇ λεγομένῃ Κωκάβῃ, Χωχάβῃ δὲ Ἑβραϊστὶ λεγομένῃ. Ἐκεῖθεν γὰρ ἡ ἀρχὴ γέγονε μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων μετάστασιν, πάντων τῶν μαθητῶν τῶν ἐν Πέλλῃ ᾠκηκότων, Χριστοῦ φήσαντος καταλεῖψαι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀναχωρῆσαι, ἐπειδὴ ἤμελλε πάσχειν πολιορκίαν. Καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τὴν Περαίαν οἰκήσαντες ἐκεῖσε, ὡς ἔφην, διέτριβον. Ἐντεῦθεν ἡ κατὰ τοὺς Ναζωραίους αἵρεσις ἔσχε τὴν ἀρχήν.

Κεφ. η'. Πεπλάνηνται δὲ καὶ οὗτοι, περιτομὴν αὐχοῦντες, καὶ ἔτι οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ κατάραν εἰσὶ, μὴ δυνάμενοι τὸν νόμον πληρῶσαι. Πῶς γὰρ δυνήσονται πληροῦν τὰ ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένα, ὅτι τρὶς τοῦ ἔτους ὀφθήσῃ ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ σου, κατά τε τὰ Ἄζυμα καὶ Σκηνοπηγίαν καὶ τὴν Πεντηκοστὴν, ἐν τῷ τόπῳ Ἱεροσολύμων; Ἀποκλεισθέντος γὰρ τοῦ νόμου, καὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ μὴ δυναμένων πληροῦσθαι, παντὶ τῷ νοῦν ἔχοντι σαφὲς ἂν εἴη ὅτι Χριστὸς ἦλθε πληρωτὴς τοῦ νόμου, οὐ τὸν νόμον καταλύσων, ἀλλὰ τὸν νόμον πληρώσων, καὶ ἀφελεῖν τὴν κατάραν τὴν κατὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου ὁρισθεῖσαν. Μετὰ γὰρ τὸ ἐντείλασθαι τὸν Μωϋσέα πᾶσαν ἐντολὴν, ἦλθεν ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς βίβλου, καὶ συνέκλεισε τὸ πᾶν εἰς κατάραν, λέγων, Ἐπι-

Cap. VII. — 1. ὁμογνωμονοῦντες *edit. princ.* ὁμογνωμοῦντες *cod. Rhedig. et edit. Petav.*

Κεφ. ε'. Τάδε παρὰ φρονίμοις· παρὰ δὲ ψυχικοῖς, [1] παρὰ δὲ σαρκικοῖς, παρὰ δὲ κοσμικοῖς, παρὰ δὲ τῷ Μεγέθει, Νοῦς [2] ἀκατάργητος τοῖς ἀκαταργήτοις χαίρειν. Ἀνονομάστων ἐγὼ καὶ ἀῤῥήτων καὶ [3] ὑπερουρανίων μνείαν ποιοῦμαι [4] μυστηρίων πρὸς ὑμᾶς, οὔτε Ἀρχαῖς, οὔτε Ἐξουσίαις, οὔτε Ὑποταγαῖς, οὔτε [5] πάσῃ συγχύσει περινοηθῆναι δυναμένων, μόνῃ δὲ τῇ τοῦ [6] Ἀτρέπτου Ἐννοίᾳ πεφανερωμένων. [7] Ὅτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Αὐτοπάτωρ αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ περιεῖχε τὰ πάντα ὄντα ἐν ἑαυτῷ ἐν ἀγνωσίᾳ, ὃν καλοῦσί τινες Αἰῶνα ἀγήρατον, ἀεὶ νεάζοντα, ἀῤῥενόθηλυν, ὃς πάντοτε περιέχει τὰ πάντα καὶ οὐκ ἐμπεριέχεται, τότε ἡ ἐν αὐτῷ Ἔννοια ἠθέλησεν [8] ἐκείνην ἥν τινες Ἔννοιαν ἔφασαν, [9] ἕτεροι Χάριν, οἰκείως διὰ τὸ [10] ἐπικεχορηγηκέναι αὐτὴν [11] θησαυρίσματα τοῦ Μεγέθους [12] τοῖς ἐκ τοῦ Μεγέθους, οἱ δὲ ἀληθεύσαντες Σιγὴν προσηγόρευσαν, ὅτι δι' ἐνθυμήσεως χωρὶς λόγου τὰ πάντα τὸ Μέγεθος ἐτελείωσεν· ὡς οὖν προεῖπον, ἡ ἄφθαρτος [13] βουληθεῖσα δεσμὰ ῥῆξαι ἐθήλυνε τὸ Μέγεθος ἐπ' [14] ὄρεξιν ἀναπαύσεως αὐτοῦ. Καὶ αὕτη αὐτῷ μιγεῖσα ἀνέδειξε τὸν Πατέρα τῆς Ἀληθείας, ὃν οἰκείως οἱ τέλειοι Ἄνθρωπον ὠνόμασαν, ὅτι ἦν ἀντίτυπος τοῦ προόντος Ἀγεννήτου. Μετὰ τοῦτο δὲ ἡ Σιγὴ φυσικὴν ἑνότητα φωτὸς προενεγκαμένη σὺν τῷ Ἀν-

15. ποσιδῶνα *cod. Ven.*
16. ἀπατηλὸς *reposui ex cod. Veneto. Vulgo extat* ἀπατηλή.
17. ἀπατημένων *ed. princ.*
18. *Ita scripsi ex auctoritate cod. Ven. Vulgo extat* Γελοῖον.
19. βίβλων *cod. Venet.*
20. κατ' αὐτῶν *cod. Venet.*
Cap. V. — 1. παρὰ δὲ σαρκικοῖς, παρὰ δὲ κοσμικοῖς *non habet cod. Ven. Nec abest glossematis suspicio.*
2. ἀκατάργητος τοῖς *non habet cod. Ven.*
3. ὑπ' οὐρανίων *cod. Rhedig.*
4. μυστηρίων *addidi ex codd. Venet. et Vatic. A reliquis enim abest.*
5. πάσῃ συγχύσει *codd. Ven. et Vatic.* πᾶσι *reliqui.*
6. τρεπτοῦ *cod. Ven.*
7. Ὅτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς *emendatio est Petavii, quam firmat scriptura cod. Ven., qui habet* ὅτι γὰρ ἐξ ἀρχῆς. *Vulgo extat* οὔτε γὰρ ἄρχης.

aliarum haereseon, quae sibi tragicam istiusmodi pompam asciscunt, propagandas origines nova quaedam addidere somnia. Etenim post superiora illa nomina Hesiodus, Orpheus et Stesichorus natos esse dicunt Coelum et Tartarum, Saturnum ac Rheam, Iovem, Apollinem, Neptunum atque Plutonem, aliosque, quos singillatim recensent, innumeros. Fecundus enim illorum error est ac multiplex, qui absurda nescio quae vocabulorum monstra parturiens atque excogitans infinitam fabularum segetem profudit. Quae una res miserorum illorum animos falsa specie deludit. Sed iis quorum divina luce collustrata mens est, inepta haec statim ac ridicula videntur. Quibus modo praetermissis, quae illorum libris continentur, prout ad verbum scripta leguntur, hoc loco proponam. Sunt haec eiusmodi.

Haec apud sapientes: sed apud animales, apud carnales, apud mundanos, apud exaggeratam animi vim, Nus nunquam desinens perpetuis ac nunquam desinentibus, salutem. Equidem eorum quae neque nominari nec explicari oratione possunt, quaeque coelestibus ipsis superiora sunt, mentionem apud vos instituam; quae neque Principatus, neque Potestates, nec quae illis subiecta sunt, neque aliud quicquam intelligentia potest consequi, solique eius, qui est Immutabilis, sunt cognitioni patefacta. Principio siquidem rerum omnium is qui per se ipsum Pater est universa in semetipso obscura ignotaque continebat; quem nonnulli Aeonem senectutis expertem semperque florentem, et marem feminamque vocant, qui omnia complexus nulla re ipse comprehenditur. Tunc quae in illo inerat Mens (ita enim quidam appellant, alii proprio nomine Gratiam, quod Magnitudinis thesauros in eos qui ex Magnitudine erant insumpserit, sed melius ab aliis Silentium vocatur, quoniam citra sermonis usum omnia Magnitudo cogitatione sola perfecit), sed, ut dixi, cum incorrupta haec ex Aeonum numero femina vinculis expedire sese vellet, Magnitudinem libidinis illecebris ad sui consuetudinem inflexit. Ex qua Veritatis Pater procreatus est, quem qui perfecti sunt proprie Hominem appellant, quod eius qui prior est, nec ab ullo est genitus, similitudinem referat. Deinde Sige naturalem luminis unitatem cum

Cap. V. Ex Valentiniano libro.

8. *Fortasse* ἐκείνη *reponendum.*
9. ἕτερον χαριοικῶς *cod. Ven.*
10. ἐπικεχωρηκέναι *cod. Venet.*
11. Θησαύρισμα τὰ τοῦ *cod. Rhedig.* Θησαύρισμα τοῦ *cod. Ven.*
12. τοῖς ἐκ τοῦ μεγέϑους *om. cod. Ven.*
13. αἰωνία βουληϑεῖσα *extat vulgo. Sed illud* αἰωνία *delendum censui ex auctoritate cod. Ven. Petavius malebat* αἰὼν *restituere. Magis placuisset* Ἔννοια.
14. ὄρεξιν *cod. Ven. Vulgo* ὀρέξει.

θρώπῳ (ἦν δὲ αὐτῶν ἡ συνέλευσις τὸ θέλειν) καὶ ἀναδείκνυσι τὴν Ἀλήθειαν. Ἀλήθεια δὲ ὑπὸ τῶν τελείων οἰκείως ὠνομάσθη, ὅτι ἀληθῶς ὁμοία ἦν τῇ ἑαυτῆς μητρὶ Σιγῇ, τῆς Σιγῆς τοῦτο [15] βουληθείσης ἀπομερισμὸν φώτων τοῦ τε ἄρρενος καὶ τῆς θηλείας ἴσον εἶναι, ὅπως δι' ἑαυτῶν καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς φανερωθῇ τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ εἰς αἰσθητικὰ φῶτα μερισθεῖσα. Μετὰ τοῦτο ἡ Ἀλήθεια μητρικὴν προενεγκαμένη
pag. 169. [16] Προυνικίαν ἐθήλυνε τὸν πατέρα ἑαυτῆς εἰς ἑαυτὴν, καὶ συνῄεσαν ἑαυτοῖς ἀφθάρτῳ μίξει καὶ ἀγηράτῳ συγκράσει, καὶ [17] ἀναδείκνυσι Τετράδα πνευματικὴν ἀρρενόθηλυν ἀντίτυπον τῆς [18] προούσης τετράδος, ἥτις ἦν Βυθὸς, Σιγὴ, Πατὴρ, Ἀλήθεια. Αὕτη δὲ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς Σιγῆς τετράς· Ἄνθρωπος, Ἐκκλησία, Λόγος, Ζωή. Τότε τοῦ πάντα περιέχοντος Βυθοῦ θελήματι ὁ Ἄνθρωπος καὶ ἡ Ἐκκλησία πατρικῶν μνησθέντες λόγων συνῄεσαν ἑαυτοῖς, καὶ [19] ἀναδεικνύουσι Δωδεκάδα [20] Προυνίκων ἀρρενόθηλυν. Οἱ οὖν ἄρρενές εἰσι Παράκλητος, Πατρικὸς, Μητρικὸς, Ἀείνους, Θελητὸς, ὅ ἐστι Φῶς, Ἐκκλησιαστικὸς, αἱ δὲ θήλειαι Πίστις, Ἐλπὶς, Ἀγάπη, Σύνεσις, Μακαρία, Σοφία. Μετέπειτα δὲ Λόγος καὶ Ζωὴ καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς αἰνέσεως [21] ἀναπλάσαντες δώρημα ἑαυτοῖς ἐκοινώνησαν, ἦν δὲ ἡ κοινωνία αὐτῶν τὸ θέλημα· καὶ συνελθόντες ἀνεδείξαντο Δεκάδα [22] Προυνίκων, καὶ αὐτῶν [23] ἀρρενοθήλεων. Ὧν οἱ μὲν ἄρρενές εἰσι Βύθιος, Ἀγήρατος, Αὐτοφυὴς, Μονογενὴς, Ἀκίνητος. Οὗτοι τὴν προσωνυμίαν [24] τὴν δόξαν τοῦ πάντα περιέχοντος ἐποιήσαντο. Αἱ δὲ θήλειαι Μίξις, Ἕνωσις, Σύγκρασις, Ἑνότης, Ἡδονή. Καὶ αὗται τὴν προσωνυμίαν εἰς δόξαν τῆς Σιγῆς περιεποιήσαντο.

Κεφ. ς'. Τετελειωμένης οὖν τῆς κατὰ Πατέρα Ἀληθείας Τριακάδος, ἣν οἱ ἐπίγειοι μὴ ἐπιστάμενοι ἀριθμοῦσι, καὶ ὁπόταν ἔλθωσιν ἐπ' αὐτὴν, μηκέτι ἀριθμὸν εὑρίσκοντες ἀνακυκλοῦσι πάλιν [1] ἀριθμοῦντες αὐτήν, — ἔστι δὲ Βυθὸς, Σιγὴ, Πατὴρ, Ἀλήθεια, Ἄνθρωπος, Ἐκκλησία, Λόγος, Ζωὴ, Πατρικὸς, Μητρικὸς, Παράκλητος, Ἀείνους, Θελητὸς, Ἐκκλησιαστικὸς, Πίστις, Ἐλπὶς, Ἀγάπη, Σύνεσις, Μακαρία, Σοφία, Βύθιος, Ἀγήρατος, Αὐτοφυὴς, [2] Μονογενὴς, Ἀκίνητος, Μίξις, Γνῶσις, Σύγκρασις, Ἑνότης, Ἡδονή, — τότε ὁ [3] τὰ πάντα περιέχων συνέσει τῇ ἀνυπερβλήτῳ, δογματίσας τε κληθῆναι ἑτέραν Ὀγδοάδα ἀντὶ τῆς προούσης αὐθεντικῆς Ὀγδοάδος, ἥτις ἐν τῷ ἀριθμῷ τῆς Τρια-

15. βουληθείσης ἀπομερισμὸν *cod. Ven.* βουληθείσης ἀπὸ μερισμῶν *cod. Vatic.* βουλομένης ἀπὸ μερισμῶν *reliqui libri.*

16. *Ita cod. Venet. Vulgo extat* Προυνεικίαν.

17. *Fortasse* ἀναδεικνύουσι *reponendum.*

18. προούσης *scripsi ex coniectura Petavii (vel potius Cornarii, qui vertit* „prius existentis“), *quam firmat auctoritas cod. Ven. Vulgo scriptum est* προσούσης.

19. ἀναδεικνύουσι *cod. Ven. Vulgo extat* ἀναδείκνυσι.

20. *Ita cod. Ven., et constanter.* Πρου-

Homine producens (horum vero coniunctio voluntate sola perfecta est) Veritatem edidit. Quae eo nomine merito a perfectis donata est, quod Matri suae Sige reipsa similis esset, quae ex divisionibus luminum, tam maris quam feminae, idipsum aequale esse voluerat, ut in sensibus exposita lumina dispersa per illa ipsa et in ipsis iis qui ex ipso et in ipso sunt sese patefaceret. Postea Veritatis Maternam Pruniciam proferens parentem suum ad sui amorem pertraxit. Quare ambo incorrupta copulatione ac nunquam senescente coniunctione commisti sunt. Unde spiritalis marium ac feminarum quadriga prodiit, prioris alterius similis, quae iis quatuor, Bytho, Sige, Patre ac Veritate, constabat. Posterior vero illa ex Patre ac Sige producta haec est: Homo, Ecclesia, Sermo, Vita. Tunc comprehendentis omnia Bythi voluntate Homo atque Ecclesia paternorum sermonum memores invicemque congressi Prunicorum Marium ac feminarum Dodecadem procrearunt. Mares videlicet istos, Paracletum, Paternum, Maternum, Ainum, Theletum, quod idem est ac lumen, Ecclesiasticum: feminas vero, Fidem, Spem, Caritatem, Intelligentiam, Fortunatam, Sapientiam. Deinde Sermo ac Vita etiam ipsi laudis munus effingentes secum invicem consociati sunt. Quae quidem consociatio voluntate sola peracta est. Ergo inter sese commisti Prunicorum Decadem ex maribus peraeque ac feminis constantem genuerunt. Cuius hi sunt mares: Bythius, Ageratus, Autophyes, Unigena, Immobilis. Hi ad continentis omnia contestandam gloriam sibimet eius appellationem indiderunt. Feminae vero sunt Mistio, Unio, Temperatio, Unitas, Voluptas. Quae omnes ad honorem Siges pertinentia vocabula similiter usurparunt.

Cum igitur absolutus hoc modo Veritatis parentis Tricenarius Cap. VI. foret, quem terreni homines ignorantes numerant, et cum ad ipsum pervenerint, nullo amplius reperto numero, iterato in sese retexunt. Eiusmodi autem ille est: Bythus, Sige, Pater, Veritas, Homo, Ecclesia, Sermo, Vita, Paternus, Maternus, Paracletus, Ainus, Theletus, Ecclesiasticus, Fides, Spes, Caritas, Intelligentia, Fortunata, Sapientia, Bythius, Ageratus, Autophyes, Unigena, Immobilis, Mistio, Cognitio, Temperatio, Unitas, Voluptas. Tum qui universa summa sua sapientia continet Ogdoadem alteram loco prioris illius ac primariae appellandam esse statuens, quae in

νείκων *reliqui libri.*

21. μεταπλάσαντες *cod. Ven.*

22. Προυνείκων *vulgo.*

23. ἀρρενοθηλειῶν *habent omnes libri. Voc.* ὢν, *quod sequitur, abest a cod. Veneto.*

24. εἰς τὴν δόξαν *coniecit Petavius.*

Cap. VI. — 1. *Ita cod. Vatic., et inde edit. Petavii. In codd. Ven. et Rhedig., et in ed. princ. scriptum est* ἀριθμοῦσιν.

2. *Ita correxerunt Cornarius et Petavius.* ὁλογενὴς *habent omnes libri.*

3. τὰ *desideratur in editis. Tuentur codd. Vatic. Venet. Rhedig.*

κάδος [4] μένει (οὐ γὰρ ἦν Μεγέθους φρόνημα εἰς ἀριθμὸν πίπτειν),
ἀντέστησεν ἀντὶ τῶν ἀρσένων τοὺς ἄρσενας Μόνον, Τρίτον, Πέμπτον,
Ἕβδομον, καὶ τὰς θηλείας, Δυάδα, Τετράδα, Ἑξάδα, Ὀγδοάδα.
pag. 170. Αὕτη οὖν ἡ [5] Ὀγδοάς ἐστιν ἡ ἀντικληθεῖσα ἀντὶ τῆς προούσης Ὀγδο-
άδος Βυθοῦ, Πατρὸς, Ἀνθρώπου, Λόγου καὶ Σιγῆς, Ἀληθείας,
Ἐκκλησίας, Ζωῆς [6] ἥτις ἡνώθη τοῖς [7] φωσὶ, καὶ ἐγένετο Τριακὰς
[8] ἀπηρτισμένη, καὶ ἡ προοῦσα Ὀγδοὰς ἀναπαυομένη, ὅ τε Βυθὸς ἐξ-
ῆλθε Μεγέθους στηρίγματι ἑνωθῆναι [9] τῇ Τριακάδι, ἣ αὐτῇ ἦν. Τῇ
γὰρ ἀληθείᾳ καὶ ὁ Πατὴρ τῆς Ἀληθείας συνήρχετο τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ
ὁ Μητρικὸς εἶχε τὴν Ζωὴν, καὶ ὁ Παράκλητος τὴν Ἑνάδα, καὶ ἡ
Ἑνὰς [10] ἡνοῦτο τῷ Πατρὶ τῆς Ἀληθείας, καὶ ὁ Πατὴρ τῆς Ἀληθείας
ἦν μετὰ τῆς Σιγῆς, ὁ Λόγος δὲ ὁ πνευματικὸς ἐκοινώνει Πνεύματι,
καὶ μίξει καὶ ἀφθάρτῳ συγκράσει ποιῶν τὸ τέλος τοῦ [11] Αὐτομήτορος,
ἀδιχοτόμητον τὴν ἑαυτοῦ ἀνάπαυσιν. [12] Ἡ οὖν Τριακὰς ἀπαρτίσασα
βύθια μυστήρια, [13] τελειώσασα γάμον, ἐν ἀφθάρτοις ἀπέδειξε φῶτα
ἄφθαρτα, ἅτινα [14] Ἑνότητος ὠνομάσθησαν τέκνα, καὶ [15] ἀχαρακτή-
ριστα. Ἦσαν οὖν μικροῦ μὴ παρακειμένου ἐκτὸς φρονήσεως ἀναπαυό-
μενα χωρὶς ἐννοίας. Περὶ γὰρ οὗ τις [16] πράσσει, ἐὰν μὴ νοῇ καθο-
λικῶς, οὐ πράσσει. Τότε γενομένων τῶν φώτων, ὧν τὴν [17] πολυπλή-
θειαν πρὸς ἀριθμὸν ἐξειπεῖν οὐκ ἀναγκαῖον, περινοεῖν δέ· ἕκαστον
γὰρ τὸ ἴδιον ὄνομα κεκλήρωται, δι' ἐπίγνωσιν ἀρρήτων μυστηρίων.
[18] Ἡ οὖν Σιγὴ βουληθεῖσα εἰς ἐκλογὴν γνώσεως [19] ἅπαντας ὧσαι, συν-
ῆγε τῇ δευτέρᾳ [20] ἀντιτεθείσῃ Ὀγδοάδι ἀφθάρτῳ μίξει, νοϊκῇ δὲ βου-
λήσει. Ἦν δὲ αὐτῆς ἡ νοϊκὴ βούλησις Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν μέσῳ
τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν. Τοῦτο οὖν εἰς τὴν δευτέραν Ὀγδοάδα [21] πέμ-
ψασα ἔπεισε καὶ αὐτὴν ἑνωθῆναι αὐτῇ. Γάμος οὖν ἐτελειοῦτο ἐν τοῖς
τῆς Ὀγδοάδος μέρεσιν, ἑνουμένου τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῷ Μόνῳ,
καὶ τῆς Δυάδος τῷ Τρίτῳ, καὶ τοῦ Τρίτου τῇ Ἑξάδι, καὶ τῆς Ὀγδο-
άδος τῷ Ἑβδόμῳ, καὶ τοῦ Ἑβδόμου τῇ Δυάδι, καὶ τῆς Ἑξάδος τῷ
Πέμπτῳ· ὅλη δὲ ἡ Ὀγδοὰς συνῆλθε μετὰ ἡδονῆς ἀγηράτου καὶ ἀφθάρ-
του μίξεως. Οὐ γὰρ ἦν χωρισμὸς ἀλλήλων. Ἦν δὲ σύγκρασις μεθ'
pag. 171. ἡδονῆς ἀμώμου, καὶ ἀνέδειξε Πεντάδα [22] Προυνίκων ἀθηλύντων, ὧν

4. μείνη *cod. Venet.*
5. δυάς *codd. Vatic. Venet.*
6. ἥτις *non extat in Veneto cod.*
7. αἰῶσι *hariolatus est Petavius.*
8. ἀπελπισμένη καὶ ἡ προσοῦσα *cod. Venet.*
9. τῇ τριακάδι ἡ αὐτῇ ἦν *scriptura est cod. Ven. Vulgo extat* τῇ τριακάδι αὐτὴ ἦν. *Petavius coniecit* ἡ τριακὰς αὕτη ἦν, *in quod inciderat iam olim Cornarius qui convertit* „hic tricenarius erat."
10. ἦν οὕτω *cod. Ven.*
11. αὐτομήτορος *codd. Ven. Rhedig.* αὐτομήτρος *editi libri.*
12. ἦν *cod. Venet.*
13. τελειώσασα γάμον *coniectura erat Petavii, quam firmat cod. Venet. Vulgo extat* τελείως ἄγαμον.
14. *Ita scripsi cum Cornario et Petavio. Libri scripti et editi habent* ἑνότης.
15. χαρακτηριαστὰ *cod. Venet.*
16. πράσση *cod. Ven.*
17. πολυπληξίαν *cod. Ven.*
18. νοῦν ἡ γῆ *cod. Ven.*
19. ἅπαντα σῶσαι *cod. Ven.*

Tricenario permanet (neque enim ingentes Magnitudinis spiritus coerceri ullo se numero sinebant), pro maribus mares alios substituit, Unum, Tertium, Quintum, Septimum, totidemque feminas, Binarium, Ternarium, Senarium, Octonarium. Haec est Ogdoas illa, quae superioris Ogdoadis nomen ad sese transtulit: Bythi, Patris, Hominis, Sermonis, Siges, Veritatis, Ecclesiae, Vitae. Quae quidem coniuncta Luminibus est, et absolutus Tricenarius evasit, ac prior Octonarius quiescens, cum et Bythus per Magnitudinis fulcimentum exiit, ut cum Tricenario sese copularet. Vere enim et Veritatis Pater cum Ecclesia congressus est, et Maternus Vitam sortitus est, et Paracletus Unitatem, et Unitas cum Veritatis Parente copulata est, et cum Sige Veritatis ille Parens fuit. At spiritalis Sermo cum Spiritu incorrupta quadam commistione coniunctus est, et Autometoris finem, hoc est perennem, nec interruptam quietem suam effecit. Quamobrem ubi Tricenarius profunda illa Mysteria peregit, sine ullis omnino nuptiis, ut incorrupto sempiternoque generi convenit, incorrupta itidem lumina, quae Unitas appellantur, tanquam filios produxit, et quidem informes. Iacebant igitur propemodum intelligentia omni destituta, ac sine ulla animi notione quiescebant. Quicquid enim a quopiam agitur, ab eo, nisi universe intelligat, agitur nihil. Hunc in modum procreatis luminibus, quorum multitudinem numerando percensere nihil necesse est, animo vero comprehendere oportet (nam unumquodque suam appellationem sortitum est, quae ex arcanorum mysteriorum cognitione depromitur), ad scientiae delectum perpellere universos Sige cupiens, ad secundam substitutamque illam loco alterius Ogdoadem adiunxit, corruptela omnis experte coniunctione, sed voluntate eiusmodi quae sub intelligentiam caderet. Cuiusmodi voluntatis impetus Spiritus Sanctus est, qui in medio sanctarum Ecclesiarum residet. Quem cum secundam ad Ogdoadem allegasset, ei persuasit secum ut ipsa copularetur. Quocirca in singulis Ogdoadis partibus celebratae nuptiae sunt. Siquidem cum Uno Spiritus Sanctus coniunctus est, cum Tertio Dyas, Tertius cum Hexade, et cum Septimo Ogdoas, Septimus cum Dyade, cum Quinto Hexas. Ita Ogdoas universa nunquam marcescente voluptate atque integra incorruptaque mistione coniungitur. Nulla quippe ab invicem separatio fuit, sed mutua omnium cum honestissima voluptate temperatio, ex qua Prunicorum muliebri sexu carentium Quinarius exoritur, cuius haec sunt voca-

20. ἀντιτιθείσῃ *cod. Ven.*

21. *Ita correxi cum Petavio et Cornario.* πέμψαισε καὶ αὐτὴν *cod. Ven.* πέμψας ἔπεισε καὶ αὐτὴν *reliqui libri.*

22. Προυνίκων *cod. Ven.* Προυνείκων *reliqui.*

τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· Καρπιστὴς, Ὁροθέτης, Χαριστήριος, Ἄφετος, Μεταγωγεύς. Οὗτοι τῆς Μεσότητος ὠνομάσθησαν υἱοὶ, βούλομαι δὲ ὑμᾶς γινώσκειν· Ἀμψίου, [23]Αὐρὰν, Κουκουὰ, Θαρδουοῦ, Οὐβουκουὰ, [24]Θαρδεδδεῖν, Μερεξὰ, [25]Ἀταρβαρβὰ, [26]Οὐδουκὰ, Κέστην, [27]Οὐδουὰχ, [28]Ἐσλὴν, [29]Ἀμφὲ, Ναισουμὲν, [30]Οὐανανὶν, Λαμεταρδὲ, [31]Ἀθαμεσσουμὴν, Ἀλλωρὰ, Κουβιαθὰ, [32]Ναδδαρία, [33]Δαμμὰ, Ὠρὴν, Λαναφὲκ, [34]Οὐδανφὲχ, [35]Ἐνφοιθιβοχὲ, Βαρρὰ, [36]Ἀσσιουαχὲ, Βελὶμ, Δεξαριχὲμ, [37]Μασέμ.

ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ ΤΑ ΑΠΟ [38]ΤΩΝ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΩΝ.

Κεφ. ζ. Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ μέρους τῶν βιβλίων αὐτῶν παρατεθέντα ἕως ὧδέ μοι εἰρήσθω. Ἐποιήσατο δὲ οὗτος τὸ κήρυγμα καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ὅθεν δὴ καὶ, ὡς λείψανα ἐχίδνης ὀστέων, ἔτι ἐν Αἰγύπτῳ περιλείπεται τούτου ἡ σπορὰ, ἔν τε τῷ Ἀθριβίτῃ καὶ Προσωπίτῃ καὶ [1]Ἀρσινοΐτῃ καὶ Θηβαΐδῃ, καὶ τοῖς κάτω μέρεσι τῆς παραλίας, καὶ Ἀλεξανδρειοπολίτῃ. Ἀλλὰ καὶ ἐν Ῥώμῃ ἀνελθὼν κεκήρυχεν· εἰς Κύπρον δὲ ἐληλυθὼς, ὡς ναυάγιον ὑποστὰς φύσει σωματικῶς, τῆς πίστεως ἐξέστη, καὶ τὸν νοῦν ἐξετράπη. Ἐνομίζετο γὰρ πρὸ τούτου μέρος ἔχειν εὐσεβείας καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις, ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ λοιπὸν εἰς ἔσχατον ἀσεβείας ἐλήλακε, καὶ ἐβάθυνεν ἑαυτὸν ἐν ταύτῃ τῇ καταγγελλομένῃ ὑπ' αὐτοῦ μοχθηρίᾳ.

Λέγει δὲ αὐτός τε καὶ οἱ αὐτοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἔφην, καὶ Σωτῆρα καὶ Χριστὸν καὶ Λόγον καὶ Σταυρὸν καὶ Μεταγωγέα καὶ Ὁροθέτην καὶ Ὅρον. Φασὶ δὲ ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα καὶ, ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ, διὰ Μαρίας τῆς παρθένου διεληλυθέναι, μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι, ἀλλὰ ἄνωθεν τὸ σῶμα ἔχειν, ὡς προεῖπον· μὴ εἶναι δὲ αὐτὸν τὸν πρῶτον λόγον, μηδὲ τὸν μετὰ τὸν λόγον Χριστὸν, τὸν ἄνω ὄντα ἐν τοῖς ἄνω Αἰῶσι. Τοῦτον δὲ φάσκουσι προβεβλῆσθαι δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ μόνον εἰς τὸ ἐλθεῖν καὶ [2]ἀνασώσασθαι τὸ γένος τὸ ἄνωθεν πνευματικόν. Τὴν δὲ τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀπαρνοῦνται, φάσκοντές τι μυθῶδες καὶ ληρῶδες,
pag. 172. μὴ τὸ σῶμα τοῦτο ἀνίστασθαι, ἀλλ' ἕτερον μὲν ἐξ αὐτοῦ, ὃ δὴ πνευματικὸν καλοῦσι, μόνον δὲ ἐκείνων τῶν παρ' αὐτοῖς πνευματικῶν καὶ τῶν ἄλλων ψυχικῶν καλουμένων, ἐάν γε οἱ ψυχικοὶ δικαιοπραγήσειαν, τοὺς δὲ ὑλικοὺς καὶ σαρκικοὺς καὶ γηΐνους καλουμένους παντάπασιν

23. Οὐρὰν cod. Ven.
24. Θαρδεδδιν cod. Ven.
25. Ita codd. Vatic. Venet. Vulgo extat Ἀτὰρ, Βαρβά.
26. Ουδουα cod. Ven.
27. Ουδουαχ cod. Ven.
28. Σέλην cod. Ven.
29. ἀμφὲ νεσουμὲν cod. Rhedig. ἀμφὲ ναισομὲν ed. princ. ἀμφαινεσ. γουμεν cod. Ven.
30. ουανανι cod. Ven. οὐανανΐ cod. Rhedig.
31. ἀθαμεσσουμιν cod. Ven. ἀθεμεσσουμὴν cod. Rhedig.
32. δαναδάρια cod. Ven.

bula: Carpistes, Horothetes, Charisterius, Aphetus, Metagogeus. Hi Mediocritatis filii vocati sunt. Velim autem a vobis cognosci, Ampsiu, Auran, Cucua, Thardus, Ubucua, Thardeddin, Merexa, Atar, Barba, Uduca, Cesten, Uduach, Eslen, Amphe, Naesumen, Uananin, Lametarde, Athamessumen, Allora, Cubiatha, Naddaria, Damma, Oren, Lanaphec, Udanphech, Emphoëthiboche, Barra, Assiuache, Belim, Dexarichem, Masem.

HACTENUS EX ILLORUM LIBRIS EA DEPROMPSIMUS.

Praeterea in Aegypto quoque dogmata illa sua propagavit. Ex quo tempore, sic tanquam viperinorum ossium reliquiae quaedam illic semina illius relicta sunt, praesertim in Athribitide, Prosopitide, Arsenoitide ac Thebaide Praefectura, nec non in inferiori ac maritima adeoque Alexandrina regione. Quinetiam Romam profectus errorem suum in ea urbe dissipavit. Sed ad Cyprum delatus fidei naufragium, velut corporis fecisset, ibidem passus animum omnino depravavit. Siquidem hactenus partem pietatis aliquam sinceraeque fidei retinere illis in locis videbatur. In Cypro vero ad extremum impietatis prolapsus est, seque in eam quam tuetur flagitiorum disciplinam altius immersit. Cap. VII.

Est autem haec illorum opinio: Iesum Christum dominum nostrum salvatorem esse uti diximus, ac Christum et Verbum, ac Traductorem, et Finitorem ac Terminum. Eundem corpus e coelo detulisse ac, tanquam aqua per fistulam, sic illum per Mariam transiisse virginem, neque quicquam ex eius utero sumpsisse, sed e coelo traxisse corpus. Neque vero primum illum Verbum esse censent, neque proximum ab eo Christum, qui in coelo supremus inter Aeones residet, sed eius unius caussa productum, ut in terras delapsus spiritale genus, quod e coelo duxit originem, liberaret. Mortuorum resurrectionem inficiantur; de qua ridiculam quandam fabulam texunt, non hoc ipsum resurgere corpus, sed alterum ex eodem ortum, quod spiritale nuncupant; neque tamen omnium, sed eorum duntaxat quos illi spiritales nuncupant, atque eorum etiam quos animales vocant, dummodo iuste honesteque se gerant. Ceteros, qui Materiales ab iis, et cum carne concreti, ac terreni appellantur,

33. δαμμοδ *cod. Rhedig.* δαμμῶ *codd. Ven. Vatic.*
34. ουδινφεκ *cod. Ven.*
35. ἐνφειβοχε *cod. Ven.* ἐνφιθιβοχε *cod. Rhedig.*
36. ἀσσιου. αχεβελιμ *cod. Venet.*
37. μασεν *cod. Ven.*
38. ΤΩΝ *om. codd. Ven. Rhedig., habet Vatic. In edit. princ. desideratur tota subscriptio.*

Cap. VII. — 1. *Vulgo* Ἀρσενοΐτη.
2. ἀνασῶσαι *cod. Vatic.*

ἀπόλλυσθαι, καὶ μηδ' ὅλως σώζεσθαι· χωρεῖν δὲ ἑκάστην οὐσίαν πρὸς τοὺς ἰδίους αὐτῆς προβολέας, τὴν μὲν ὑλικὴν τῇ ὕλῃ ἐκδιδομένην, καὶ τὸ σαρκικὸν καὶ [3] γήϊνον τῇ γῇ. Τρία γὰρ τάγματα καλοῦσιν εἶναι ἀνθρώπων, πνευματικῶν, ψυχικῶν, σαρκικῶν· τὸ δὲ τάγμα τὸ πνευματικὸν ἑαυτοὺς λέγουσιν, ὥςπερ καὶ γνωστικοὺς, καὶ μήτε καμάτου ἐπιδεομένους, ἢ μόνον τῆς γνώσεως καὶ τῶν ἐπιρρημάτων τῶν αὐτῶν μυστηρίων, πᾶν δὲ ὁτιοῦν ποιεῖν ἀδεῶς ἕκαστον αὐτῶν, καὶ μηδὲν πεφροντικέναι. Ἐξάπαντος γάρ φασι σωθήσεσθαι πνευματικὸν ὂν τὸ αὐτῶν τάγμα, τὸ δὲ ἕτερον τάγμα τῶν ἀνθρώπων ἐν κόσμῳ, ὅπερ ψυχικὸν καλοῦσιν, ἀφ' ἑαυτοῦ σώζεσθαι μὴ δυνάμενον, εἰ μή τι ἂν καμάτῳ καὶ δικαιοπραγίᾳ ἑαυτὸ ἀνασώσειε, τὸ δὲ ὑλικὸν τάγμα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώπων μήτε δύνασθαι χωρεῖν τὴν γνῶσίν φασι, μήτε δέχεσθαι ταύτην, κἂν θέλοι ὁ ἐκ τούτου τοῦ τάγματος ὁρμώμενος, ἀπόλλυσθαι δὲ ἅμα σὺν ψυχῇ καὶ σώματι, τὸ δὲ ἑαυτῶν τάγμα πνευματικὸν ὂν σώζεσθαι σὺν σώματι ἄλλῳ ἐνδοτέρῳ τινὶ ὄντι, ὅπερ αὐτοὶ σῶμα πνευματικὸν καλοῦσι φανταζόμενοι, τοὺς δὲ ψυχικοὺς κεκμηκότας πολὺ καὶ ὑπεραναβεβηκότας τὸν Δημιουργὸν ἄνω δίδοσθαι τοῖς Ἀγγέλοις τοῖς ἅμα Χριστῷ οὖσιν, οὐδέν τι τῶν σωμάτων κομιζομένους, ἀλλὰ μόνον τὰς ψυχὰς ἐν πληρώματι εὑρεθείσας τῆς αὐτῶν γνώσεως καὶ τὸν Δημιουργὸν ὑπερβεβηκυίας δίδοσθαι τοῖς μετὰ τοῦ Χριστοῦ Ἀγγέλοις εἰς νύμφας.

Κεφ. η'. Τοιαύτη ἐστὶν ἡ κατ' αὐτοὺς τραγῳδία, ἔχουσα μὲν καὶ πλείω τούτων. Ἐγὼ δὲ μόνον ἅτινα φύσει ἀναγκαῖον εἶναι ἡγησάμην εἰς τοὐμφανὲς ἐλθεῖν, ταῦθ' ὑπηγόρευσα, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς γνῶσις ἦλθε, τοῦ πόθεν ὡρμᾶτο, ἐν ποίοις δὲ καιροῖς ὑπῆρχε, καὶ ἀπὸ ποίων τὰς προφάσεις εἴληφε, καὶ τίς αὐτοῦ ἡ διδασκαλία, ἅμα τε τίσιν ἐβλάστησε
pag. 173. τῷ βίῳ κακὸν, ἀπὸ μέρους τε, ὡς ἔφην, τῆς τούτου διδασκαλίας ἐμνημόνευσα· τὰ δὲ λοιπὰ τῆς αὐτοῦ λεπτολογίας οὐκ ἠβουλήθην ἀπ' ἐμαυτοῦ συντάξαι, εὑρὼν παρὰ τῷ ἁγιωτάτῳ Εἰρηναίῳ τῷ ἀρχαίῳ τὴν κατ' αὐτοῦ πραγματείαν γεγενημένην. Ἕως δὲ [1] τούτου τὰ ὀλίγα ταῦτα διεξελθὼν τὰ ἑξῆς ἀπὸ τῶν τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς δούλου θεοῦ, Εἰρηναίου δέ φημι, τὴν παράθεσιν ὁλοσχερῶς [2] ποιήσομαι. Ἔχει δὲ οὕτως·

[1] ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ.

Κεφ. θ'. [2] Ἐπεὶ τὴν ἀλήθειαν παραπεμπόμενοί τινες ἐπεισάγουσι λόγους ψευδεῖς [3] καὶ γενεαλογίας [4] ἀπεράντους, αἵτινες ζητήσεις μᾶλλον παρ-

3. *Ita restituit Petavius de cod. Vatic. Cornarius ediderat* γηϊκὸν.

Cap. VIII. — 1. ἐνταῦθα ὀλίγα *cod. Ven.*

2. ποιήσομαι τῶν τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου. Ἐπὶ *cett. cod. Ven.*

Cap. IX. — 1. ΕΚ *om. codd. Rhedig. Vat.*

interire funditus neque ulla sui parte servari. Porro naturam quamque eo unde prodierit reverti. Velut quae cum materia concreta est, in eam ipsam refundi; ex carne vero terraque compactam in terram recidere. Etenim tres illi hominum ordines constituunt, Spiritalium, Animalium, atque Carnalium. Ex quibus primum se ordinem facere dictitant, uti et Gnosticos, qui neque laboris ullius indigeant, praeterquam cognitionis, appellationisque mysteriorum, quae penes illos sunt, et quidvis impune facere pro arbitrio possint. Fieri enim non posse, quin omnino eorum ordo, utpote Spiritalis, salutem obtineat. Secundum hominum qui in mundo sunt ordinem, quem Animalem vocant, per sese salutem assequi posse negant, nisi laboribus recteque factis sibi eam vindicet. At qui Materialis hominum ordo dicitur, cum neque capacem cognitionis esse putant, neque tametsi velit, recipere eam posse qui ex illo genere sit, proindeque tam anima quam corpore penitus interire. Quod vero coetum ad suum pertinet, cum spiritalis sit, una cum altero quodam interiori corpore servari sentiunt, quod ipsi Spiritale corpus inani persuasione nuncupant. Animales porro post diuturnam exercitationem, ubi conditorem transcenderint, sursum evectos angelis Christi comitibus attribui, neque quicquam suorum efferre corporum, sed animas solas absolutum statum cognitionis adeptas, conditore superato, Christi stipatoribus angelis in matrimonio collocari.

Eiusmodi fere est illorum fabula, etsi pluribus insuper nugis Cap. VIII. contexta sit. Ego vero ea duntaxat proposui quae in medium proferri oportere duxi, prout ad nos notitia pervenit: nimirum undenam oriundus iste fuerit, quo tempore vixerit, unde erroris argumenta sumpserit, quae sit illius doctrina, qua in re tantum malum terrarum orbi pullularit; sed quod ad doctrinam spectat, eam ut dictum est, duntaxat ex parte declaravimus, cetera per me subtilius explicare nolui, cum adversus haereticum eundem elucubratam a sanctissimo Irenaeo disputationem inveniam. Quocirca paucis hucusque a me commemoratis, reliqua ex illius ipsius dei servi opere pertexam, atque ipsamet Irenaei verba, ne mutata quidem syllaba, subiiciam. Sunt haec eiusmodi:

EX S. IRENAEO.

Cum plerique veritate contempta falsas quasdam narrationes et Cap. IX. inanes genealogias obtrudant, quae quaestiones praestant magis, ut

2. Ἐπὶ *ed. princ. Vetus Interpres Irenaei habet* Quatenus. *Iren. I., Praef.*
3. καὶ *om. Ven.*
4. *Ita codd. Vatic. Ven. et V. Interpr. Irenaei qui habet* infinitas. *Vulgo* ματαίας *extat.*

ἔχουσι, καθὼς ὁ ἀπόστολός φησιν, ἢ οἰκοδομὴν θεοῦ τὴν ἐν πίστει, καὶ διὰ τῆς πανούργως συγκεκροτημένης πιθανότητος παράγουσι τὸν νοῦν τῶν ἀπειροτέρων, καὶ αἰχμαλωτίζουσιν αὐτοὺς, ῥᾳδιουργοῦντες τὰ λόγια [5] τοῦ κυρίου, ἐξηγηταὶ κακοὶ τῶν καλῶς εἰρημένων γινόμενοι, καὶ πολλοὺς ἀνατρέπουσιν ἀπάγοντες αὐτοὺς προφάσει γνώσεως ἀπὸ τοῦ τόδε τὸ πᾶν συστησαμένου καὶ κεκοσμηκότος, ὡς ὑψηλότερόν τι καὶ μεῖζον ἔχοντες ἐπιδεῖξαι τοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς πεποιηκότος θεοῦ, πειθανῶς μὲν ἐπαγόμενοι διὰ λόγων τέχνης τοὺς ἀκεραίους εἰς τὸν τοῦ ζητεῖν τρόπον, ἀπιθάνως δὲ ἀπολλύντες αὐτοὺς ἐν τῷ βλάσφημον καὶ ἀσεβῆ τὴν γνώμην αὐτῶν κατασκευάζειν εἰς τὸν δημιουργὸν, [6] μηδὲ ἔν τῳ διακρίνειν δυναμένων τὸ ψεῦδος ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς. Ἡ γὰρ πλάνη καθ' αὑτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος, πιθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμουμένη καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν [7] παρέχει φαίνεσθαι διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις· καθὼς [8] ὑπό του κρείττονος ἡμῶν εἴρηται ἐπὶ τῶν τοιούτων, ὅτι λίθον τὸν τίμιον σμάραγδον ὄντα καὶ πολυτίμητόν τισιν ὕαλος ἐνυβρίζει διὰ τέχνης παρομοιουμένη, ὁπόταν μὴ παρῇ ὁ [9] σθένων δοκιμάσαι καὶ τέχνῃ διελέγξαι τὴν πανούργως γενομένην. Ὅταν δὲ ἐπιμιγῇ [10] ὁ χαλκὸς εἰς τὸν ἄργυρον, τίς εὐκόλως δυνήσεται τοῦτον [11] δοκιμάσαι; Ἵνα οὖν μὴ [12] παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν συναρπάζωνταί τινες ὡς πρόβατα ὑπὸ λύκων,
pag. 174. ἀγνοοῦντες αὐτοὺς διὰ τὴν ἔξωθεν τῆς προβατείου δορᾶς [13] ἐπιβολὴν, οὓς φυλάσσειν παρήγγελκεν ἡμῖν ὁ κύριος, ὅμοια μὲν λαλοῦντας, ἀνόμοια δὲ φρονοῦντας, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐντυχὼν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, Οὐαλεντίνου μαθητῶν, ἐνίοις δ' αὐτῶν καὶ συμβαλὼν, καὶ καταλαβόμενος τὴν γνώμην αὐτῶν, μηνύσαι σοι, ἀγαπητὲ, τὰ τερατώδη καὶ βαθέα μυστήρια, ἃ οὐ πάντες χωροῦσιν, ἐπεὶ μὴ πάντες τὸν ἐγκέφαλον ἐξεπτύκασιν, ὅπως καὶ σὺ μαθὼν αὐτὰ πᾶσι τοῖς μετά σου φανερὰ ποιήσῃς, καὶ παραινέσῃς αὐτοῖς φυλάξασθαι τὸν βυθὸν τῆς ἀνοίας καὶ τῆς εἰς [14] Χριστὸν βλασφημίας, καὶ, καθὼς δύναμις ἡμῖν, τήν τε γνώμην αὐτῶν τῶν νῦν παραδιδασκόντων, λέγω δὴ τῶν περὶ Πτολεμαῖον, ἀπάνθισμα οὖσαν τῆς Οὐαλεντίνου σχολῆς, συντόμως καὶ σαφῶς ἀπαγγελοῦμεν, καὶ ἀφορμὰς δώσομεν κατὰ τὴν ἡμετέραν μετριότητα πρὸς τὸ ἀνατρέπειν αὐτὴν, ἀλλόκοτα καὶ [15] ἀνάρμοστα τῇ ἀληθείᾳ ἐπιδεικνύντες τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, μήτε συγγρά-

5. τοῦ *addidi ex cod. Ven.*

6. μηδὲ ἔν τῳ *scripsi pro eo quod omnes libri habent* μηδὲ ἐν τῷ. *Irenaei Interpr. habet* non discernere valentium falsum a vero. *Billio illud* δὲ ἐν τῷ *plane delendum*, *Grabio* μὴ δεόντως, *Massueto* μηδέν τι *restituendum videbatur.*

7. παρέχει *cod. Ven. quae coniectura Petavii erat.* παρέχειν *vulgo extat. Billius volebat* παρέχειν φαίνεται.

8. *Ita rescripsi. Libri habent* ὑπὸ τοῦ.

9. ἰσχύων *cod. Ven.*

10. ὁ *om. Ven.*

11. ἀκεραίως *quod vulgo extat ante voc.* δοκιμάσαι, *induxi de auctoritate cod. Ven. Sed cum Vet. Irenaei Interpr. habeat* qui

apostolus loquitur, quam aedificationem dei, quae est in fide, atque 1. Tim. 1, 4. iidem illi callida artificiosaque oratione imperitorum animos decipiant ac velut captivos abripiant, dum et oracula divina depravant et recte dicta perperam interpretantur, tum vero quam plurimos ab huius universi conditore et ordinatore deo falsa quadam abductos specie cognitionis in perniciem trahant; quasi sublimius aliquid ac maius eo demonstrare possint, qui coelum terramque, ac quae iis continentur omnia, procrearit: adeo ut simplices minimeque malos homines fucatis sermonibus ad veritatis indagationem blande admodum illiciant, neque tamen blande illos in exitium impellant, dum adversus rerum opificem pronam ad maledicendum impiamque mentem iniiciunt, quod verum a falso discernere quibuscum agunt nequeant. Non enim falsitas nuda ac simplex proponitur, ne suis integumentis evoluta deprehendi facile possit, sed speciosis involucris miro artificio perpolita, ut externa pompa atque cultu veritate ipsa quodammodo veriorem sese rudiorum oculis subiiciat; quemadmodum ab aliquo longe quam nos praestantiore de eiusmodi pronunciatum est: Exquisitae gemmae ac pretiosissimae smaragdo similem ab artificibus fieri vitreum lapillum, non sine quadam illius iniuria, nisi praesto sit qui discernendi peritia valeat, quique arte sua fretus adulterinam illam gemmam simulatamque dignoscat. Sed cum aes argento miscetur, quis hoc facile sincereque discernat? Quamobrem ne qui culpa nostra tanquam oves a lupis, sic ab illis abripiantur, quos ovium Matth. 7, 15. pellibus tectos ignorarint, cuiusmodi cavendos esse dominus praecipit, quorum similis sermo, dissimilis est animus, necessarium putavi, cum in Valentini, ut asserunt, discipulorum commentarios inciderim, cum aliquot etiam ex illorum numero congressus fuerim, tibi, o carissime, portentosa illa ac profunda significare mysteria, quae quidem non ad captum omnium faciunt, quod non omnes cerebrum exspuerint, ut et tu cognitis iis universis qui tecum sunt eadem declares ac moneas, uti altissimum illum stultitiae atque in Christum blasphemiae gurgitem devitent. Itaque quoad in me situm erit eorum qui erroris hodie magistri sunt, nimirum Ptolemaei eiusque sectatorum qui ex Valentini schola effloruerunt, sententiam accurate ac breviter exponam, et ad eam refutandam idonea pro mei captus exiguitate argumenta suggeram, quibus quae ab illis dicuntur perabsurda minimeque veritati consentanea esse demonstrabitur. Tametsi ne-

facile atque incorrupte id explorare possit? *si κἀκεραίως restitueris, perquam facili ea adhibita medella servabis receptam vulgatorum librorum auctoritatem. Massuetus reponendum censuit ἀκέραιος.*

12. παρὰ *non habetur in editis.*

13. ἐπιβολὴν, *quod Irenaei Interpr. legit, quodque suspicatus est iam Petav., restitui ex cod. Ven. Vulgo extat* ἐπιβουλὴν.

14. τὸν Χριστὸν *cod. Ven.*

15. ἀσύστατα καὶ ἀνάρμοστα *auget cod. Ven.*

φειν εἰθισμένοι, μήτε λόγων [16] τέχνην ἠσκηκότες, ἀγάπης δὲ ἡμᾶς προτρεπομένης σοί τε καὶ πᾶσι τοῖς μετά σου μηνύσαι τὰ μέχρι μὲν νῦν κεκρυμμένα, ἤδη δὲ κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ εἰς φανερὸν ἐληλυθότα διδάγματα. Οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.

Κεφ. ι'. Οὐκ ἐπιζητήσεις δὲ παρ' ἡμῶν, τῶν ἐν [1] Κελτοῖς διατριβόντων καὶ περὶ βάρβαρον διάλεκτον τὸ πλεῖστον ἀσχολουμένων, λόγων τέχνην, ἣν οὐκ ἐμάθομεν, οὔτε δύναμιν συγγραφέως, ἣν οὐκ ἠσκήσαμεν, οὔτε καλλωπισμὸν λέξεων, οὔτε πιθανότητα, ἣν οὐκ οἴδαμεν· ἀλλὰ ἁπλῶς καὶ ἀληθῶς καὶ ἰδιωτικῶς τὰ μετὰ [2] ἀγάπης σοι γραφέντα μετὰ ἀγάπης [3] σὺ προςδέξῃ, καὶ αὐτὸς αὐξήσεις αὐτὰ παρὰ σεαυτῷ, ἅτε ἱκανώτερος ἡμῶν τυγχάνων, οἱονεὶ σπέρματα καὶ ἀρχὰς λαβὼν παρ' ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ πλάτει σου τοῦ νοῦ ἐπὶ πολὺ καρποφορήσεις τὰ δι' ὀλίγων ὑφ' ἡμῶν εἰρημένα, καὶ δυνατῶς παραστήσεις τοῖς μετὰ σοῦ τὰ ἀσθενῶς ὑφ' ἡμῶν ἀπηγγελμένα. Καὶ ὡς ἡμεῖς ἐφιλοτιμήθημεν, πάλαι ζητοῦντός σου μαθεῖν τὴν γνώμην αὐτῶν, μὴ μόνον σοι ποιῆσαι φανεpag. 175. ρὰν, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια δοῦναι πρὸς τὸ ἐπιδεικνύειν αὐτὴν ψευδῆ, οὕτω [4] δὲ καὶ σὺ φιλοτίμως τοῖς λοιποῖς διακονήσεις, κατὰ τὴν χάριν τὴν ὑπὸ τοῦ κυρίου σοὶ δεδομένην, εἰς τὸ μηκέτι παρασύρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς ἐκείνων πιθανολογίας, οὔσης τοιαύτης·

Κεφ. ια'. Λέγουσι γάρ τινα εἶναι ἐν ἀοράτοις καὶ ἀκατονομάστοις ὑψώμασι τέλειον Αἰῶνα προόντα (τοῦτον δὲ καὶ [1] Προαρχὴν καὶ Προπάτορα καὶ Βυθὸν καλοῦσιν)· ὑπάρχοντα δ' αὐτὸν ἀχώρητον καὶ ἀόρατον, ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἠρεμίᾳ πολλῇ γεγονέναι ἐν ἀπείροις Αἰῶσι [2] χρόνων, συνυπάρχειν δ' αὐτῷ καὶ Ἔννοιαν, ἣν δὴ καὶ Χάριν καὶ Σιγὴν ὀνομάζουσι· καὶ [3] ἐννοηθῆναί ποτε ἀφ' ἑαυτοῦ προβαλέσθαι τὸν Βυθὸν τοῦτον ἀρχὴν τῶν πάντων, καὶ καθάπερ σπέρμα τὴν προβολὴν ταύτην, ἣν προβαλέσθαι ἐνενοήθη, [4] καὶ καταθέσθαι, ὡς ἐν μήτρᾳ, τῇ συνυπαρχούσῃ ἑαυτῷ Σιγῇ· ταύτην δὲ ὑποδεξαμένην τὸ σπέρμα τοῦτο καὶ ἐγκύμονα γενομένην ἀποκυῆσαι Νοῦν ὅμοιόν τε καὶ ἴσον τῷ προβαλόντι, καὶ μόνον χωροῦντα τὸ μέγεθος τοῦ πατρός. Τὸν δὲ Νοῦν τοῦτον καὶ Μονογενῆ καλοῦσι, καὶ Πατέρα, καὶ Ἀρχὴν τῶν πάντων. Συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ Ἀλήθειαν, καὶ εἶναι ταύτην [5] πρώτην καὶ ἀρχέγονον Πυθαγορικὴν [6] Τετρακτὺν, ἣν καὶ Ῥίζαν τῶν

16. τεχνῶν *cod. Ven.*

Cap. X. — 1. ἀδελφοῖς *cod. Ven.* δελφοῖς *ed. princ. In exemplo Scholliano annotatum est* „Μ. κελτοῖς, ἤγουν κελταῖς.“

2. ἀγάπης συγγραφέντα *cod. Ven.*

3. σὺ *om. cod. Ven.*

4. *Mallem* δή.

Cap. XI. — 1. Προαρχὴν καὶ *adieci de codd. Ven. et Vatic., cum quibus conspirat Vet. Irenaei Interpr.*

2. χρόνοις *cod. Ven.*

3. ποτε ἐννοηθῆναι *cod. Ven.*

que scriptis quicquam elucubrare consueverim, neque dicendi sit a me facultas exercitatione quaesita. Sed me caritas hortatur ut ea tibi tuisque dogmata patefaciam quae ad hunc occultata diem divina modo gratia prompta omnibus apertaque sunt. *Nihil enim est occultum, quod non reveletur, et absconditum, quod non sciatur.* Matth. 10, 26.

Cap. X. Enimvero nihil erit cur a nobis, qui inter Gallos degimus atque in barbarae linguae meditatione plurimum occupati sumus, oratoriam exigas facultatem, quam nunquam didicimus, neque scribendi peritiam, cui nunquam studuimus, neque dictionis ornatum ac fucum, quem penitus ignoramus. Quin potius quae a nobis simpliciter ac vere vulgarique sermone ad te ex caritate scribuntur, ea ex caritate suscipies atque, utpote magis ad id praestandum idoneus, sic tanquam semina quaedam et initia a nobis acceperis, nova apud te accessione locupletiora facies, et in mentis tuae spatiosum sinum recondita, quae paucis a me perstricta sunt, uberiore fructu compensabis, ac denique quicquid a me parum viriliter explicatum fuerit, apud tuos nervose fortiterque disputabis. Atque ut ego tibi illorum sententiam perdiscere cupienti non eam modo declarare studui, sed idonea quoque praesidia ad illam convincendam attuli, ita et tu pro ea quae tecum a deo communicata gratia est, ceterorum impense rationibus et utilitati servies, ne in posterum quisquam blanda illorum oratione capiatur. Quae in hunc modum sese habet.

Cap. XI. Principio in sublimitatibus illis, quae neque visu percipi neque appellatione ulla comprehendi possunt, perfectum inesse quendam Aeonem asserunt, quem et primum Parentem et Bythum nominant. Hunc, cum nullo loco contineri nec videri posset, sempiternum nec genitum in quiete atque otio infinitis perseverasse seculis. Quocum Ennoeam extitisse pariter, quam isti Gratiam ac Sigen vocant. Ac fuisse tempus aliquando cum Bythus ille omnium ex sese primordia producere voluerit ac tanquam semina, quae in Sigen aequalem ac comparem suam quasi matricem infudit. Eam porro semine illo excepto gravidam demum similem genitori suo Nun aequalemque peperisse, qui solus Parentis magnitudinem caperet. Eundem Nun etiam Unigenam nominant, et Patrem et Principium rerum omnium, quocum una procreata sit Veritas. Hanc esse primam ac principem illam Pythagoreorum quadrigam, quam et universorum Radicem ap-

4. καὶ καταθέσθαι *tuentur codd. Ven. Vat. Rhedig., et Reg. Paris. In editis est* καὶ καθέσθαι, *quod mendosum esse arbitror, quamquam Irenaei Interpr.* demisisse *convertit. Particulam* καὶ *ante* καταθέσθαι *verte* etiam, *ne cum Petavio aliisque eam delendam esse suspiceris. Alii aliter hunc locum corrigere sunt conati, quorum commenta servant Irenaei editiones.*

5. πρώτην *cod. Ven.* πρῶτον *reliqui libri.*

6. Τετρακτὴν *ed. princ.*

πάντων καλοῦσιν. Ἔστι γὰρ Βυθὸς καὶ Σιγὴ, ἔπειτα Νοῦς καὶ Ἀλήθεια. Αἰσθόμενόν τε τὸν Μονογενῆ τοῦτον ἐφ' οἷς προεβλήθη, προβαλεῖν καὶ αὐτὸν Λόγον καὶ Ζωὴν, πατέρα πάντων τῶν μετ' αὐτὸν ἐσομένων, καὶ ἀρχὴν, καὶ μόρφωσιν παντὸς τοῦ Πληρώματος, ἐκ [7] δὲ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς προβεβλῆσθαι κατὰ συζυγίαν Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν· καὶ εἶναι ταύτην ἀρχέγονον Ὀγδοάδα, ῥίζαν καὶ ὑπόστασιν τῶν πάντων, τέτρασιν ὀνόμασι παρ' αὐτοῖς [8] καλουμένην, Βυθῷ, καὶ Νῷ, καὶ Λόγῳ, καὶ Ἀνθρώπῳ. Εἶναι γὰρ αὐτῶν ἕκαστον ἀρρενόθηλυν οὕτως· πρῶτον τὸν Προπάτορα ἡνῶσθαι κατὰ συζυγίαν τῇ ἑαυτοῦ Ἐννοίᾳ, τὸν δὲ Μονογενῆ, τουτέστι τὸν Νοῦν, τῇ Ἀληθείᾳ, τὸν δὲ Λόγον τῇ Ζωῇ, καὶ τὸν Ἄνθρωπον τῇ Ἐκκλησίᾳ. Τούτους δὲ τοὺς Αἰῶνας εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς προβεβλημένους, βουληθέντας καὶ αὐτοὺς διὰ τοῦ ἰδίου δοξάσαι τὸν Πατέρα, [9] προβαλεῖν προβολὰς ἐν συ-
pag. 176. *ζυγίᾳ, τὸν μὲν Λόγον καὶ τὴν Ζωὴν μετὰ τὸ προβαλέσθαι τὸν Ἄνθρωπον καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἄλλους δέκα Αἰῶνας, ὧν τὰ ὀνόματα λέγουσι ταῦτα· [10] Βύθιος καὶ Μίξις, Ἀγήρατος καὶ Ἕνωσις, Αὐτοφυὴς καὶ Ἡδονὴ, Ἀκίνητος καὶ Σύγκρασις, Μονογενὴς καὶ Μακαρία. Οὗτοι δέκα Αἰῶνες, οὓς [11] καὶ φάσκουσιν ἐκ Λόγου καὶ Ζωῆς προβεβλῆσθαι. Τὸν δὲ Ἄνθρωπον καὶ αὐτὸν προβαλεῖν μετὰ τῆς Ἐκκλησίας Αἰῶνας δώδεκα, οἷς ταῦτα τὰ ὀνόματα χαρίζονται· Παράκλητος καὶ Πίστις, Πατρικὸς καὶ Ἐλπὶς, Μητρικὸς καὶ Ἀγάπη, Ἀείνους καὶ Σύνεσις, [12] καὶ Ἐκκλησιαστικὸς καὶ Μακαριότης, Θελητὸς καὶ Σοφία. Οὗτοί εἰσιν οἱ τριάκοντα Αἰῶνες τῆς πλάνης αὐτῶν, οἱ σεσιγημένοι καὶ μὴ γινωσκόμενοι· τοῦτο τὸν ἀόρατον καὶ πνευματικὸν κατ' αὐτοὺς Πλήρωμα, τριχῆ διεσταμένον εἰς Ὀγδοάδα, καὶ Δεκάδα, καὶ Δωδεκάδα. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν Σωτῆρα λέγουσιν (οὐδὲ γὰρ Κύριον ὀνομάζειν αὐτὸν θέλουσι) τριάκοντα ἔτεσι κατὰ τὸ φανερὸν μηδὲν πεποιηκέναι, ἐπιδεικνύντα τὸ μυστήριον τούτων τῶν Αἰώνων· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς παραβολῆς [13] τῶν εἰς τὸν ἀμπελῶνα πεμπομένων ἐργατῶν φασι φανερώτατα τοὺς τριάκοντα τούτους Αἰῶνας μεμηνύσθαι. Πέμπονται γὰρ [14] οἱ μὲν περὶ πρώτην ὥραν, [15] οἱ δὲ περὶ τρίτην, οἱ δὲ περὶ ἕκτην, οἱ δὲ περὶ ἐνάτην, ἄλλοι δὲ περὶ ἑνδεκάτην. Συντιθέμεναι οὖν αἱ προειρημέναι ὧραι εἰς ἑαυτὰς τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμὸν ἀναπληροῦσι. Μία γὰρ καὶ τρεῖς καὶ ἓξ καὶ ἐννέα καὶ ἕνδεκα τριάκοντα γίνονται. Διὰ δὲ τῶν ὡρῶν τοὺς Αἰῶνας μεμηνύσθαι θέλουσι. Καὶ ταῦτ' εἶναι τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ καὶ ἀπόρρητα μυστήρια, ἃ καρποφοροῦσιν αὐτοὶ, καὶ εἴ πού τι τῶν ἐν πλήθει εἰρημένων ἐν ταῖς γραφαῖς δυνηθείη προσαρμόσαι καὶ εἰκάσαι τῷ πλάσματι αὐτῶν.*

7. δὲ *cod. Ven. Et Irenaei Interpr. habet* De Logo autem et Zoe emissum *cett. Vulgo extat* δή.

8. καλουμένην *cod. Ven.* καλουμένων *reliqui libri, mendose.*

9. προβάλλειν *cod. Ven.*

10. βύθυος *cod. Ven.*

pellant. Sunt autem Bythus ac Sige, tum Nus ac Veritas. Postea, cum quibus de caussis productus esset Unigena sensisset, mox ipsum vicissim Sermonem Vitamque propagasse, eorum quae post ipsum futura essent omnium parentem, ac Principium et Pleromatis totius expolitionem. Iam ex Sermone Vitaque par unum exortum, Hominem atque Ecclesiam. Ita primigeniam esse conflatam Ogdoadem, omnium rerum fundamentum ac radicem, quae quidem quaternis nominibus constat, Bytho, No, Sermone, Homine. Quodlibet enim par marem ac feminam continet. Ac primum sane summumque Parentem cum Ennoea sua iniisse coniugium, Unigenam vero sive Nun cum Veritate, Sermonem cum Vita, Hominem cum Ecclesia. Post Aeones istos Parentis ad decus gloriamque genitos, cum ad eius gloriam refundere aliquid cuperent, ascito sibi coniugio novam suscepisse sobolem. Velut Sermonem Vitamque post Hominem Ecclesiamque genitos, decem alios Aeones edidisse, quorum haec nomina commenti sunt: Bythium, Mistionem, Ageratum, Henosin, Authophye, Voluptatem, Immobilem, Syncrasin, Unigenam, et Macariam. Hi sunt Aeones decem, quos ex Sermone Vitaque productos narrant. Hominem deinde et Ecclesiam Aeones XII genuisse, quibus haec imposita sunt nomina: Paracletus, Fides, Paternus, Spes, Maternus, Caritas, Ainus, Intelligentia, Ecclesiasticus, Felicitas, Theletus, Sapientia. Hi sunt illorum opinione conficti Aeones triginta, qui tamdiu in silentio et obscuritate iacuerunt. Hoc illud spiritale neque aspectabile Complementum, quod ab istis constituitur trifariam distributum in Ogdoadem, Decadem et Dodecadem. Atque hanc ipsam esse caussam statuunt, cur Salvator (neque enim Dominum appellare volunt) tricenos totos annos palam egerit nihil, ut hoc Aeonum mysterium indicaret. Quinctiam in operariorum, Matth. 20.
qui ad vitem colendam mittuntur, parabola XXX eosdem Aeones perspicue significatos asserunt. Etenim alii circiter horam primam missi sunt, alii tertiam, sextam alii, ac nonam, ac postremo undecimam. Quae omnes in sese conflatae Tricenarium efficiunt. Nam una et tres et sex ac novem cum undecim triginta complent. Quibus horis totidem Aeones indicari censent: eaque demum esse magna illa et admiranda arcanaque mysteria, quem suum veluti fructum proferunt, ac si quid aliud est quod in sacris literis certo numero comprehensum ad futilem commentitiamque fabulam accommodari possit.

11. *καὶ non habet cod. Ven. Nec agnoscit vet. Irenaei Interpres.*
12. *καὶ inducendum arbitror de auctoritate Vet. Irenaei Interpr.*
13. τῆς *ed. princ. et cod. Reg. Par.*
14. ὁ μὲν *cod. Ven.*
15. ὁ δὲ *cod. Ven.*

Κεφ. ιβʹ. Τὸν μὲν οὖν Προπάτορα αὐτῶν γινώσκεσθαι μόνῳ λέγουσι τῷ ἐξ αὐτοῦ γεγονότι Μονογενεῖ, τουτέστι τῷ Νῷ, τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσιν ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον ὑπάρχειν. Μόνος δὲ ὁ Νοῦς κατ' αὐτοὺς ἐτέρπετο θεωρῶν τὸν Πατέρα καὶ τὸ μέγεθος τὸ ἀμέτρητον αὐτοῦ κατανοῶν ἠγάλλετο, καὶ διενοεῖτο καὶ τοῖς λοιποῖς Αἰῶσιν ἀνακοινώσασθαι τὸ μέγεθος τοῦ Πατρὸς, ἡλίκος τε καὶ ὅσος ὑπῆρχε, καὶ ὡς ἦν ἄναρχός τε καὶ ἀχώρητος, καὶ οὐ καταληπτὸς ἰδεῖν. Κατέσχε δὲ αὐτὸν
pag. 177. ἡ Σιγὴ βουλήσει τοῦ Πατρὸς, διὰ τὸ θέλειν πάντας αὐτοὺς εἰς ἔννοιαν καὶ πόθον ζητήσεως τοῦ προειρημένου Προπάτορος [1] αὐτῶν ἀγαγεῖν. Καὶ οἱ μὲν λοιποὶ ὁμοίως Αἰῶνες ἡσυχῇ πως ἐπεπόθουν τὸν προβολέα τοῦ σπέρματος [2] αὐτῶν ἰδεῖν καὶ τὴν ἄναρχον ῥίζαν ἱστορῆσαι. [3] Προήλατο δὲ πολὺ ὁ τελευταῖος καὶ νεώτατος τῆς Δωδεκάδος τῆς ὑπὸ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας [4] προβεβλημένης Αἰὼν, τουτέστιν ἡ Σοφία, καὶ ἔπαθε πάθος ἄνευ τῆς ἐπιπλοκῆς τοῦ [5] συζύγου τοῦ Θελητοῦ, ὃ ἐνήρξατο μὲν ἐν τοῖς περὶ τὸν Νοῦν καὶ τὴν Ἀλήθειαν, ἀπέσκηψε δὲ εἰς τοῦτον τὸν παρατραπέντα, πρόφασιν μὲν ἀγάπης, τόλμης δὲ διὰ τὸ μὴ [6] κεκοινωνῆσθαι τῷ Πατρὶ τῷ τελείῳ, καθὼς καὶ ὁ Νοῦς· τὸ δὲ πάθος εἶναι ζήτησιν τοῦ πατρός. Ἤθελε γὰρ, ὡς λέγουσι, τὸ μέγεθος αὐτοῦ καταλαβεῖν. Ἔπειτα μὴ δυνηθῆναι, διὰ [7] τὸ ἀδυνάτῳ ἐπιβαλεῖν πράγματι, καὶ ἐν πολλῷ πάνυ ἀγῶνι γενόμενον, διά [8] τε τὸ μέγεθος τοῦ βάθους καὶ τὸ ἀνεξιχνίαστον τοῦ Πατρὸς καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν ἐκτεινόμενον ἀεὶ ἐπὶ τὸ πρόσθεν ὑπὸ τῆς γλυκύτητος αὐτοῦ τελευταῖον ἂν καταπεπόσθαι καὶ ἀναλελύσθαι εἰς τὴν ὅλην οὐσίαν, εἰ μὴ τῇ στηριζούσῃ καὶ ἐκτὸς τοῦ ἀῤῥήτου μεγέθους φυλασσούσῃ τὰ ὅλα συνέτυχε δυνάμει (ταύτην δὲ τὴν δύναμιν καὶ Ὅρον καλοῦσιν), ὑφ' ἧς ἐπεσχῆσθαι καὶ ἐστηρίχθαι, καὶ μόγις ἐπιστρέψαντα εἰς ἑαυτὸν, καὶ πεισθέντα ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἀποθέσθαι τὴν προτέραν ἐνθύμησιν σὺν τῷ ἐπιγινομένῳ πάθει ἐκ τοῦ ἐκπλήκτου ἐκείνου θαύματος.

Κεφ. ιγʹ. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν [1] πῶς τὸ πάθος τῆς Σοφίας καὶ τὴν ἐπιστροφὴν μυθολογοῦσιν; ἀδυνάτῳ καὶ ἀκαταλήπτῳ πράγματι [2] αὐτὴν ἐπιχειρή-

Cap. XII. — 1. αὐτὸν ἀναγαγεῖν cod. *Ven.*
2. αὐτὸν cod. *Ven. a prima manu.*
3. προσήλετο cod. *Ven.*
4. *Ita rescripsi de auctoritate vet. Irenaei Interpretis et Tertulliani adv. Valent. cap. 8. cum Massueto, pro* προβεβλημένος, *quod omnes libri habent.*
5. συζύγου *scripsi, Irenaei vet. Interpretem secutus, cum Frontone Ducaeo. Cod.*

His ita constitutis primum illum Parentem ab Unigena solo, quem is produxit, qui idem et Nus dicitur, cognosci definiunt; ab reliquis omnibus neque videri posse, neque animo intelligentiaque comprehendi. Quamobrem cum Parentis contemplatione sese ille unus oblectaret, atque immensa illius magnitudine cognoscenda vehementer exultaret, statuisse reliquis Aeonibus Parentis aperire magnitudinem, quantus hic, quamque admirabilis foret, utque et principio careret, et nullo spatio ac cognitione capi posset. Sed id quo minus praestaret, Sigen de Parentis repressisse consilio, quod ille Aeones omnes summi ad Parentis notitiam desideriumque perducere niteretur. Ac ceteri quidem ex Aeonum grege auctorem satoremque suum, hoc est stirpem illam radicemque principii expertem omnis, nosse comiter ac moderate cupiebant. Sed Sapientia ultimus natuque minimus Aeon ex illa Dodecade, quae ab Homine Ecclesiaque propagata est, longe ceteris intemperantius sese extulit. Itaque sine Theleti coniugis copulatione affectionem in se quandam suscepit, quae in Mente ac Veritate coepta prius in infelicem illum et aberrantem Aeonem incubuit, quae specie quidem caritatis excitata, revera temeritatis atque audaciae fuit, quod cum perfecto Parente communicata minime fuerat. Erat autem haec animi commotio, Parentis inquirendi studium, cuius, ut aiunt, magnitudinem cognitione assequi contendebat. Verum frustra laborabat, quod eam rem concupiverat, quae obtineri nullo modo posset. Itaque cum in summa contentione et anxietate versaretur, ac propter et infinitam altitudinem et Parentis naturam eiusmodi, ut ad eam nullis vestigiis perveniret, et ob suam in illum denique caritatem, prae eius suavitate semper ultra procurreret, postremo nihil esse propius factum quam ut in universam absorpta naturam ac resoluta vanesceret, nisi in eam Virtutem incidisset cui corroborandorum et inexplicabilem extra magnitudinem conservandorum omnium munus erat attributum. Eam porro Virtutum alio nomine Horum appellant. Ab hac cohibitam confirmatamque Sapientiam aegre ad semetipsum rediisse, demumque persuasum habentem non posse Parentem suum cognitione comprehendi, priorem cogitationem cum posteriori commotione, quae ex stupore illo et admiratione nata fuerat, exuisse. Cap. XII.

Sed istorum quidam illam Sapientiae perturbationem ac restitutionem quibus nugis involvunt? Nimirum cum eiusmodi aliquid ap- Cap. XIII.

Ven. habet τοῦ ζυγοῦ τούτου, *reliqui libri* τοῦ ζυγοῦ τοῦ.

6. κεκοινῶσθαι *cod. Ven.*

7. τῷ *cod. Ven.*

8. τε *om. cod. Ven.*

Cap. XIII. — 1. *Interrogationem Petavius restituit. Irenaei Interpres habet* huiusmodi. *Scripserat Irenaeus fortasse* οὕτως πως *pro* αὐτῶν πῶς.

2. τὴν *cod. Ven.*

σασαν τεκεῖν οὐσίαν ἄμορφον, οἵαν φύσιν εἶχε [3] θήλειαν τεκεῖν· ἣν καὶ κατανοήσασαν πρῶτον μὲν λυπηθῆναι, διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς γενέσεως, ἔπειτα φοβηθῆναι [4] μηδὲ αὐτὸ τὸ εἶναι τελείως ἔχειν, εἶτα ἐκστῆναι καὶ ἀπορῆσαι ζητοῦσαν τὴν αἰτίαν, καὶ ὅντινα τρόπον ἀποκρύψει τὸ [5] γεγονός· ἐγκαταγενομένην δὲ τοῖς πάθεσι λαβεῖν ἐπιστροφὴν, καὶ ἐπὶ
pag. 178. τὸν Πατέρα ἀναδραμεῖν [6] πειραθῆναι, καὶ μέχρι τινὸς τολμήσασαν ἐξασθενῆσαι, καὶ [7] ἱκέτιν τοῦ πατρὸς γενέσθαι, συνδεηθῆναι δὲ αὐτῇ καὶ τοὺς λοιποὺς Αἰῶνας, μάλιστα δὲ τὸν Νοῦν. Ἐντεῦθεν λέγουσι πρώτην ἀρχὴν ἐσχηκέναι [8] τὴν οὐσίαν τῆς ὕλης ἐκ τῆς ἀγνοίας καὶ τῆς λύπης καὶ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐκπλήξεως. Ὁ δὲ Πατὴρ τὸν προειρημένον Ὅρον ἐπὶ τούτοις διὰ τοῦ Μονογενοῦς προβάλλεται ἐν εἰκόνι ἰδίᾳ ἀσύζυγον, ἀθήλυντον· τὸν γὰρ [9] Πατέρα ποτὲ μὲν μετὰ συζυγίας τῆς Σιγῆς, ποτὲ δὲ καὶ ὑπὲρ ἄρρεν καὶ ὑπὲρ θῆλυ εἶναι θέλουσι. Τὸν δὲ Ὅρον τοῦτον [10] καὶ Σταυρὸν καὶ Λυτρωτὴν καὶ Καρπιστὴν καὶ Ὁροθέτην καὶ Μεταγωγέα καλοῦσι. Διὰ δὲ τοῦ Ὅρου τούτου φασὶ [11] κεκαθάρθαι καὶ ἐστηρίχθαι τὴν Σοφίαν, καὶ ἀποκατασταθῆναι τῇ συζυγίᾳ. Χωρισθείσης γὰρ τῆς Ἐνθυμήσεως ἀπ' αὐτῆς σὺν τῷ ἐπιγινομένῳ Πάθει αὐτὴν μὲν ἐντὸς Πληρώματος [12] μεῖναι, τὴν δὲ Ἐνθύμησιν αὐτῆς σὺν τῷ Πάθει ὑπὸ τοῦ Ὅρου ἀφορισθῆναι καὶ [13] ἀποστερηθῆναι, καὶ ἐκτὸς αὐτοῦ γενομένην εἶναι μὲν πνευματικὴν οὐσίαν, φυσικήν τινα Αἰῶνος ὁρμὴν τυγχάνουσαν, ἄμορφον δὲ καὶ ἀνείδεον διὰ τὸ μηδὲν καταλαβεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο καρπὸν ἀσθενῆ καὶ θῆλυν αὐτὸν λέγουσι.

Κεφ. ιδ'. Μετὰ δὲ τὸ ἀφορισθῆναι [1] ταύτην ἐκτὸς τοῦ πληρώματος τῶν Αἰώνων, τήν τε Μητέρα αὐτῆς ἀποκατασταθῆναι τῇ ἰδίᾳ συζυγίᾳ, τὸν Μονογενῆ πάλιν ἑτέραν προβαλέσθαι συζυγίαν, κατὰ προμήθειαν τοῦ Πατρὸς, ἵνα μὴ ὁμοίως ταύτῃ πάθῃ τις τῶν Αἰώνων, Χριστὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, εἰς πῆξιν καὶ στηριγμὸν τοῦ Πληρώματος, ὑφ' ὧν καταρτισθῆναι τοὺς Αἰῶνας. Τὸν μὲν γὰρ Χριστὸν [2] διδάξαι αὐτοὺς συζυγίας φύσιν, ἀγεννήτου κατάληψιν γινώσκοντας ἱκανοὺς εἶναι, ἀνα-

3. *Ita libri omnes. Erant qui cum vet. Irenaei Interprete, qui* qualem naturam femina habebat parere *habet,* θήλεια *reponendum censerent. V. Massuet. ad h. l.*

4. *Cod. Ven. praebet* μήτε αὐτὸ τὸ εἶναι τελείως ἔχειν. *Petavius volebat* μὴ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τέλος ἔχῃ, *secundum Latinum Interpretem, qui* timuisse ne hoc ipsum finem habeat *convertit. At v. Massueti adnotata ad Irenaeum.*

5. *Ita codd. Ven. et Reg. Vulgo* γένος.

6. *Ita cod. Vatic. Vulgo* πειρασθῆναι.

7. ἱκέτην *codd. Ven. et Vatic.*

8. *Ita rescribendum esse censuit iam olim Billius; adstipulantur codd. Ven. et Vatic. Vulgo enim desideratur illud* τῆς ὕλης. *Cod. Rhedig. habet* τὴν οὐσίας ἐκ τῆς ἀγνοίας.

9. πατέρα, *quod non extat in edit. princ., Petavius primum adiecit ex cod. Vatic.*

10. *Recepi Massueti aliorumque virorum doctorum emendationem et a vet. Latino*

petisset, quod eius potestatem cognitionemque superaret, informem quandam atque inconditam edidisse substantiam, eiusdemque quam habebat naturae feminam peperisse. Quam ut animadvertit, primum ob mancam inchoatamque generationem animo doluisse, tum vereri coepisse ne vel ipsa esse omnino desineret; proindeque attonitam et haesitantem caussam indagare instituisse, ac quemadmodum foetum suum occultare posset. Ergo in pristina illa commotione perseverantem convertisse sese, et ad Parentem studuisse recurrere. Quod cum aliquanto tempore contendisset, succubuisse demum, atque ad Parentem sese supplicem abiecisse: affuisse et advocatos Aeonas reliquos, ac Mentem imprimis. Atque hanc primam substantiae originem extitisse, quae ex ignorantia et dolore ac metu et stupore prodierit. At Pater Horum, sive Terminum, quem diximus, post illos omnes suam ad effigiem produxit comparis ac feminei sexus expertem. Hunc enim ipsum Parentem alias cum Sige copulant, alias supra maris ac feminae conditionem extollunt. Horum vero etiam Redemptorem, ac Carpisten, et Horotheten, ac Circumductorem vocant. A quo perpurgatam ac confirmatam Sapientiam narrant, et coniugio restitutam. Posteaquam enim Enthymesis, hoc est cogitatio, ab illa est cum superveniente Commotione secreta, tum ipsa quidem intra Pleroma recepta, Enthymesis vero cum Commotione ab Horo relegata, et in Cruce suffixa, atque extra Complementum procul amandata constitit; ut substantia illa quidem spiritalis esset, utpote naturalis quaedam vis Aeonis et impetus, sed rudis eadem et informis, quod nihil esset omnino consecuta. Ob idque praecocem illum fructum atque imbecillum et muliebris conditionis esse memorant.

Ceterum ubi haec a Pleromate depulsa est, Mater vero ad coniugium suum postliminio reversa, tum de Parentis consilio, ne quid simile posthac Aeoni alicui contingeret, fulciendo firmandoque Pleromati novum par ferunt ab Unigena productum, Christum ac Spiritum sanctum; quorum opera Aeones ordinatos ac compositos esse. Quippe Christum coniugii natura atque Ingeniti comprehensione cognita docuisse contentos esse illos oportere, Patrisque inter illos Cap. XIV.

Interprete et in aliis quae infra sequuntur Irenaei locis probatam. Extat enim in libris meis omnibus, tam scriptis quam editis, καὶ συλλυτρωτήν; *quod vitium quomodo ortum sit demonstrat locus cap.* 15., *ubi scriptum est* καὶ Στύλου καὶ Λυτρωτοῦ *pro* καὶ Σταύρου καὶ Λυτρωτοῦ, *quod verum est.*

11. καθάρθαι *cod. Ven.*

12. *Ita cod. Ven., conspirante vet. Interprete qui vertit* perseverasse. μεῖναι *reponendum viderat iam Grabius. Vulgo extat* εἶναι.

13. *Ita omnes libri. Sed secundum vet. Irenaei Interpretis versionem et secundum Tertull. Adv. Valent. cap.* 10. *citius reponendum* ἀποσταυρωθῆναι *videatur. V. interpr. Irenaei. Quamquam ego quidem mallem* ἀποστερεωθῆναι, *respectu gemelli loci infra cap.* 37.

Cap. XIV. — 1. αὔτην (*sic*) *cod. Ven.*

2. διάξαι *cod. Ven.*

γορεῦσαί τε ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ πατρὸς ἐπίγνωσιν, ὅτι τε ἀχώρητός ἐστι καὶ ἀκατάληπτος καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε ἰδεῖν οὔτε ἀκοῦσαι αὐτὸν ἢ διὰ [3] μόνου τοῦ Μονογενοῦς γινώσκεται. Καὶ τὸ μὲν αἴτιον τῆς αἰωνίου διαμονῆς τοῖς λοιποῖς τὸ πρῶτον [4] ἀκαταληπτὸν ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς, τῆς δὲ γενέσεως αὐτοῦ καὶ μορφώσεως τὸ καταληπτὸν αὐτοῦ, [5] ὃ δὴ υἱός ἐστι. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἄρτι προβληθεὶς Χριστὸς ἐν αὐτοῖς ἐδημιούργησε. Τὸ δὲ ἓν Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξισωθέντας αὐτοὺς πάντας
pag. 179. εὐχαριστεῖν ἐδίδαξε, καὶ τὴν ἀληθινὴν ἀνάπαυσιν ἡγήσατο. Οὕτως τε μορφῇ καὶ γνώμῃ ἴσους κατασταθῆναι [6] τοὺς Αἰῶνας λέγουσι, πάντας γενομένους Νόας, καὶ πάντας Λόγους, καὶ πάντας Ἀνθρώπους, καὶ πάντας Χριστοὺς, καὶ τὰς θηλείας ὁμοίως πάσας Ἀληθείας, καὶ πάσας Ζωὰς, καὶ Πνεύματα, καὶ Ἐκκλησίας. Στηριχθέντα δὲ ἐπὶ τούτῳ τὰ ὅλα, καὶ ἀναπαυσάμενα τελέως μετὰ μεγάλης χαρᾶς φησιν ὑμνῆσαι τὸν Προπάτορα, πολλῆς εὐφρασίας μετασχόντα· καὶ ὑπὲρ τῆς εὐποιΐας ταύτης βουλῇ μιᾷ καὶ γνώμῃ τὸ πᾶν Πλήρωμα τῶν Αἰώνων, συνευδοκοῦντος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, τοῦ δὲ Πατρὸς αὐτῶν συνεπισφραγιζομένου, ἕνα ἕκαστον τῶν Αἰώνων, ὅπερ εἶχεν ἐν ἑαυτῷ κάλλιστον καὶ ἀνθηρότατον συνενεγκαμένους καὶ [7] ἐρανισαμένους, καὶ ταῦτα [8] ἁρμοδίως πλέξαντας καὶ ἐμμελῶς ἑνώσαντας, προβαλέσθαι [9] πρόβλημα εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ Βυθοῦ, τελειότατον κάλλος τε καὶ ἄστρον τοῦ Πληρώματος, τέλειον καρπὸν τὸν Ἰησοῦν, ὃν καὶ Σωτῆρα προσαγορευθῆναι καὶ Χριστὸν καὶ Λόγον πατρωνυμικῶς, [10] καὶ εἶτα Πάντα, διὰ τὸ ἀπὸ πάντων εἶναι, δορυφόρους τε [11] αὐτῷ εἰς τιμὴν [12] τὴν αὐτῶν ὁμογενεῖς Ἀγγέλους συμπροβεβλῆσθαι.

Κεφ. ιε΄. Αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐντὸς Πληρώματος ὑπ' αὐτῶν λεγομένη πραγματεία, καὶ ἡ τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος, καὶ [1] μετὰ μικρὸν ἀπολωλότος, ὡς ἐν πολλῇ ὕλῃ διὰ ζήτησιν τοῦ Πατρὸς, συμφορὰ, καὶ ἡ τοῦ Ὅρου καὶ [2] Σταυροῦ καὶ Λυτρωτοῦ καὶ Καρπιστοῦ καὶ Ὁροθέτου καὶ Μεταγωγέως [3] ἐξαιώνιος σύμπηξις, καὶ ἡ τοῦ πρώτου Χριστοῦ σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐκ μετανοίας ὑπὸ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν μεταγενεστέρα τῶν [4] Αἰώνων γένεσις, καὶ ἡ τοῦ δευτέρου Χριστοῦ, ὃν καὶ Σω-

3. μόνου *inducit cod. Ven.*

4. ἀκατάληπτον *scripsi Irenaei vet. Interpr. et Tertullianum secutus. Libri Epiphanii omnes habent* καταληπτὸν. *Cf. Massuet. ad Irenaeum.*

5. ὃ δὴ υἱός *reponendum suadebat sententia ex Irenaei Interprete Vet. et Tertulliano aperta. Vulgo extat* ᾧ δὴ ἴσος, *in cod. Ven.* ὃ δὴ ἴσος.

6. τοὺς *om. cod. Ven.*

7. συνερανισαμένους *cod. Ven.*

8. ἁρμονίως *cod. Ven.*

9. *Ita cod. Ven. Vulgo* προβλήματα, *quod mutandum in* πρόβλημά τι *olim censueram.*

10. *Ita rescripsi Tertulliani potissimum verba secutus, utpote apud quem haec leguntur:* Eum cognominant Soterem et

praedicasse notitiam; nimirum hunc neque circumscribi locorum spatio, neque cognitione posse percipi, ac ne visu quidem vel auditu contrectari, sed per Unigenam duntaxat intelligi. Ac quod primum inest in Patre, quod comprehendi non potest, id caussam esse ceteris, cur in sempiternum tempus permaneant; quod vero in illo ipso comprehendi potest, ortus eorum ac formationis esse caussam, hoc est Filium. Haec sunt quae Christus recens in illis editus molitus est. At Spiritus Sanctus omnes ad aequalitatem redactos gratias habere perdocuit, ac veram quietem commonstravit. Ita demum eiusdem et formae et animi Aeones esse factos, ut universi pariter et Mentes essent, et Sermones, et Homines, ac Christi, similiterque feminae omnes ex aequo, et Veritates et Vitae forent, ac Spiritus, et Ecclesiae. Secundum hoc solidatis corroboratisque omnibus, ac quiete otioque constituto, vehementi illos cum gaudio summum Parentem laudibus extulisse, qui ex ea re ingentem animi fructum ac voluptatem ceperit. Igitur ut ei gratiae aliquid referrent, de communi omnium decreto ac sententia, suffragante Christo ac Spiritu, Patre vero comprobante, factum ut singuli Pleromatis Aeones quod in se praestantissimum ac florentissimum haberent, id in medium afferrent ac contribuerent. Quibus omnibus scite compositis atque eleganter contextis novum quendam fetum ad Bythi decus et gloriam protulisse, hoc est absolutissimam pulchritudinem, ac sidus, perfectum Pleromatis fructum, Iesum scilicet, qui et salvator sit dictus, et Christus, et Verbum, ac denique paternis Aeonum omnium nominibus insignitus, quod ab omnibus pariter sit in lucem editus. Sed et honorarios eius satellites, eiusdem cum illo generis Angelos eodem tempore productos.

Hoc igitur fere totum est interius Pleromatis instrumentum, Cap. XV. haec male affecti ac propemodum extincti Aeonis calamitas, dum in inquisitionem sese Patris intendens multiplicem in materiam dispergitur. Haec sexangula Termini, Styli, Redemptoris, Carpistae, Finitoris, ac Traductoris compactio. Haec prioris Christi, Sanctique Spiritus ex poenitentia Patris ceteris Aeonibus aetate posterior generatio, ac secundi Christi, quem et Salvatorem nominant, ex col-

Christum et Sermonem, de patritis, et Omnia iam, ut ex omnium cett. *Libri omnes habent* καὶ κατὰ πάντα. *Praepositionem* κατὰ *Billius, Massuetus, Petavius aliique plane delendam esse statuerunt.*

11. *Ita restitui ex vet. Irenaei Interprete et ex Theodoreto, sensu postulante, cum Billio, Frontone Ducaeo, Massueto, aliisque. Nam vulgo extat* αὐτῶν.

12. τῶν *cod. Ven.*

Cap. XV. — 1. κατὰ μικρὸν *coni. Billius et Petav.*

2. *Vulgo extat* Στύλου. *Cf. supra cap.* 13.

3. *Ita restituendum erat ex antiqua Irenaei versione. Vulgo extat* ἑξάγωνος. *Cf. Massueti adnotatum ad Iren. p.* 13.

4. αἰωνίων *cod. Ven.*

τῆρα λέγουσιν ἐξ ἐράνου σύνθετος κατασκευή. Ταῦτα δὲ φανερῶς μὲν μὴ εἰρῆσθαι, διὰ τὸ μὴ πάντας χωρεῖν τὴν [5] γνῶσιν, μυστηριωδῶς δὲ ὑπὸ τοῦ [6] Σωτῆρος διὰ παραβολῶν μεμηνύσθαι τοῖς συνιεῖν δυναμένοις οὕτως. Τοὺς μὲν γὰρ τριάκοντα Αἰῶνας μεμηνύσθαι διὰ τῶν τριάκοντα ἐτῶν, ὡς προέφαμεν, ἐν οἷς οὐδὲν ἐν φανερῷ φάσκουσι πεποιηκέναι τὸν Σωτῆρα, καὶ διὰ τῆς παραβολῆς τῶν ἐργατῶν τοῦ ἀμπελῶ-
pag. 180. νος. Καὶ τὸν Παῦλον φανερώτατα λέγουσι τούςδε Αἰῶνας ὀνομάζειν πολλάκις, ἔτι δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τετηρηκέναι οὕτως [7] εἰπόντα, Εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων τοῦ αἰῶνος· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας λέγοντας, Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἐκείνους τοὺς Αἰῶνας σημαίνειν, καὶ ὅπου ἂν αἰὼν ἢ αἰῶνες ὀνομάζονται, τὴν ἀναφορὰν εἰς ἐκείνους εἶναι θέλουσι· τὴν δὲ τῆς δωδεκάδος τῶν Αἰώνων προβολὴν μηνύεσθαι, διὰ τοῦ δωδεκαετῆ ὄντα τὸν κύριον διαλεχθῆναι τοῖς νομοδιδασκάλοις, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς· δώδεκα γὰρ ἀπόστολοι. Καὶ τοὺς λοιποὺς δεκαοκτὼ Αἰῶνας φανεροῦσθαι, διὰ τοῦ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν δεκαοκτὼ μησὶ λέγειν διατετριφέναι αὐτὸν σὺν τοῖς μαθηταῖς. Ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν προηγουμένων τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ δύο γραμμάτων, τοῦ τε Ἰῶτα καὶ τοῦ Ἦτα, τοὺς δεκαοκτὼ Αἰῶνας [8] εὐσήμως μηνύεσθαι· καὶ τοὺς δέκα Αἰῶνας [9] ὡςαύτως διὰ τοῦ Ἰῶτα γράμματος, ὃ προηγεῖται τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, [10] σημαίνεσθαι λέγουσι. Καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Σωτῆρα, Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ, ἕως ἂν πάντα γένηται. Τὸ δὲ περὶ τὸν δωδέκατον Αἰῶνα γεγονὸς πάθος [11] ὑποσημαίνεσθαι λέγουσι [12] τῆς ἀποστασίας, διὰ Ἰούδα, [13] ὃς δωδέκατος ἦν τῶν ἀποστόλων, γενομένης προδοσίας· [14] δείκνυσθαι λέγουσι καὶ ὅτι τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ ἔπαθεν. Ἐνιαυτῷ γὰρ ἑνὶ βούλονται αὐτὸν μετὰ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ κεκηρυχέναι. Ἔτι τε ἐπὶ τῆς αἱμορροούσης σαφέστατα τοῦτο δηλοῦσθαι. Δώδεκα γὰρ ἔτη παθοῦσαν αὐτὴν ὑπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας τεθεραπεῦσθαι, ἁψαμένην τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Σωτῆρα, Τίς μου ἥψατο; διδάσκοντα τοὺς μαθητὰς τὸ γεγονὸς ἐν τοῖς Αἰῶσι μυστήριον, καὶ τὴν ἴασιν τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος. Ἡ γὰρ παθοῦσα δώδεκα ἔτη ἐκείνη ἡ δύναμις, ἐκτεινομένης αὐτῆς καὶ εἰς ἄπειρον ῥεούσης τῆς οὐσίας, ὡς λέγουσιν· εἰ μὴ ἔψαυσε τοῦ [15] φορήματος αὐτοῦ, τουτέστι τῆς Ἀληθείας τῆς πρώτης Τετράδος, ἥτις διὰ τοῦ κρασπέδου

5. γνῶσιν αὐτῶν *auget cod. Ven.*
6. πατρὸς *cod. Ven.*
7. εἶπεν τὰ *cod. Ven.*
8. ἐν σήμῳ *cod. Paris.*
9. ὡσαύτως διὰ *habent omnes libri praeter Venetum cod., in quo* ὡσαύτως *non comparet. Sed etiam vet. Interpr. reddidit* Et decem autem Aeonas similiter per literam *cett.*
10. σημαίνεσθαι λέγουσι *emend. Petav., Massuetus, aliique. Et Vet. Irenaei Interpres enim habet* significari dicunt. *Vulgo extat* σημαίνουσι λέγεσθαι.
11. *Ita correxit Petav. cod. Vatic. scripturam secutus. Reliqui libri habent* ὑπε-

lecta stipe molitio. Quae omnia, pro eo quod non omnes ad eam cognitionem idonei forent, non aperte significata, sed obscure duntaxat ac per aenigmata iis qui intelligere possent a Salvatore adumbrata praedicant, ad eum videlicet modum. Primum triginta illos Aeones totidem, ut diximus, annorum indicari numero, quibus nihil palam gestum a Salvatore dicunt, in vinitorum parabola demonstratum. Matth. 20. Deinde Paulum apertissime eosdem illos Aeones, ac persaepe, nominasse, atque his etiam verbis eorum ordinem servasse: *In omnes generationes seculorum seculi.* Eph. 3, 21. Praeterea cum in gratiarum actione nos ita dicimus, *In secula seculorum*, nullos alios Aeones significare, omninoque quoties Aeon Aeonesve commemorantur, suos ad illos referri censent oportere. Illam vero Dodecadis Aeonum propagationem duodenario annorum indicari numero, quot annos cum natus esset dominus cum legis doctoribus disputabat. Luc. 2. Quibus et apostolorum delectum adiiciunt; siquidem illi duodecim extiterunt. Matth. 10 Reliquos porro Aeones duodeviginti in eo repraesentari, quod ab resurrectione sua totidem, ut afferunt, menses cum discipulis commoratus est. Imo et prioribus duabus illius nominis literis, ι et η, manifeste octodecim Aeones exprimi. Nam illam Aeonum Decadem primo nominis elemento adumbrari putant; ideoque a salvatore dictum: *Iota unum, aut unus apex non praeteribit, donec omnia fiant.* Matth. 5, 18. Iam vero duodecimi Aeonis calamitatem proditione Iudae, qui apostolorum duodecimus fuit, commode declarari; Matth. 26. velut etiam in eo quod duodecimo mense passus est. Uno enim duntaxat, postquam baptizatus est, anno divini verbi praedicatione functum esse statuunt. Sed perspicue cumprimis illud in ea muliere demonstratum quae sanguinis profluvio laborabat. Quae cum duodecim iam annos eo morbo conflictaretur, Matth. 9. salvatoris adventu, ubi fimbriam eius attigit, salutem recuperavit. Quam ob caussam salvator dixerit, *Quis me tetigit?* ut discipulos mysterium illud quod in Aeonibus contigerat atque illam affecti Aeonis curationem doceret. Etenim mulier quae annis duodecim aegrotavit, Virtus illa propterea est, quod extenta atque in infinitum dissipata substantia foret, nisi gestamen illius attigisset, hoc est Veritatem, quae in prima Tetrade numeratur, et per fimbriam

ρημαίνεσθαι, *etiam codd. Ven. et Reg. Paris.*

12. *Ita cod. Ven. Vulgo extat* τῆς ἀποστασίας διὰ Ἰούδαν. *Pelav. volebat* διὰ τῆς ἀποστασίας τοῦ Ἰούδα.

13. ὡς *cod. Ven.*

14. *Vulgo distinctum est* προδοσίας δείκνυσθαι λέγουσι. Καὶ *cett., quod mutandum erat, ne aut* δείκνυσθαι λέγουσι, *aut illud* ὑποσημαίνεσθαι λέγουσι *abundaret. Aliter placuit Massueto, cuius adnotatum v. pag. 16. edit. Irenaei.*

15. φρονήματος *cod. Ven. — Latin. Irenaei Interpres vertit* Et nisi tetigisset vestimentum, hoc est illius Filii, Veritatis primae Tetradis *cett. Cf. Massueti adnot.*

μεμήνυται, ἀνελύθη ἂν [16] εἰς τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ἀλλὰ ἔστη καὶ ἐπαύσατο τοῦ πάθους. Ἡ γὰρ ἐξελθοῦσα δύναμις τούτου (εἶναι δὲ [17] ταύτην τὸν Ὅρον θέλουσιν) ἐθεράπευσεν αὐτὴν, καὶ τὸ πάθος ἐχώρησεν ἀπ' αὐτῆς. [18] Τὸ δὲ Σωτῆρα τὸν ἐκ πάντων ὄντα τὸ Πᾶν εἶναι διὰ
pag. 181. τοῦ λόγου τοῦ, Πᾶν ἄρρεν διανοῖγον μήτραν, δηλοῦσθαι λέγουσιν· ὃς τὸ Πᾶν [19] ὢν διήνοιξε τὴν μήτραν τῆς Ἐνθυμήσεως, τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος καὶ ἐξορισθείσης ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος, ἣν δὴ καὶ δευτέραν Ὀγδοάδα καλοῦσι, περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. Καὶ ὑπὸ τοῦ Παύλου δὲ φανερῶς διὰ τοῦτο εἰρῆσθαι λέγουσι, Καὶ αὐτός ἐστι τὰ πάντα· καὶ πάλιν, Πάντα εἰς αὐτὸν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα· καὶ πάλιν, Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος· καὶ τὸ, Ἀνακεφαλαιώσασθαι δὲ τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ θεοῦ, ἑρμηνεύουσιν εἰρῆσθαι, καὶ εἴ τινα ἄλλα τοιαῦτα.

Κεφ. ιϛ΄. Ἔπειτα περὶ τοῦ Ὅρου αὐτῶν, ὃν δὴ καὶ πλείοσιν ὀνόμασι καλοῦσι, δύο ἐνεργείας ἔχειν αὐτὸν ἀποφαινόμενοι, τὴν ἑδραστικὴν καὶ τὴν μεριστικὴν, καὶ [1] καθὰ μὲν ἑδράζει καὶ στηρίζει, Σταυρὸν εἶναι, [2] καθὸ δὲ μερίζει καὶ διορίζει, Ὅρον. Τὸν μὲν [3] Σταυρὸν οὕτως λέγουσι μεμηνυκέναι τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ· καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἑδραστικὴν ἐν τῷ εἰπεῖν, Ὃς οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, μαθητὴς [4] ἐμὸς οὐ δύναται [5] γενέσθαι· καὶ, Ἄρας τὸν σταυρὸν [6] αὐτοῦ ἀκολούθει μοι· τὴν δὲ διοριστικὴν αὐτοῦ ἐν τῷ εἰπεῖν, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. Καὶ τὸν Ἰωάννην δὲ λέγουσιν αὐτὸ τοῦτο μεμηνυκέναι, εἰπόντα, Τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, [7] καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν [8] ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ, καὶ διὰ τούτου τὴν ἐνέργειαν τοῦ Ὅρου μεμηνυκέναι. Πτύον γὰρ [9] ἐκεῖνον τὸν Σταυρὸν ἑρμηνεύουσιν εἶναι, ὃν δὴ καὶ ἀναλίσκειν τὰ ὑλικὰ πάντα, ὡς ἄχυρα πῦρ, καθαίρειν δὲ τοὺς σωζομένους, ὡς τὸ πτύον τὸν σῖτον. Παῦλον δὲ τὸν ἀπόστολον καὶ αὐτὸν [10] ἐπιμιμνήσκεσθαι τούτου τοῦ Σταυροῦ λέγουσιν οὕτως· Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ Σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις [11] ἡμῖν δύναμις θεοῦ. Καὶ πάλιν, Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἐν μηδενὶ καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ [12] Ἰησοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. Τοιαῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ Πληρώματος αὐτῶν καὶ τοῦ πλάσματος πάντες λέγουσιν, [13] ἐφαρμόζειν

16. πρὸς *cod. Ven.*
17. *Ita cod. Ven. Vulgo* ταύτης. — *Vet. Irenaei Interpr. habet* per egressam virtutem filii.
18. τὸν δὲ *codd. Venet. Paris.*
19. ὢν *non habet cod. Ven.*
Cap. XVI. — 1. καθ' ἃ *cod. Ven.* καθὸ *cod. Paris.*
2. καθὸ *cod. Vatic. et ed. Petav.* καθ' ὃ *cod. Ven.* καὶ καθὸ *cod. Rhedig. et ed. princ.*
3. *Ita libri omnes. Petavius, Massuetus aliique ex vet. Irenaei Interprete reponi iubent* Σωτῆρα.
4. ἐμὸς *om. cod. Ven.*
5. εἶναι *cod. Ven.*
6. *Ita rescripsit Massuetus. Vulgo extat* αὐτοῦ ἀκολουθεῖ μοι.

ostenditur. Sed substitit nimirum, atque ab eo morbo convaluit. Quippe virtus a filio progressa, quem Horon interpretantur, medicinam attulit et ab omni incommodo liberavit. Quod autem salvator ipse, qui ab omnibus ortum accepit, natura omnium constet, colligi ex his verbis existimant: *Omne masculinum adaperiens vulvam.* Hic Luc. 2, 23. Exod. 13, 2.
enim omnia pariter existens Enthymeseos, hoc est Cogitationis, matricem aperuit, affecti scilicet Aeonis, et a Pleromate proscripti, quam et secundam Ogdoadem vocant, de qua paulo post agemus. Quo et Paulum ipsum manifeste respexisse, cum dixit, *Et ipse est* Coloss. 3, 11.
omnia, rursumque, *Omnia in ipsum, et ex ipso omnia:* atque iterum: Rom. 11, 36.
In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis. Imo illud, *Instaurare omnia* Coloss. 2, 9. Eph. 1, 10.
in Christo per deum, ab ea mente dictum accipiunt, ac si qua sunt huius generis alia.

Quod vero ad Horum pertinet, quem pluribus nominibus appel- Cap. XVI.
lant, cuique duo officiorum genera tribuunt, sustentandi videlicet atque partiendi, ita ut, quatenus fulcit ac sustinet, Crux, quatenus partitur ac dividit, Horus, hoc est Terminus, nominetur, huius ergo functiones hoc modo a Salvatore significari praedicant. Nam illam stabiliendi fulciendique vim Crucis imagine demonstrari, cum dicitur: *Qui non baiulat crucem suam et sequitur me, discipulus esse* Luc. 14, 27.
meus non potest, et: *Tollens crucem suam sequitur me:* alteram, qua Marc. 10, 21.
discernit ac dividit, his verbis: *Non veni mittere pacem, sed gladium.* Matth. 10, 34.
Quod ipsum a Ioanne declaratum cum diceret, *Ventilabrum in manu* Luc. 3, 17.
eius, et purgabit aream, et congregabit triticum in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili. Quibus proprium Hori munus exprimitur. Nam ventilabrum illud esse Crucem interpretantur, quae crassa omnia et cum materia concreta, velut stipulas flamma, consumit, eos vero qui salutem adipiscuntur, uti vannus frumenta, perpurgat. Ad haec Paulum quoque de ea Cruce mentionem fecisse illo loco narrant: *Nam crucis praedicatio pereuntibus quidem stultitia* 1. Cor. 1, 18.
est, iis autem qui salvantur, ut nobis, virtus dei. Ac rursum: *Mi-* Galat. 6, 14.
hi vero absit gloriari nisi in cruce Iesu, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Eiusmodi sunt quae de Pleromate suo ac commentitia fabula communiter ab omnibus traduntur; quibus pessi-

7. *καὶ non habet cod. Ven.*
8. *ἀποθήκας cod. Ven.*
9. *ἐκεῖνο cum vet. Irenaei Interprete reponendum esse visum est Massueto, aliisque.*
10. *Ita restituit Petav. de auctoritate cod. Vatic. Ed. princ. enim (quemadmodum etiam cod. Ven.) habet ἐπιμνήσκεσθαι.*
11. *ἡμῖν om. cod. Ven. Nec agnoscit vet. Irenaei Interpres.*
12. *Χριστοῦ cod. Paris.*
13. *Ita cod. Ven. Vulgo ἐφορμίζειν. — Pro πάντες vet. Irenaei Interpretis auctoritate πάντων rescribere nos iubent Grabius et Massuetus.*

βιαζόμενοι τὰ καλῶς εἰρημένα τοῖς κακῶς ἐπινενοημένοις ὑπ' αὐτῶν.
pag. 182. Καὶ οὐ μόνον ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν πειρῶνται τὰς
ἀποδείξεις ποιεῖσθαι, παρατρέποντες τὰς ἑρμηνείας καὶ ῥαδιουργοῦν-
τες τὰς ἐξηγήσεις, ἀλλὰ καὶ ἐκ νόμου καὶ προφητῶν, ἅτε πολλῶν παρα-
βολῶν καὶ ἀλληγοριῶν εἰρημένων, [14] καὶ εἰς πολλὰ ἕλκειν δυναμένων
[15] διὰ τὸ ἀμφίβολον τῆς ἐξηγήσεως· ἕτεροι δὲ δεινῶς τῷ πλάσματι
αὐτῶν καὶ δολίως [16] ἐφαρμόζοντες αἰχμαλωτίζουσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας
τοὺς μὴ ἑδραίαν τὴν πίστιν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα καὶ εἰς
ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν [17] υἱὸν τοῦ θεοῦ διαφυλάσσοντας.

Κεφ. ιζ'. Τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος λεγόμενα ὑπ' αὐτῶν ἐστι τοιαῦτα·
τὴν Ἐνθύμησιν τῆς ἄνω Σοφίας, ἣν καὶ Ἀχαμὼθ καλοῦσιν, ἀφορι-
σθεῖσαν τοῦ Πληρώματος σὺν τῷ πάθει λέγουσιν ἐν [1] σκιαῖς καὶ [2] κε-
νώματος τόποις ἐκβεβράσθαι κατὰ ἀνάγκην. Ἔξω γὰρ φωτὸς ἐγένετο
καὶ Πληρώματος ἄμορφος καὶ ἀνείδεος, ὥσπερ ἔκτρωμα, διὰ τὸ μηδὲν
κατειληφέναι. Οἰκτείραντά τε αὐτὴν [3] τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ τοῦ Σταυ-
ροῦ [4] ἐπεκταθέντα τῇ ἰδίᾳ δυνάμει μορφῶσαι μόρφωσιν τὴν κατ' οὐσίαν
μόνον, ἀλλ' οὐ τὴν κατὰ γνῶσιν, καὶ πράξαντα τοῦτο ἀναδραμεῖν συ-
στείλαντα αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ [5] καταλιπεῖν, ὅπως αἰσθομένη τοῦ
περὶ αὐτὴν πάθους διὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ Πληρώματος ὀρεχθῇ τῶν
διαφερόντων, ἔχουσά τινα ὀδμὴν ἀφθαρσίας ἐγκαταλειφθεῖσαν [6] αὐτῇ,
[7] τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὸ καὶ αὐτὴν τοῖς ἀμφο-
τέροις ὀνόμασι καλεῖσθαι, Σοφίαν τε πατρωνυμικῶς (ὁ γὰρ πατὴρ
αὐτῆς Σοφία κληΐζεται) καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν Χριστὸν
Πνεύματος. Μορφωθεῖσάν τε αὐτὴν καὶ ἔμφρονα γενηθεῖσαν, παραυ-
τίκα δὲ κενωθεῖσαν τοῦ [8] ἀοράτως αὐτῇ συνόντος Λόγου, τουτέστι
τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ ζήτησιν ὁρμῆσαι τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς, καὶ
μὴ δυνηθῆναι καταλαβεῖν αὐτὸ, διὰ τὸ κωλυθῆναι ὑπὸ τοῦ Ὅρου, καὶ
ἐνταῦθα τὸν Ὅρον κωλύοντα αὐτὴν τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς εἰπεῖν
Ἰαὼ, ὅθεν τὸ Ἰαὼ ὄνομα γεγενῆσθαι φάσκουσι· μὴ δυνηθεῖσαν δὲ διο-
pag. 183. δεῦσαι τὸν Ὅρον, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῷ πάθει, καὶ [9] μόνην ἀπο-
λειφθεῖσαν ἔξω παντὶ μέρει τοῦ πάθους ὑποπεσεῖν [10] πολυμεροῦς καὶ
πολυποικίλου ὑπάρχοντος, καὶ παθεῖν λύπην μὲν, ὅτι οὐ κατέλαβε,

14. *Cod. Parisinum secutus Massuetus hoc* καὶ *delevit. Et pro* ἕλκειν δυναμένων *maluit* ἕλκεσθαι δυνάμενον; *quod nemini probatum iri arbitror.*

15. *Ita correxi mei ingenii periculo, cum ubique extare viderem* τὸ ἀμφίβολον διὰ τῆς ἐξηγήσεως.

16. *Intell.* τὸν ἀμφίβολον.

17. τὸν υἱὸν *cod. Paris.*

Cap. XVII. — 1. σκιᾶς *iuxta vet. Interpretem reponit Grabe.*

2. *Ita scribendum erat cum Grabio aliisque de auctoritate vet. Interpretis, et Theodoreti Haer. Fab. I, 17. atque Tertulliani adv. Valent. cap. 14. Cf. etiam infra hoc cap. Libri vulgo habent* σκηνώματος.

3. τὸν ἄνω Χριστὸν *de auctor. vet. Interpretis reponere nos iubent Billius, Massuetus, aliique.*

me a se excogitatis praeclare ab aliis dicta violenter accommodant. Neque ex evangelicis solum apostolicisque scriptis, quorum interpretationes detorquent ac sensus adulterant, rationes et argumenta conquirunt, verum etiam ex lege ac prophetis arcessunt, utpote quorum libri parabolis et allegoriis referti sunt, quarum anceps ambiguaque sententia ad diversa potest explicando derivari. Cum interim alii iisdem illis callide ac veteratorie ad nugarum suarum patrocinium abutantur, eosque qui in deum patrem omnipotentem et unum dominum Iesum Christum filium dei stabilem firmamque fidem non custodiunt, a veritate velut captivos avertant.

Iam quae extra Pleroma sunt ab illis hoc modo constituuntur. Cap. XVII. Enthymesin, hoc est Cogitationem, coelestis illius Sapientiae ferunt quam et Achamoth nuncupant, a Pleromate cum perturbatione segregatam in umbrosa et inania loca violenter eiectam fuisse. Siquidem extra lumen ac Pleroma, velut abortus quidam, informis atque impolita constiterat, quod nihil omnino percipere potuisset. Huius misericordia permotum Christum, ac per Crucem suamet virtute porrectum, eam natura tenus non itidem cognitione figurasse, eaque re perfecta ac virtute sua contracta statim evolasse, cum ita eam reliquisset, ut calamitatis suae sensum capiens, quod a Pleromate esset extorris, praestantiorum cupiditate teneretur, cum iam odore quodam esset immortalitatis afflata, quem in ea Christus ac Spiritus sanctus reliquerant. Ob id utrisque appellari nominibus. Nam et Sapientiam paterna appellatione dici, quod eius Parens Sapientia vocetur, et Spiritum sanctum, ab eo qui cum Christo coniunctus est Spiritu. A quibus effecta intelligentiaque decorata, sed eo subinde, quod in illa nec aspectabile inerat, Verbo, hoc est Christo, spoliata, ad luminis illius quod evanuerat inquisitionem omnem impetum contulisse, sed ab Horo prohibitam nihil consequi potuisse. Quo tempore contigisse ut, cum illam, ne ultra contenderet, Horus coërcere vellet, Iao vocabulum proferret; ex quo vocis originem profectam. Cum igitur perrumpere Horum nequisset, ideo quod perturbatione implicata detineretur, ac sola extra remansisset, perturbationis huius, quae multiplex erat ac varia, partibus omnibus succubuisse, affectamque dolore primum, quod nihil assecuta sit,

4. *ἐπικτανθέντα cod. Ven.*
5. *καταλιπεῖν αὐτὴν, ὅπως voluerunt rescribi ex vet. Interpr. Non opus est.*
6. *Ita cod. Ven. Vulgo αὐτὴν.*
7. *Correxerunt ὑπὸ τοῦ Χρ. ex vet. Interpr. Retineo vulgatam scripturam, quam quidem libri tuentur mei omnes, ut sint illi genitivi per epexegesin trahenda ad ea quae praecesserant verba ὀδμὴν ἀφθαρσίας.*
8. *Ita cod. Ven., conspirans cum Vet. Interpr. Vulgo ἀοράτου.*
9. *μόνον cod. Ven.*
10. *καὶ πολυμεροῦς cod. Ven.*

φόβον δὲ, μὴ καθάπερ [11] αὐτὴν τὸ φῶς, οὕτω καὶ τὸ ζῆν [12] ἐπιλίπῃ, ἀπορίαν τε ἐπὶ τούτοις, [13] ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τὰ πάντα, καὶ οὐ καθάπερ ἡ μήτηρ αὐτῆς [14] ἡ πρώτη Σοφία καὶ Αἰὼν ἑτεροίωσιν ἐν τοῖς πάθεσιν εἶχεν, ἀλλὰ ἐναντιότητα. Ἐπισυμβεβηκέναι δ' αὐτῇ καὶ ἑτέραν διάθεσιν τὴν τῆς ἐπιστροφῆς ἐπὶ τὸν ζωοποιήσαντα ταύτην [15] σύστασιν, [16] καὶ οὐσίαν τῆς ὕλης γεγενῆσθαι λέγουσιν, ἐξ ἧς [17] ὅδε ὁ κόσμος συνέστηκεν. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν τοῦ Κόσμου καὶ τοῦ Δημιουργοῦ πᾶσαν ψυχὴν τὴν γένεσιν εἰληφέναι, ἐκ δὲ τοῦ φόβου καὶ τῆς λύπης τὰ λοιπὰ τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι. Ἀπὸ γὰρ τῶν δακρύων αὐτῆς γεγονέναι πᾶσαν ἔνυγρον οὐσίαν, ἀπὸ δὲ τοῦ γέλωτος τὴν φωτεινὴν, ἀπὸ δὲ τῆς λύπης καὶ τῆς ἐκπλήξεως τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα. Ποτὲ μὲν γὰρ ἔκλαιε καὶ ἐλυπεῖτο, ὥς λέγουσι, διὰ τὸ καταλελεῖφθαι μόνην ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ κενώματι, ποτὲ δὲ εἰς ἔννοιαν ἥκουσα τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς διεχεῖτο καὶ ἐγέλα, ποτὲ δ' αὖ πάλιν ἐφοβεῖτο, ἄλλοτε δὲ διηπόρει καὶ ἐξίστατο.

Κεφ. ιη'. Καὶ τί γάρ; τραγῳδία πολλὴ [1] λοιπὸν ἦν ἐνθάδε, καὶ φαντασία ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν, ἄλλως καὶ ἄλλως σοβαρῶς ἐκδιηγουμένου ἐκ ποταποῦ πάθους, ἐκ ποίου στοιχείου ἡ οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν, ἃ καὶ [2] εἰκότως δοκοῦσί μοι μὴ ἅπαντας θέλειν ἐν φανερῷ διδάσκειν, ἀλλ' ἢ μόνους ἐκείνους τοὺς καὶ μεγάλους μισθοὺς ὑπὲρ τηλικούτων μυστηρίων τελεῖν δυναμένους. Οὐκέτι γὰρ ταῦτα ὅμοια ἐκείνοις περὶ ὧν ὁ κύριος ἡμῶν εἴρηκε, Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε, ἀλλὰ ἀνακεχωρηκότα καὶ τερατώδη καὶ βαθέα μυστήρια, μετὰ πολλοῦ καμάτου περιγινόμενα τοῖς φιλοψευδέσι. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκδαπανήσειε πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἵνα μάθῃ ὅτι ἀπὸ τῶν δακρύων τῆς Ἐνθυμήσεως, τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος, θάλασσαι καὶ [3] πηγαὶ καὶ ποταμοὶ καὶ πᾶσα ἔνυδρος οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν, ἐκ δὲ τοῦ γέλωτος αὐτῆς τὸ φῶς, καὶ ἐκ τῆς ἐκπλήξεως καὶ [4] τῆς ἀμηχανίας τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου
pag. 184. στοιχεῖα; Βούλομαι δὲ καὶ αὐτὸς συνεισενεγκεῖν τι τῇ καρποφορίᾳ αὐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁρῶ τὰ μὲν γλυκέα ὕδατα ὄντα, οἷον πηγὰς καὶ ποταμοὺς καὶ ὄμβρους καὶ τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ [5] ἐν ταῖς θαλάσσαις ἁλμυρὰ, ἐπινοῶ μὴ πάντα ἀπὸ τῶν δακρύων αὐτῆς προβεβλῆσθαι, διότι τὸ δάκρυον ἁλμυρὸν τῇ ποιότητι ὑπάρχει. Φανερὸν οὖν ὅτι τὰ ἁλμυρὰ ὕδατα ταῦτά ἐστι τὰ ἀπὸ τῶν δακρύων. Εἰκὸς δὲ αὐτὴν ἐν ἀγωνίᾳ

11. αὐτὴν *codd. Vat. Ven. et ed. Petav.* αὐτὴ *ed. princ.*
12. ἐπιλείπῃ *cod. Ven.*
13. ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τὰ πάντα *intell.* παθεῖν. *Ceterum cf. ad h. l. interpr. ad Irenaeum 1, 7.*
14. ἡ σοφία αἰὼν *habet cod. Ven.*
15. *Post* σύστασιν, *non post* ζωοποιήσαντα *distinguendum fuisse, id quod fecerunt Petavius, Grabius, Massuetus aliique, docet vel ipse Vet. Interpr. qui vertit* ad eum qui huic coagmentationi vitam impertiverat. *In cod. Ven. scriptum*

tum metu, ne ut ipsam lumen, ita vita deficeret, deinde consilii inopia, ac demum ignorantiae penitus immersam. Neque enim, ut eius Mater prima illa ex Aeonum collegio Sapientia, alternorum duntaxat diversitate motuum, sed contrariorum dissidio laborasse. Quin et novam insuper eidem affectionem contigisse, conversionis ad eum scilicet qui sibi vitam impertierat. Hanc vero materiae molem ac substantiam esse, ex qua mundus iste coaluit. Etenim ex ipsa conversione Mundi et Conditoris adeoque aliam omnem animam esse genitam, cetera ex metu ac dolore initium accepisse. Nam e lacrymis humidum omne, e risu lucidum, e dolore ac stupore corporea mundi elementa manasse. Accidisse nimirum, ut collacrymaret interdum ac doleret, quod se solam in tenebris et inanitate relictam animadverteret. Nonnunquam vero mox ut illius luminis, quod sese reliquerat, veniret in memoriam, risu se ac voluptate perfudisse, interdumque rursus ad metum rediisse, alias anxiam consiliique inopem et attonitam fuisse.

Quid tum inde? Maximas deinceps illi tragoedias faciunt, ac pro suo quisque capite aliter atque aliter summa cum arrogantia disputat, quanam ex perturbatione aut ex quonam elemento natura profluxerit. Quorum mihi merito videntur non palam omnibus disciplinam velle committere, sed iis solum qui luculentam mercedem pro tantis mysteriis repraesentare possint. Neque enim ista eorum similia sunt, de quibus a domino dictum est, *Gratis accepistis, gratis date;* sed ab omni remota sensu ac prodigiosa profundaque arcana illa sunt, quae a falsitatis amatoribus magno labore comparantur. Quis enim non omnia bona sua libenter in illud impendat, ut discat quemadmodum ex Enthymeseos lacrymis, affecti, inquam, illius Aeonis, maria, fontes ac flumina humorque omnis effluxerit, similiterque et ex risu lumen, et ex stupore ac mentis inopia corporea mundi elementa profecta sint? Volo equidem nonnihil illorum inventis pro virili conferre. Quoniam enim aquarum dulces alias video, utpote fontes et flumina, pluvias, et id genus reliquas, alias, velut marinas, salsas, suspicor non ex eius lacrymis omnes erupisse, quod natura salsae sint lacrymae, proindeque salsas duntaxat aquas ex eius lacrymis enatas esse. Cum interim consentaneum sit, eandem

Cap. XVIII.

Matth. 10, 8.

est ζωοποιήσαντα ταύτην σύνταξιν, ἐξ ἧς ἤδη ὁ κόσμος *cett.*

16. *Verte* atque ita materiae ortam substantiam esse, ex qua *cett.*

17. ἤδη *cod. Ven.*

Cap. XVIII. — 1. λοιπὸν *non habet cod. Ven.*

2. οὐκ ἀπεικότως *cod. Ven.*

3. πηγαὶ καὶ *non extat in edit. princ. Primum adiecit Petav. de cod. Vatic.*

4. τῆς *om. cod. Ven.*

5. ἐν *codd. Vatic. Venet.* ἐπὶ *reliqui libri.*

πολλῇ καὶ ἀμηχανίᾳ γεγονυῖαν καὶ ἱδρωκέναι. Ἐντεῦθεν δὴ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν αὐτῶν ὑπολαμβάνειν δεῖ πηγὰς καὶ ποταμοὺς, καὶ εἴ τινα ἄλλα γλυκέα ὕδατα ὑπάρχει, τὴν γένεσιν μὴ ἐσχηκέναι ἀπὸ τῶν [6] δακρύων αὐτῆς. Ἀπίθανον γὰρ, μιᾶς ποιότητος οὔσης τῶν δακρύων, τὰ μὲν ἁλμυρὰ, τὰ δὲ γλυκέα ὕδατα [7] ἐξ αὐτῶν προελθεῖν· τοῦτο δὲ πιθανώτερον, τὰ μὲν εἶναι ἀπὸ τῶν δακρύων, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἱδρώτων. [8] Ἐπεὶ δὲ καὶ θερμὰ καὶ δριμέα [9] τινὰ ὕδατά ἐστιν ἐν τῷ κόσμῳ, νοεῖν ὀφείλεις, τί ποιήσασα καὶ ἐκ ποίου μορίου προήκατο ταῦτα. Ἁρμόζουσι γὰρ τοιοῦτοι καρποὶ τῇ ὑποθέσει αὐτῶν.

Κεφ. ιθ'. Διοδεύσασαν οὖν πᾶν πάθος τὴν Μητέρα αὐτῶν, καὶ μόγις ὑπερκύψασαν, ἐπὶ ἱκεσίαν τραπῆναι τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ, λέγουσιν· ὃς ἀνελθὼν [1] μὲν εἰς τὸ Πλήρωμα, αὐτὸς μὲν εἰκὸς ὅτι ὤκνησεν ἐκ δευτέρου κατελθεῖν, τὸν Παράκλητον δὲ [2] ἐξέπεμψεν [3] αὐτῇ, τουτέστι τὸν Σωτῆρα, ἐνδόντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ Πατρὸς, καὶ πᾶν ὑπ᾽ ἐξουσίαν παραδόντος, καὶ τῶν Αἰώνων δὲ [4] ὁμοίως, ὅπως ἐν αὐτῷ τὰ πάντα κτισθῇ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, θρόνοι, θεότητες, κυριότητες. Ἐκπέμπεται δὲ πρὸς αὐτὴν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ τῶν Ἀγγέλων. Τὴν δὲ Ἀχαμὼθ ἐντραπεῖσαν αὐτὸν λέγουσι, πρῶτον μὲν κάλυμμα ἐπιθέσθαι δι᾽ αἰδῶ, μετέπειτα δὲ ἰδοῦσαν αὐτὸν σὺν ὅλῃ τῇ καρποφορίᾳ αὐτοῦ, προσδραμεῖν αὐτῷ, δύναμιν λαβοῦσαν ἐκ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, κἀκεῖνον μορφῶσαι αὐτὴν μόρφωσιν τὴν κατὰ γνῶσιν, καὶ ἴασιν τῶν παθῶν ποιήσασθαι αὐτῆς, [5] χωρίσαντα αὐτὰ αὐτῆς, μὴ ἀμελήσαντα δὲ αὐτῶν (οὐ γὰρ ἦν δυνατὰ ἀφανισθῆναι ὡς τὰ τῆς προτέρας, διὰ τὸ ἑκτικὰ ἤδη καὶ δυνατὰ εἶναι),
pag. 165. ἀλλ᾽ ἀποκρίναντα [6] χωρίσει τοῦ συγχέαι καὶ πῆξαι καὶ ἐξ ἀσωμάτου πάθους εἰς ἀσώματον τὴν ὕλην μεταβαλεῖν αὐτά. Εἶθ᾽ οὕτως ἐπιτηδειότητα καὶ φύσιν [7] ἐμπεποιηκέναι αὐτοῖς, ὥστε εἰς συγκρίματα καὶ σώματα ἐλθεῖν πρὸς τὸ γενέσθαι δύο οὐσίας, τὴν φαύλην τῶν παθῶν, τήν τε τῆς ἐπιστροφῆς ἐμπαθῆ. Καὶ διὰ τοῦτο δυνάμει τὸν Σωτῆρα δεδημιουργηκέναι φάσκουσι, τήν τε Ἀχαμὼθ ἐκτὸς [8] πάθους γενομένην καὶ συλλαβοῦσαν τῇ χαρᾷ τῶν [9] ἐν αὐτῷ φώτων τὴν θεωρίαν, τουτέστι τῶν Ἀγγέλων τῶν μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐγκισσήσασαν αὐτοὺς κεκυηκέ-

6. δακρύων *quod om. ed. princ. et cod. Paris., Pelav. primum addidit ex aliquo vet. libro. Billius rescribendum censuit* ἱδρώτων *secundum Vet. Interpr.*
7. ἐξ αὐτῶν — — τὰ μὲν *om. cod. Ven.*
8. Ἐπεὶ δὲ *rescripsit Billius cum Vet. Interpr. Libri omnes habent* Ἐπειδή.
9. τινὰ *om. cod. Ven.*
Cap. XIX. — 1. μὲν *om. cod. Ven.*
2. ἐκπέμψειν *cod. Ven.*
3. *Ita correxit Billius. Libri habent* αὐτὴν.
4. *Ita coniec. iam olim Billius et Pelav., quam scripturam nunc firmat cod. Ven. Vulgo libri habent* δεόμενος.
5. *Ita cod. Ven.* χωρίσαντα δ᾽ αὐτῆς, χωρίσαντα δ᾽ αὐτὰ αὐτῆς, *quod in ed. princ. legitur, Pelav. mutavit in* χωρίσαν-

vehementi animi angore ac consilii inopia praeditam sudore manasse. Ex quo consequens est fontium ac fluminum liquores, ac si quid aliud est dulcioris aquae, minime ex eius lacrymis fluxisse. Est enim perabsurdum, cum una simplexque sit lacrymarum qualitas, salsum non minus humorem quam dulcem ad eandem originem referre, cum multo sit probabilius, quasdam e lacrymis aquas, e sudore alias excitatas. Et quoniam calidae quoque alicubi sunt, et acidae, videndum porro quid agens illa, quave ex parte, istiusmodi aquas profuderit. Tales enim quaestionum nugae, velut dignissimi fructus illorum inventis argumentisque congruunt.

Sed ut ad Matrem ipsam redeam, ferunt illam, cum iam omnia perturbationum genera percurrisset, aegre tandem emersam ad illud lumen, a quo destituta fuerat, exorandum sese convertisse, videlicet Christum. Is in Pleroma conscendens, ac descendere ipse denuo gravatus, vicarium sibi Paracletum submisit, quem et Salvatorem vocant, cum omnis in ipsum vis esset congesta, universaque eiusdem potestati tam a Patre quam ab Aeonibus commissa, ut per ipsum tam quae videri oculis possent quam quae aciem effugerent universa conderentur nimirum Throni, Divinitates, Dominationes. Accesserunt et Paracleto comites aequales illius Angeli. Ad cuius adventum Achamoth pudore perfusa capiti velum obduxit. Tum ubi illum cum omni suo proventu conspexit, ex huius praesentia confirmata ad eum accurrit. A quo elaborata et effecta cum formam cognitionis, tum animi morborum omnium remedia percepit. Quos quidem morbos ita ille secrevit, ut non penitus negligeret. Neque enim velut prioris illius deleri funditus poterant, quod usu confirmati corroboratique iam occalluissent. Ergo illos secretos confudit ac densavit et ab experte corporis affectione in corpoream materiam convertit. Deinde naturam indidit idoneamque fecit, ut conflari atque corporari posset naturasque duas efficeret, alteram affectionum malam, conversionis alteram, eamque perturbatione praeditam. Quam ob caussam Salvatori, si vim functionis illius consideres, conditoris partes attribuunt. Iam Achamoth ab omni perturbatione libera, cum luminum, quae cum ipso erant, hoc est comitum Angelorum, contemplationem cum ingenti gaudio concepisset, atque ad illorum con-

Cap. XIX.

Coloss. 1. 16.

τα δ' αὐτὰ αὐτῆς, *ut extat in cett. exemplis.*

6. *Ita rescripsi meo periculo. Libri habent* χωρήσει τοῦ συγχέαι. *Billius, Petavius aliique reponendum duxerunt* χωρὶς συγχέαι, *cum Vet. Interpr. habeat* sed segregantem separatim commiscuisse et coagulasse. τοῦ συγχέαι, *h. e. ad commiscendum.*

7. εἰςπεποιηκέναι *cod. Ven.*

8. τοῦ πάθους *cod. Ven.*

9. σὺν αὐτῷ *Billius, Massuetus aliique, secundum Vet. Interpr.*

ναι καρποὺς κατὰ τὴν εἰκόνα διδάσκουσι, κύημα πνευματικὸν καθ' ὁμοίωσιν [10] γεγονὸς τῶν δορυφόρων τοῦ Σωτῆρος.

Κεφ. κ'. Τριῶν οὖν ἤδη τούτων ὑποκειμένων κατ' αὐτοὺς, τοῦ μὲν ἐκ τοῦ πάθους, ὃ ἦν ὕλη, τοῦ δὲ ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς, ὃ ἦν τὸ ψυχικὸν, τοῦ δὲ ὃ ἀπεκύησε, τουτέστι τὸ πνευματικὸν, οὕτως ἐτράπη ἐπὶ τὴν μόρφωσιν αὐτῶν. Ἀλλὰ τὸ μὲν πνευματικὸν μὴ δεδυνῆσθαι [1] αὐτὴν μορφῶσαι, ἐπειδὴ [2] ὁμοούσιον ὑπῆρχεν αὐτῇ, τετράφθαι δὲ ἐπὶ τὴν μόρφωσιν τῆς γενομένης ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτῆς ψυχικῆς οὐσίας, προβαλεῖν τε τὰ παρὰ τοῦ Σωτῆρος μαθήματα. Καὶ πρῶτον μεμορφωκέναι αὐτὴν ἐκ τῆς ψυχικῆς οὐσίας λέγουσι τὸν Πατέρα καὶ βασιλέα πάντων, τῶν τε ὁμοουσίων αὐτῷ, τουτέστι τῶν ψυχικῶν, ἃ δὴ δεξιὰ καλοῦσι, [3] καὶ τῶν ἐκ τοῦ πάθους καὶ τῆς ὕλης, ἃ δὴ ἀριστερὰ [4] καλοῦσι. Πάντα γὰρ τὰ [5] μετ' αὐτὸν φάσκουσι μεμορφωκέναι, λεληθότως κινούμενον ὑπὸ τῆς Μητρὸς, ὅθεν καὶ Μητροπάτορα, καὶ Ἀπάτορα, καὶ Δημιουργὸν αὐτὸν, καὶ Πατέρα καλοῦσι, τῶν μὲν δεξιῶν Πατέρα λέγοντες αὐτὸν, τουτέστι [6] τῶν ψυχικῶν, τῶν δὲ ἀριστερῶν, τουτέστι [7] τῶν ὑλικῶν, Δημιουργὸν, συμπάντων δὲ Βασιλέα. Τὴν γὰρ Ἐνθύμησιν ταύτην βουληθεῖσαν εἰς τιμὴν τῶν Αἰώνων τὰ πάντα ποιῆσαι, εἰκόνας λέγουσι πεποιηκέναι αὐτῶν, μᾶλλον δὲ τὸν Σωτῆρα δι' αὐτῆς· καὶ αὐτὴν μὲν ἐν εἰκόνι τοῦ ἀοράτου Πατρὸς τετηρηκέναι μὴ γινωσκομένην ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, τοῦτον δὲ τοῦ Μονογενοῦς υἱοῦ, τῶν δὲ λοιπῶν
pag. 186. Αἰώνων τοὺς ὑπὸ [8] τούτων γεγονότας Ἀρχαγγέλους τε καὶ Ἀγγέλους. Πατέρα οὖν καὶ θεὸν λέγουσιν αὐτὸν γεγονέναι [9] τῶν ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος, ποιητὴν ὄντα πάντων ψυχικῶν τε καὶ ὑλικῶν. Διακρίναντα γὰρ τὰς δύο οὐσίας συγκεχυμένας, καὶ ἐξ ἀσωμάτων σωματοποιήσαντα, δεδημιουργηκέναι τά τε οὐράνια καὶ τὰ γήϊνα, καὶ γεγονέναι ὑλικῶν καὶ ψυχικῶν, δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν δημιουργὸν, κούφων καὶ βαρέων, ἀνωφερῶν καὶ κατωφερῶν. Ἑπτὰ γὰρ οὐρανοὺς κατεσκευακέναι, ὧν ἐπάνω τὸν Δημιουργὸν εἶναι λέγουσι· καὶ διὰ τοῦτο Ἑβδομάδα καλοῦσιν αὐτὸν, τὴν δὲ μητέρα τὴν Ἀχαμὼθ Ὀγδοάδα, ἀποσώζουσαν τὸν ἀριθμὸν [10] τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης τοῦ Πληρώματος Ὀγδοάδος. Τοὺς δὲ ἑπτὰ [11] οὐρανοὺς εἶναι νοερούς φασιν. Ἀγγέ-

10. *Ita coni. Petavius, Massuelus aliique, secundum Vet. Interpr. Firmat cod. Ven. qui habet* γεγονότων δορυφόρων. *Codd. Rhedig. Paris. et editi libri habent* γεγονότων τῶν δορυφ.

CAP. XX. — 1. *Ita cod. Ven. et Petav. iam olim. Vulgo* αὐτῇ.

2. ὁμούσιον *cod. Ven.*

3. καὶ ἐκ τῶν ἐκ τοῦ *cod. Ven.*

4. λέγουσι *cod. Ven.*

5. μετ' αὐτὸν *cod. Ven. Et ita iam olim Billius et Petavius.* κάτω αὐτὸν *Grabius. Libri scripti et editi praeter Venet. omnes habent* κατ' αὐτὸν.

6. τῶν *om. cod. Ven.*

7. τῶν *om. cod. Ven.*

8. τούτου *Billius, ex Vet. Interpr. et Tertulliano.*

9. τὸν *cod. Ven.*

10. *Ita cod. Ven., nisi quod* ἀρχειόνου *habet pro* ἀρχεγόνου. *Cod. Vatic. praebet* τοὺς ἀρχεγόνους καὶ πρὸ τῆς. *Cod. Rhedig., edd. princ. et Petav.* τοῦ ἀρχεγόνου καὶ πρὸ τῆς *tuentur, neque aliter*

suetudinem exarsisset, ad eorum exemplar fetum nescio quem spiritalem parturiit, qui ad stipatorum Salvatoris esset similitudinem expressus.

Quamobrem triplici iam substantia constituta, prima quae ex perturbatione prodiit, quae est materia, secunda ex conversione, quod est animalium, tertia spiritali, quam postremam peperit, tum se denique ad eadem effingenda contulit. Quamquam quod spiritale erat, utpote eiusdem cum ipsa naturae, figurare minime potuit; unde se animatam ad substantiam, quae ex ipsius conversione profecta fuerat, perpoliendam convertit, ad idque quae a Salvatore tradita fuerant documenta transtulit. Ac primum narrant ex animata substantia formatum ab illa Patrem ac Regem omnium, tam eorum scilicet quae eadem cum ipso natura constant, hoc est animatorum, quae illi dextra nuncupant, quam eorum quae ex affectione ac materia componuntur, quae sinistra vocant. Nam universa, quae post ipsum extiterunt, ab eo dicunt efficta, cum a Matre tacite ad id esset impulsus; ac propterea Metropator, et Apator, et Conditor, ac Parens appellatur. Dextrorum videlicet, id est anima praeditorum, Parens, Sinistrorum vero, hoc est concretorum cum Materia, Conditor, ac Rex demum universorum. Siquidem Enthymesin illam produnt, cum ad Aeonum honorem et gloriam moliri omnia cuperet, certas eorum imagines edidisse, vel per ipsam potius id egisse Salvatorem, adeoque illam in effigie Patris qui oculorum visum effugit, retinuisse, ut eam minime Conditor cognosceret; hunc vero ad Unigenae filii, ad ceterorum Aeonum similitudinem factos ab iis Archangelos Angelosque prodiisse. Quamobrem Patrem illum ac deum omnium constituunt quae extra Pleroma collocantur, omniumque itidem anima vel materia praeditorum. Ubi enim duas illas naturas inter sese confusas ac promiscuas segregavit, corporibusque carentes redegit in corpora, tum demum coelestia pariter ac terrena condidisse, ac materialium et animatorum, dextrorum ac sinistrorum, levium ac gravium, eorum denique quae sursum aut deorsum feruntur opificem extitisse. Septenos quippe coelestes orbes fabricasse, supra quos Conditorem collocant; atque ob hanc caussam Hebdomadem eum nominant, uti Matrem Achamoth Ogdoadem, quo primigeniae ac primae de Pleromate Ogdoadis numerum observent. Orbes illos vero septem spiritales esse memorant, adeoque Angelos, Cap. XX.

cod. Paris. nisi quod in eo recte πρώτης *extat.*

11. οὐρανοὺς εἶναι νοερούς *scripsi cum Massueto, secutus Tertull. adv. Valentin. cap. 20. Libri tam scripti quam editi omnes habent* οὐρανοὺς οὐκ εἶναι νοητούς. *Vet. Interpres, qui vertit* Septem autem caelos quos intellectuales esse dicunt *cett. iam vitiosa usus est scriptura, videlicet duplicata ultima vocis* οὐρανοὺς *parte, unde primum quidem factum est* οὖς, *deinde* οὐκ.

λους δὲ αὐτοὺς ὑποτίθενται, καὶ τὸν Δημιουργὸν δὲ καὶ αὐτὸν Ἄγγελον, [12] Θεῷ δὲ ἐοικότα· ὡς καὶ τὸν Παράδεισον ὑπὲρ τρίτον οὐρανὸν ὄντα τέταρτον [13] Ἀρχάγγελον λέγουσι δυνάμει ὑπάρχειν, καὶ ἀπὸ τούτου τι εἰληφέναι τὸν Ἀδὰμ διατετριφότα ἐν αὐτῷ. Ταῦτα δὲ τὸν Δημιουργὸν φάσκουσιν ἀφ' ἑαυτοῦ [14] μὲν ὠῆσθαι κατασκευάζειν, πεποιηκέναι δ' αὐτὰ τῆς Ἀχαμὼθ προβαλλούσης· οὐρανὸν πεποιηκέναι μὴ εἰδότα [15] τὸν οὐρανὸν, καὶ ἄνθρωπον πεπλακέναι [16] μὴ εἰδότα τὸν ἄνθρωπον, γῆν τε δεδειχέναι μὴ ἐπιστάμενον τὴν γῆν. Καὶ ἐπὶ πάντων οὕτως λέγουσιν ἠγνοηκέναι [17] αὐτὸν τὰς [18] ἰδέας ὧν ἐποίει, καὶ αὐτὴν τὴν Μητέρα, αὐτὸν δὲ μόνον ὠῆσθαι πάντα εἶναι. Αἰτίαν δ' αὐτῷ γεγονέναι τὴν Μητέρα τῆς οἰήσεως ταύτης φάσκουσιν, τὴν οὕτω βουληθεῖσαν προαγαγεῖν αὐτὸν, κεφαλὴν μὲν καὶ ἀρχὴν τῆς ἰδίας οὐσίας, κύριον δὲ τῆς ὅλης πραγματείας. Ταύτην δὲ τὴν Μητέρα καὶ Ὀγδοάδα καλοῦσι, καὶ Σοφίαν, καὶ Γῆν, καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ Κύριον ἀρσενικῶς· ἔχειν δὲ τὸν τῆς μεσότητος τόπον αὐτὴν, καὶ εἶναι ὑπεράνω μὲν τοῦ Δημιουργοῦ, ὑποκάτω δὲ ἢ ἔξω [19] τοῦ Πληρώματος μέχρι συντελείας.

Κεφ. κα'. Ἐπεὶ οὖν τὴν ὑλικὴν οὐσίαν ἐκ τριῶν παθῶν συστῆναι λέγουσι, φόβου τε καὶ λύπης καὶ ἀπορίας, ἐκ μὲν τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὰ ψυχικὰ τὴν σύστασιν εἰληφέναι, ἐκ μὲν τῆς ἐπιστροφῆς τὸν
pag. 187. Δημιουργὸν βούλονται τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ἐκ δὲ τοῦ φόβου τὴν λοιπὴν πᾶσαν ψυχικὴν ὑπόστασιν, ὡς ψυχὰς ἀλόγων ζώων καὶ θηρίων καὶ ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο ἀτονώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα πρὸς τὸ γινώσκειν τινὰ πνευματικὰ αὐτὸν νενομικέναι μόνον εἶναι θεόν, καὶ διὰ τῶν Προφητῶν εἰρηκέναι, Ἐγὼ θεὸς, πλὴν ἐμοῦ οὐδείς. Ἐκ δὲ τῆς [1] λύπης τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διδάσκουσι γεγονέναι· ὅθεν τὸν Διάβολον τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ὃν καὶ Κοσμοκράτορα καλοῦσι, καὶ τὰ δαιμόνια καὶ τοὺς Ἀγγέλους, καὶ πᾶσαν τὴν πνευματικὴν τῆς πονηρίας ὑπόστασιν. Ἀλλὰ τὸν μὲν Δημιουργὸν υἱὸν [2] ψυχικὸν τῆς Μητρὸς αὐτῶν λέγουσι, τὸν δὲ Κοσμοκράτορα κτίσμα τοῦ Δημιουργοῦ· καὶ τὸν μὲν Κοσμοκράτορα γινώσκειν τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, ὅτι πνεῦμά ἐστι τῆς πονηρίας, τὸν δὲ Δημιουργὸν ἀγνοεῖν ἅτε [3] ψυχικὸν ὑπάρχοντα. Οἰκεῖν δὲ τὴν Μητέρα αὐτῶν εἰς τὸν ὑπερουράνιον τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι, τὸν Δημιουργὸν δὲ εἰς τὸν [4] ὑπουράνιον, τουτέστιν ἐν τῇ Ἑβδομάδι, τὸν δὲ [5] Κοσμοκράτορα ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς κόσμῳ. Ἐκ

12. Θεῷ δὲ ἐοικότα *codd. Ven. Vatic. Deo autem similem habet Vet. Interpres. In reliquis libris illud* δὲ *non extat.*

13. Ἀρχάγγελον *cod. Ven., consentientibus Vet. Interpr. et Tertulliano. Vulgo* Ἄγγελον.

14. μὴ νενοῆσθαι *cod. Ven.*

15. τὸν *om. cod. Ven.*

16. ἀγνοοῦντα *cod. Ven.*

17. αὐτὸν *cod. Ven. Et ita coniecere iam olim Fronto Ducaeus et Petavius. Vulgo extat* αὐτῶν.

18. εἰδέας *cod. Ven.*

19. τούτου *cod. Ven.*

Cap. XXI. — 1. λοιπῆς *habet utraque editio.*

ut et Conditorem ipsum Angelum dei similem faciunt; ac Paradisum quoque qui supra tertium coelum eminet, quartum vi quadam esse coelum definiunt, ab eoque nonnihil Adamum, cum apud ipsum degeret, accepisse. Ceterum omnia ista Conditorem putasse vi se propria ac sua perfecisse, cum interim Achamoth universa produceret, ille vero ita coelum moliretur, ut coelum omnino nesciret, ita hominem formaret, ut hominem ignoraret, ignarusque terrae demum terram nihilominus efficeret, atque hoc pacto in omni rerum genere eorum quae faceret Ideas, ipsamque adeo Matrem, minime cognovisse, se vero unum complecti omnia persuasum habuisse. Cuius illi arrogantiae caussam a Matre praebitam fuisse, quae hoc illum modo procreare voluerit, ut propriae naturae caput ac princeps totiusque dominus operis existeret. Eandem insuper Matrem et Ogdoadem vocant, et Sapientiam, et Terram, et Hierusalem, et Spiritum sanctum, et masculino genere Dominum. Cui in media regione stationem attribuunt, ut Conditore superiorem, sic infra vel extra Pleroma ad Mundi finem usque constitutam.

Igitur quandoquidem naturam illam quae Materia constat tri- Cap. XXI.
plici perturbatione contineri asserunt, metu, dolore ac mentis inopia, ex metu ac conversione animalia quaeque componunt. Nam ex conversione Conditorem genitum, ex metu reliquam omnem animalem substantiam existimant, cuiusmodi sunt ratione carentium bestiarum et ferarum atque hominum animae. Propterea cum ad spiritalia quaedam pernoscenda imbecillior foret, solum se esse deum arbitratum, ac per prophetas edixisse, *Ego deus, praeter me nullus* Esai. 46, 9.
alius est. Ex reliquo porro perturbationum genere spiritualia nequitiae procreata, indeque et Diabolum exortum, quem Moderatorem mundi faciunt, una cum Daemoniis et Angelis, ceteraque omni spiritali nequitiae Substantia. Verum Conditorem ipsum animalem Matris filium esse dicunt, Moderatorem vero mundi quoddam opus Conditoris. Ac mundi sane Rectorem quae supra se sint, utpote nequitiae spiritum, intelligere, Conditorem, quod animalis sit, ignorare defendunt. Quorum etiam Matrem supra coelum habitare medio quodam loco, Conditorem vero in ipso Coelo, nimirum in Hebdomade, mundi Rectorem denique in hoc inferiore Mundo nostroque

2. ψυχικὸν *desideratur in cod. Rhedig. et in edd. libris. Adieci de auctoritate cod. Veneti et Vet. Interpr.*

3. ψυχικὸν *codd. Vatic. Ven. Rhedig. et Paris. In editis extat* ψυχικὰ.

4. ὑπουράνιον *cod. Rhedig. Et ita coniecit iam olim Billius (cui adversatur Massuetus pag. 26.).* ὑπερουράνιον *extat in editis. Petavius corrigit* ἐπουράνιον. *In cod. Ven. verba* ἐν τῇ μεσότητι — — ὑπουράνιον *sunt omissa. Vet. Interpres vertit* in eo qui sit in caelo locus.

5. κοσμοκράτορα *cod. Ven. et Vet. Interpr.* παντοκράτορα *codd. Rhedig. Vatic. et editio utraque.*

δὲ τῆς ἐκπλήξεως καὶ τῆς ἀμηχανίας, ὡς [6] ἐκ τοῦ ἀσημοτέρου, τὰ σωματικὰ, καθὼς προείπαμεν, τοῦ κόσμου στοιχεῖα γεγονέναι, [7] γῆν μὲν κατὰ τῆς ἐκπλήξεως στάσιν, ὕδωρ δὲ κατὰ [8] τὴν τοῦ φόβου κίνησιν, ἀέρα τε κατὰ τὴν λύπης πῆξιν, τὸ δὲ πῦρ ἅπασιν αὐτοῖς [9] ἐκπεφυκέναι θάνατον καὶ φθορὰν, ὡς καὶ τὴν ἄγνοιαν τοῖς τρισὶ πάθεσιν ἐγκεκρύφθαι διδάσκουσι. Δημιουργήσαντα δὴ τὸν κόσμον πεποιηκέναι καὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν χοϊκὸν, οὐκ ἀπὸ ταύτης δὲ τῆς ξηρᾶς γῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀοράτου οὐσίας, ἀπὸ τοῦ κεχυμένου καὶ ῥευστοῦ τῆς ὕλης λαβόντα, καὶ εἰς τοῦτον ἐμφυσῆσαι τὸν ψυχικὸν διορίζονται, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν γεγονότα. Κατ' εἰκόνα μὲν τὸν ὑλικὸν ὑπάρχειν παραπλήσιον μὲν, ἀλλ' οὐχ ὁμοούσιον, [10] ὄντα τῷ θεῷ· καθ' ὁμοίωσιν δὲ τὸν ψυχικὸν, ὅθεν καὶ πνεῦμα ζωῆς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἰρῆσθαι, ἐκ πνευματικῆς ἀποῤῥοίας οὖσαν. Ὕστερον δὲ περιτεθεῖσθαι λέγουσιν αὐτῷ τὸν δερμάτινον χιτῶνα. Τοῦτο δὲ τὸ αἰσθητὸν σαρκίον εἶναι λέγουσι. Τὸ δὲ κύημα τῆς Μητρὸς αὐτῆς τῆς Ἀχαμὼθ, ὃ κατὰ τὴν θεωρίαν τῶν περὶ [11] τὸν Σωτῆρα Ἀγγέλων ἀπεκύησεν,
pag. 188. ὁμοούσιον [12] ὑπάρχον τῇ Μητρὶ πνευματικὸν, καὶ αὐτὸν ἠγνοηκέναι τὸν Δημιουργὸν λέγουσι, καὶ λεληθότως κατατεθεῖσθαι εἰς αὐτὸν, μὴ εἰδότος αὐτοῦ, ἵνα δι' αὐτοῦ εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ ψυχὴν σπαρὲν καὶ εἰς τὸ ὑλικὸν τοῦτο σῶμα κυοφορηθὲν, ἐν τούτοις καὶ αὐξηθὲν, ἕτοιμον γένηται [13] εἰς ὑποδοχὴν τοῦ [14] τελείου. Ἔλαθεν οὖν, ὥς φασι, τὸν Δημιουργὸν ὁ συγκατασπαρεὶς τῷ ἐμφυσήματι αὐτοῦ ὑπὸ τῆς Σοφίας πνευματικὸς [15] ἄνθρωπος ἀῤῥήτῳ [16] προνοίᾳ. Ὡς γὰρ τὴν Μητέρα ἠγνοηκέναι, οὕτω καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Ἐκκλησίαν εἶναι λέγουσιν, ἀντίτυπον τῆς ἄνω Ἐκκλησίας. [17] Καὶ τοῦτο εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἄνθρωπον ἀξιοῦσιν, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς τὴν μὲν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, τὸ δὲ σῶμα ἀπὸ τοῦ χοὸς, καὶ τὸ [18] σαρκιὸν ἀπὸ τῆς ὕλης, τὸν δὲ πνευματικὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς μητρὸς τῆς Ἀχαμώθ.

Κεφ. κβ'. Τριῶν οὖν ὄντων τὸ μὲν ὑλικὸν, ὃ καὶ ἀριστερὸν καλοῦσι, κατὰ ἀνάγκην ἀπόλλυσθαι λέγουσιν, ἅτε μηδεμίαν [1] ἐπιδέξασθαι πνοὴν ἀφθαρσίας δυνάμενον· τὸ δὲ ψυχικὸν, ὃ καὶ δεξιὸν προσαγορεύουσιν, ἅτε μέσον ὂν τοῦ τε πνευματικοῦ καὶ ὑλικοῦ, ἐκεῖσε χωρεῖν ὅπου ἂν

6. ἐκστασιμωτέρου *cod. Venet. Vet. Interpr. habet* de vesaniori.

7. γῆν *rescripsi secundum Vet. Interpr.* τὴν *extat in libris omnibus.*

8. τὴν φόβου κίνησιν *cod. Ven. In reliquis extat* τὴν τοῦ φόβου τῶν δακρύων κίνησιν. *Illud* τῶν δακρύων, *quod nec Vet. Interpr. agnoscit, delendum censuere iam olim Billius atque Petavius.*

9. ἐμπεφυκέναι *volebat Massuetus, cum Vet. Interpr. habeat* inesse mortem *cett.*

10. ὄντα, *quod desideratur in editis, adieci de codd. Veneto et Vaticano.*

11. τῶν ἀέρα *cod. Ven.*

12. ὑπάρχοντα *cod. Ven.*

13. πρὸς *cod. Ven.*

14. τελείου λόγου *auget Massuetus ex Vet. Interpr. et Tertulliano.*

versari. Iam vero e stupore ac consilii inopia, tanquam ex ignobiliore, corporea, ut ante diximus, mundi elementa prodiisse. Ita ex attonitae mentis statu terram, aquam e lacrymis quas metus excusserat, aerem ex doloris concretione, ignem denique omnibus ingeneratum, velut mortem atque exitium, perinde atque tribus perturbationibus insertam ignorantiam docent. Ad haec, absoluta mundi fabrica, luteum Hominem a Conditore fictum, non ex sicca illa tamen humo, sed ex visum fugiente substantia, cum ex diffusa liquidaque materiae parte sumpsisset, et in eum Hominem animalem alterum inspirasset. Huncque adeo ipsum illum esse qui ad imaginem ac similitudinem sit expressus. Nam ad imaginem eum esse factum, qui materia constat, quique ita Dei similis sit, ut eandem cum ipso naturam minime sortiatur, Animalem vero ad similitudinem effictum, unde etiam vitae spiritum eius appellari substantiam, quae ex spiritali quadam fluxione profecta sit. Postremo pelliceam illi tunicam, hoc est carnem illam quam cernimus, esse circumdatam. Quod vero ad Matris Achamoth fetum alium pertinet, quem ex Angelorum Salvatoris comitum contemplatione peperit, estque spiritalis atque eiusdem cum Matre naturae, etiam hunc ignotum fuisse Conditori putant, ac clam ipso nesciente in eundem demissum, ut per hunc in profectam ab eo animam corpusque, quod cum materia concretum est, satum, ab iisdemque velut utero gestatum atque auctum, ad id quod perfectum est recipiendum idoneum redderetur. Igitur admirabili quadam, aiunt, providentia factum est Spiritalis ut homo Conditorem lateret, cum una per eius afflatum a Sapientia insereretur. Ut enim ignota illi Mater fuit, sic etiam fetus illius, quam Ecclesiam vocant, Ecclesiae alterius ac coelestis imaginem expressam. Atque hunc ipsum hominem illum esse censent qui in ipsis existat, adeo ut animam Conditori, Corpus humo, Carnem materiae, Spiritalem Hominem Matri Achamoth acceptum referant.

Ex iis tribus quod materia constat, sinistrumque vocatur, perire necessario praedicant, utpote quod ne minimum quidem immortalitatis afflatum possit recipere; Animale vero, sive dextrum, quod medium inter spiritale ac materia praeditum interiacet, illuc quo Cap. XXII.

15. *Ita codd. Vatic. et Ven., et Vet. Interpr. Vulgo* ἀνθρώπων.

16. δυνάμει καὶ προνοίᾳ *reposuerunt Billius aliique de Vet. Interprete.*

17. *Ita rescripsi praeeunte Billio aliisque, secundum Vet. Interpretis auctoritatem, et cod. Veneti, qui habet* καὶ τὸ εἶναι τὸν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἄνθρωπον ἀξιοῦσιν. *Reliqui libri praebent* τότε εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἀξιοῦσιν.

18. *Ita cod. Ven., parte codd. mss. Vet. Interpretis quoque consentiente. Vulgo legitur* σαρκικὸν.

Cap. XXII. — 1. *Ita cod. Ven. Vulgo* ἐπιδεῖξασθαι.

καὶ τὴν πρόσκλισιν ποιήσηται· τὸ δὲ πνευματικὸν ἐκπεπέμφθαι ὅπως ἐνθάδε τῷ ψυχικῷ σύζυγὲν μορφωθῇ, συμπαιδευθὲν αὐτῷ ἐν τῇ ἀναστροφῇ. Καὶ τοῦτ' εἶναι [2] λέγουσι τὸ ἅλας καὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Ἔδει γὰρ τῶν ψυχικῶν καὶ αἰσθητῶν παιδευμάτων. [3] Διὸ καὶ κόσμον κατεσκευάσθαι λέγουσι, καὶ τὸν Σωτῆρα δὲ ἐπὶ τοῦτο παραγεγονέναι τὸ ψυχικὸν, ἐπεὶ καὶ αὐτεξούσιόν ἐστιν, ὅπως αὐτὸ σώσῃ. Ὧν γὰρ ἤμελλε σώζειν τὰς ἀπαρχὰς [4] αὐτὸν εἰληφέναι φάσκουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀχαμὼθ τὸ πνευματικὸν, ἀπὸ δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ἐνδεδύσθαι τὸν ψυχικὸν Χριστὸν, ἀπὸ δὲ τῆς οἰκονομίας περιτεθεῖσθαι σῶμα ψυχικὴν [5] ἔχον οὐσίαν, κατεσκευασμένον δὲ ἀρρήτῳ τέχνῃ, πρὸς τὸ καὶ [6] ὁρατὸν καὶ ψηλαφητὸν καὶ παθητὸν [7] γεγενῆσθαι. Καὶ ὑλικὸν δὲ οὐδ' ὁτιοῦν εἰληφέναι λέγουσιν αὐτόν· μὴ γὰρ εἶναι τὴν ὕλην δεκτικὴν σωτηρίας. Τὴν δὲ συντέλειαν ἔσεσθαι ὅταν μορφωθῇ καὶ [8] τελειωθῇ γνώσει πᾶν τὸ πνευματικὸν, τουτέστιν οἱ πνευματικοὶ ἄνθρωποι, οἱ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες περὶ Θεοῦ καὶ τῆς Ἀχαμὼθ [9] μεμυημένοι μυ-
pag. 189. στήρια. Εἶναι δὲ τούτους ὑποτίθενται. Ἐπαιδεύθησαν γὰρ τὰ ψυχικὰ οἱ ψυχικοὶ ἄνθρωποι, οἱ δι' ἔργων καὶ πίστεως ψιλῆς βεβαιούμενοι, καὶ μὴ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες. Εἶναι δὲ τούτους ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἡμᾶς λέγουσι· διὸ καὶ ἡμῖν μὲν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν ἀποφαίνονται, ἄλλως γὰρ ἀδύνατον σωθῆναι. Αὐτοὺς δὲ μὴ διὰ πράξεως, ἀλλὰ διὰ τὸ φύσει πνευματικοὺς εἶναι πάντῃ τε καὶ πάντως σωθήσεσθαι δογματίζουσιν. Ὡς γὰρ τὸ χοϊκὸν ἀδύνατον σωτηρίας μετασχεῖν (οὐ γὰρ εἶναι [10] λέγουσιν αὐτοὶ δεκτικὸν αὐτῆς), οὕτως πάλιν τὸ πνευματικὸν, [11] ὃ αὐτοὶ εἶναι θέλουσιν, ἀδύνατον φθορὰν καταδέξασθαι, κἂν ὁποίαις συγκαταγένωνται πράξεσιν. Ὃν γὰρ τρόπον χρυσὸς ἐν βορβόρῳ κατατεθεὶς οὐκ ἀποβάλλει τὴν καλλονὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν φύσιν διαφυλάττει, τοῦ βορβόρου μηδὲν ἀδικῆσαι [12] δυναμένου τὸν χρυσὸν, οὕτω δὲ καὶ αὐτοὺς λέγουσι, κἂν ἐν ποίαις ὑλικαῖς πράξεσι καταγένωνται, μηδὲν αὐτοὺς παραβλάπτεσθαι, μηδὲ ἀποβάλλειν τὴν πνευματικὴν ὑπόστασιν.

Κεφ. κγ'. Διὸ δὴ καὶ τὰ [1] ἀπειρημένα πάντα ἀδεῶς οἱ τελειότατοι πράττουσιν αὐτῶν, περὶ ὧν αἱ γραφαὶ διαβεβαιοῦνται τοὺς ποιοῦντας αὐτὰ βασιλείαν θεοῦ μὴ κληρονομήσειν. Καὶ γὰρ εἰδωλόθυτα [2] ἀδιαφόρως ἐσθίουσι, μηδὲ μολύνεσθαι ὑπ' αὐτῶν ἡγούμενοι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτά-

2. θέλουσι cod. Ven.
3. *Ita cod. Ven., et coniecerunt iam olim Billius et Petavius. Vulgo* δι' ὧν.
4. *Ita cod. Ven, consentiente Vet. Interprete. Vulgo* αὐτῶν.
5. ἔχων cod. *Ven.*
6. *Ita cod. Ven., conspirante Vet. Interpr. Vulgo* πρὸς τὸ ἀόρατον καὶ ἀψηλάφητον.
7. γενέσθαι cod. *Ven.*
8. τελειωθὲν cod. *Ven.*
9. *Ita reposui de auctoritate cod. Veneti, qui conspirat cum Vet. Interprete. Vulgo* τῆς Ἀχαμώθ. μεμυημένους δὲ μυστήρια εἶναι τούτους *cett.*

suopte nutu propenderit proficisci. Quod autem spiritale sit idcirco mitti, ut hic cum Animali copulatum cumque in vivendi ratione pariter eruditum fingi formarique possit. Atque hunc demum salem illum ac Mundi lucem esse dictitant, de quibus Evangelia loquuntur. Matth.5,13. Etenim animale externa sensuum disciplina opus habuit. Quam ob caussam et Mundum fabricatum esse contendunt, atque ad Animale istud, quandoquidem libertate praeditum est, quo ei salutem afferret, Salvatorem esse delapsum. Nam eorum, quae servare decreverat, omnium in sese ferunt illum habuisse primitias, puta ab Achamoth spiritum, Animalem a Conditore Christum ac functionis suae administrandae gratia corpus animali natura constans induisse, et quidem incredibili quadam arte sic elaboratum, ut videri, contrectari patique posset. Quare nihil eidem cum materia fuisse commune, quippe cum materia consequendae saluti nequaquam idonea sit. Praeterea tum rerum omnium finem atque exitum fore, cum quicquid spiritale est, id est spiritales homines, qui perfectam de Deo scientiam habent, et ab Achamoth mysteriis initiati sunt. Cuiusmodi se esse ipsos asserunt. Etenim animales homines animali quadam disciplina institutos esse, qui quidem operibus ac simplici fide stabiliuntur, neque perfectam scientiam adepti sunt. Eiusmodi nos esse, qui in Ecclesiae grege numeramur, ideoque recte factis opus esse nobis praedicant, neque aliter posse nos salutem obtinere: se vero non ullius actionis beneficio, sed quod natura spiritales sint, omnino salutis compotes fore confidunt. Nam uti quod terrenum est servari nullo modo potest, neque natura ad id idoneum est, sic contra quod est spiritale, cuiusmodi se esse volunt, utcumque sese gesserit, corrumpi nequaquam posse. Ac quemadmodum aurum in coenum abiectum pulchritudinem non amittit, sed citra ullam decoris iniuriam naturam retinet, ita semetipsos asserunt, tametsi quibusvis in actionibus, adeoque concretis cum materia, versentur, nullum ex eo detrimentum capere, neque spiritalem substantiam posse perdere.

Quocirca qui inter illos perfectissimi censentur, illicita omnia Cap. XXIII. legibusque vetita licenter perpetrant, de quibus literae sacrae testantur: *Qui eiusmodi committant, ab hereditate regni coelestis excidere.* Galat.5,21. Igitur et quae idolis immolata sunt nullo discrimine comedunt, nihilque ex ea re contagionis ad sese derivari putant, et ad omnia genti-

10. δεκτικὸν λέγουσιν αὐτοὶ *cod. Ven.*
11. ὃ αὐτοὶ εἶναι θέλουσιν *restitui ex Vet. Interprete, et cod. Ven., qui habet* οἱ αὐτοὶ εἶναι θέλουσιν. *Vulgo* θέλουσιν οἱ αὐτοὶ εἶναι.
12. δυναμένου, *quod desideratur in ed. princ., primum Petavius ex cod. Vaticano adiecit.*

Cap. XXIII. — 1. προειρημένα *cod. Ven.*
2. ἀδιαφόρως *sententia postulavit. Libri habent* διαφόρως.

σιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων γινομένην πρῶτοι συνίασιν, ὡς μηδὲ τῆς παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεμισημένης τῆς τῶν θηριομάχων καὶ μονομαχίας ἀνδροφόνου θέας ἀπέχεσθαι ἐνίους αὐτῶν· οἱ δὲ καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς κατακόρως δουλεύοντες τὰ σαρκικὰ τοῖς σαρκικοῖς καὶ τὰ πνευματικὰ τοῖς πνευματικοῖς ἀποδίδοσθαι λέγουσι. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν λάθρα τὰς διδασκομένας ὑπ' αὐτῶν τὴν διδαχὴν ταύτην γυναῖκας διαφθείρουσιν, ὡς πολλάκις ὑπ' ἐνίων αὐτῶν ἐξαπατηθεῖσαι, ἔπειτα ἐπιστρέψασαι γυναῖκες εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ σὺν τῇ λοιπῇ πλάνῃ καὶ τοῦτο ἐξωμολογήσαντο, οἱ δὲ καὶ κατὰ τὸ φανερὸν ἀπερυθριάσαντες ὧν ἂν ἐρασθῶσι [3] γυναικῶν ταύτας ἀπ' ἀνδρῶν [4] ἀποσπάσαντες ἰδίας γαμετὰς ἡγήσαντο· ἄλλοι δὲ αὖ πάλιν
pag. 190. σεμνῶς κατ' ἀρχὰς, ὡς μετὰ ἀδελφῶν προσποιούμενοι συνοικεῖν, προϊόντος τοῦ χρόνου ἠλέγχθησαν, ἐγκύμονος τῆς ἀδελφῆς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ γενηθείσης. Καὶ ἄλλα δὲ πολλα μυσαρὰ καὶ ἄθεα πράσσοντες ἡμῶν μὲν διὰ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ φυλασσομένων καὶ μέχρις ἐννοίας καὶ λόγου ἁμαρτεῖν κατατρέχουσιν ὡς [5] ἰδιωτῶν καὶ μηδὲν ἐπισταμένων, ἑαυτοὺς δὲ ὑπερυψοῦσι, τελείους ἀποκαλοῦντες, καὶ σπέρματα ἐκλογῆς. Ἡμᾶς μὲν γὰρ ἐν χρήσει τὴν χάριν λαμβάνειν λέγουσι, διὸ καὶ ἀφαιρεθήσεσθαι αὐτῆς· αὐτοὺς δὲ ἰδιόκτητον ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀνονομάστου συζυγίας [6] συγκατεληλυθυῖαν ἔχειν τὴν χάριν, καὶ διὰ τοῦτο προστεθήσεσθαι αὐτοῖς. Διὸ καὶ ἐκ παντὸς τρόπου δεῖν αὐτοὺς ἀεὶ τὸ τῆς συζυγίας μελετᾶν μυστήριον. Καὶ τοῦτο πείθουσι τοὺς ἀνοήτους αὐταῖς λέξεσι λέγοντες οὕτως. Ὃς ἂν ἐν κόσμῳ γενόμενος γυναῖκα οὐκ ἐφίλησεν, ὥςτε αὐτὴν κρατηθῆναι, οὐκ ἔστιν ἐξ ἀληθείας, καὶ οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν· ὁ δὲ ἀπὸ κόσμου [7] ὢν κρατηθεὶς γυναικὶ οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν, διὰ τὸ μὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ κρατηθῆναι γυναικός. Διὰ τοῦτο οὖν ἡμᾶς [8] καλοὺς ψυχικοὺς ὀνομάζουσι καὶ [9] ἐκ κόσμου εἶναι λέγουσι, καὶ ἀναγκαίαν ἡμῖν τὴν ἐγκράτειαν καὶ ἀγαθὴν πρᾶξιν, ἵνα δι' αὐτῆς ἔλθωμεν εἰς τὸν τῆς μεσότητος τόπον. Αὐτοῖς δὲ πνευματικοῖς τε καὶ τελείοις καλουμένοις μηδαμῶς· [10] οὐ γὰρ πρᾶξις εἰς Πλήρωμα εἰςάγει, ἀλλὰ τὸ σπέρμα τὸ ἐκεῖθεν νήπιον ἐκπεμπόμενον, [11] ἐνθάδε τελειούμενον. Ὅταν δὲ πᾶν τὸ σπέρμα τελειωθῇ, τὴν μὲν Ἀχαμὼθ τὴν μητέρα αὐτῶν [12] μεταστῆναι τοῦ τῆς μεσότητος τόπου λέγουσι, καὶ ἐντὸς Πληρώματος εἰςελθεῖν καὶ ἀπολαβεῖν τὸν νυμφίον αὐτῆς τὸν Σωτῆρα, τὸν ἐκ πάντων γεγονότα, ἵνα συζυγία γένηται τοῦ

3. γυναικῶν *non extat in cod. Ven.*
4. ἀποσπόντες γαμετὰς *cod. Ven.*
5. ἰδίῳ τῶν *ed. princ., quod vitium Petavius correxit ope cod. Vaticani.*
6. κατεληλυθυῖαν *cod. Ven.*
7. ὢν μὴ κρατηθεὶς *codd. Ven. et Vatic.* γενόμενος μὴ κρατηθεὶς *reliqui libri. Negatio deleta est ex auctoritate Vet. Interpretis.*
8. *De iure huius vocabuli, quod Vet. quidem Interpres non agnoscit,* καλοὺς, *adeas Grabium. Billius proposuit hanc emendationem:* ἡμῖν μὲν, οὓς ψυχικοὺς ὀνομάζουσι *cett., quod non probo.*

lium festa, quae ad idolorum cultum instituta sunt, primi omnium accurrunt; ut neque ab eorum qui cum bestiis depugnant, aut gladiatorum foedis illis ac deo pariter atque hominibus execrandis parricidiique plenis spectaculis quidam illorum abstineant. Alii dum in voluptatibus corporis ac libidinibus assidue volutantur, carnalia se carnalibus, ac spiritalibus spiritalia reddere profitentur. Quamobrem nonnulli clam stupra cum mulierculis disciplinae huius suae alumnis exercent, id quod pleraeque olim ab illis deceptae, ac postremo ad ecclesiam dei reversae inter alios errores persaepe confessae sunt. Sunt et qui pudore omni posito, quascumque mulieres adamarint, palam a viris abductas pro legitimis uxoribus habent. Sed alii, qui se principio sororum illas loco honestius habere simulaverant, paulatim detecti sunt, ac praegnans denique soror ex contubernio fratris inventa. Dici non potest quam impia ac detestanda alia flagitia committant; quae dum faciunt, nos scilicet, qui prae dei timore ne cogitatione vel sermone quidem scelus ullum admittere studemus, tanquam idiotas atque imperitos derident, se vero mirifice praedicant ac perfectos homines electamque stirpem nominant. Nos enim velut mutuo gratiam ad usum accipere, eaque propterea spoliandos affirmant, sibi velut peculiarem accidisse possessionem, quae de coelesti coniugio, quod neque verbis exprimi neque nominari potest, una in se descenderit; ideo novam etiam ad eam quam habent accessionem futuram. Interesse igitur sua plurimum, ut quacumque ratione possunt coniugii mysterium illud exerceant, idque ipsum stolidis hominibus his fere verbis persuadent. Quicumque cum in mundo esset mulierem non amaverit, ut eam ad amorem suum pelliceret, a veritate alienus est, nec ad eam perveniet. Sed quisquis ortus e mundo muliebri non est amore correptus, ne ipse quidem ad veritatem perveniet, quod non mulieris cupiditate flagraverit. Nos itaque quos animales nominant, esseque de mundo statuunt, temperantia et honestis actionibus indigere, quibus mediocrem ad regionem efferamur, cum ipsimet, utpote spiritales ac perfecti, nihil horum requirant. Non enim actionem ad Pleroma provehere, sed semen ipsum, quod illinc tenerum ac velut infans demissum hic apud nos absolutum redditur. Atque ubi semen omne perfectum fuerit, tum ipsorum Matrem Achamoth ex media illa sede transferri, et intra Pleroma recipi oportere, nec non et sponsum suum recuperare, Salvatorem illum,

9. ἐγκόσμους *cod. Ven.*

10. οὐ πράξεις γὰρ εἰς πληρώσεις ἄγει *cod. Ven.*

11. hic autem perfectum factum *reddidit Vet. Interpres, qui* ἔνθα δὲ *videtur legisse.*

12. *Ita codd. Ven. Rhedig. Paris.* μεταβῆναι *ed. Petavii.* μεταθῆναι *ed. princ.*

Σωτῆρος καὶ τῆς Σοφίας τῆς Ἀχαμὼθ, καὶ τοῦτο εἶναι νυμφίον καὶ νύμφην, νυμφῶνα δὲ τὸ πᾶν Πλήρωμα. Τοὺς δὲ πνευματικοὺς ἀποδυσαμένους τὰς ψυχὰς καὶ πνεύματα νοερὰ γενομένους ἀκρατήτως καὶ ἀοράτως ἐντὸς Πληρώματος [13] εἰςελθόντας νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Σωτῆρα Ἀγγέλοις. Τὸν δὲ Δημιουργὸν μεταβῆναι καὶ αὐτὸν εἰς τὸν τῆς Μητρὸς Σοφίας τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι. pag. 191. Τάς τε τῶν δικαίων ψυχὰς ἀναπαύσεσθαι καὶ αὐτὰς ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ. Μηδὲν γὰρ ψυχικὸν ἐντὸς Πληρώματος χωρεῖν.

Κεφ. κδ'. Τούτων δὲ γενομένων οὕτως τὸ ἐμφωλεῦον τῷ κόσμῳ πῦρ ἐκλάμψαν καὶ ἐξαφθὲν καὶ κατεργασάμενον πᾶσαν ὕλην συναναλωθήσεσθαι αὐτῇ, καὶ εἰς τὸ μηκέτ' εἶναι χωρήσειν διδάσκουσι. Τὸν δὲ Δημιουργὸν μηδὲν τούτων ἐγνωκέναι ἀποφαίνονται πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. Εἰσὶ δὲ οἳ λέγοντες προβαλέσθαι αὐτὸν καὶ Χριστὸν υἱὸν ἴδιον, ἀλλὰ [1] καὶ ψυχικόν· [2] περὶ τούτου διὰ τῶν προφητῶν λελαληκέναι. Εἶναι δὲ τοῦτον τὸν διὰ Μαρίας διοδεύσαντα, καθάπερ ὕδωρ διὰ σωλῆνος ὁδεύει, καὶ εἰς τοῦτον ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος κατελθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τοῦ Πληρώματος ἐκ πάντων Σωτῆρα ἐν εἴδει περιστερᾶς. Γεγονέναι δὲ ἐν αὐτῷ καὶ τὸ αὐτὸ τῆς Ἀχαμὼθ σπέρμα πνευματικόν. Τὸν οὖν κύριον ἡμῶν ἐκ τεσσάρων τούτων σύνθετον γεγονέναι φάσκουσιν, ἀποσώζοντα τὸν τύπον τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης τετρακτύος, ἔκ τε τοῦ πνευματικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τῆς Ἀχαμὼθ, καὶ ἐκ τοῦ ψυχικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ ἐκ τῆς οἰκονομίας, ὃ ἦν κατεσκευασμένον ἀρρήτῳ τέχνῃ, καὶ ἐκ τοῦ Σωτῆρος, ὃ ἦν κατελθοῦσα εἰς αὐτὸν περιστερά. Καὶ [3] τοῦτον μὲν ἀπαθῆ διαμεμενηκέναι (οὐ γὰρ ἐνεδέχετο παθεῖν αὐτὸν ἀκράτητον καὶ ἀόρατον ὑπάρχοντα), καὶ διὰ τοῦτο ἦρθαι, προσαγομένου αὐτοῦ τῷ Πιλάτῳ, τὸ εἰς αὐτὸν κατατεθὲν πνεῦμα Χριστοῦ. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἀπὸ τῆς Μητρὸς σπέρμα πεπονθέναι λέγουσιν· ἀπαθὲς γὰρ καὶ [4] αὐτὸ τὸ πνευματικὸν καὶ ἀόρατον [5] καὶ αὐτῷ τῷ Δημιουργῷ. Ἔπαθε δὲ λοιπὸν [6] κατ' αὐτοὺς ὁ ψυχικὸς Χριστὸς, καὶ ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένος μυστηριωδῶς, [7] ἵν' [8] ἐπιδείξῃ [9] αὐτοῦ ἡ Μήτηρ τὸν τύπον τοῦ ἄνω Χριστοῦ, ἐκείνου τοῦ [10] ἐπεκταθέντος τῷ σταυρῷ καὶ μορφώσαντος τὴν Ἀχαμὼθ μόρφωσιν τὴν κατ' οὐσίαν. Πάντα γὰρ ταῦτα τύπους ἐκείνων εἶναι λέγουσι. Τὰς δὲ ἐσχηκυίας τὸ σπέρμα τῆς Ἀχαμὼθ ψυχὰς ἀμείνους λέγουσι γεγονέναι τῶν [11] λοιπῶν· διὸ καὶ πλεῖον τῶν ἄλλων ἠγαπῆσθαι ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ,

13. εἰςελθεῖν τὰς νύμφας *cod. Paris.*

Cap. XXIV. — 1. καὶ, *quod omnes libri tuentur una cum Vet. Interpr., nescio cur uncinis notaverit Petavius.*

2. περὶ τούτου δὲ *voluit Petavius.*

3. *Ita cod. Ven. Vulgo* τοῦτο.

4. αὐτὸ, ἅτε πνευματικὸν *emendat Massuetus sec. Vet. Interpretem.*

5. καὶ τὸ τοῦ δημιούργου *cod. Ven.*

6. ὁ κατ' αὐτοὺς *cod. Ven.*

quia ab universis in lucem est editus, ut Salvatoris, et Sapientiae Achamoth coniugium instituatur. Idque adeo sacris in literis sponsum ac sponsam significare, thalamumque Pleroma ipsum esse. At spiritales homines, postquam animas exuerint, et ad spirituum purarumque mentium conditionem evaserint, ac nullo detinente nec aspectabiles in Pleroma penetraverint, Salvatoris comitibus Angelis collocari. Quod ad Conditorem spectat, eum quoque Sapientiae Matris in locum successurum, mediamque regionem occupaturum existimant. Eodemque loco iustorum animas otio ac quiete polituras esse, quod ad Pleroma nihil animale perveniat.

Cap. XXIV.

His peractis ignem illum, qui in mundi latebris delitescit, erupturum ac conflagraturum esse, donec omni consumpta materia cum eadem et ipse consumptus atque in nihilum redactus fuerit. Quorum omnium nihil ante Salvatoris adventum Conditori fuisse cognitum. Nec desunt quibus placeat etiam ab illo peculiarem filium Christum, sed animalem, productum, de quo per prophetas locutus sit. Hunc illum esse qui sic tanquam aqua per fistulas, ita per Mariam transierit; in eumque postea cum baptizaretur sub columbae descendisse specie alterum illum de Pleromate Salvatorem ex omnibus conflatum, imo etiam et eidem Achamothis spiritale semen insitum fuisse. Unde quatuor ex illis compositum esse dominum asseverant, ut primariae illius ac primigeniae Tetradis similitudinem exprimeret, nimirum e spiritali, quod ab Achamothe derivatum est, ex Animali, quod a Conditore, ex Incarnatione, quod inexplicabili quodam est artificio contextum, ac demum e Salvatore hoc est columba illa de coelo delapsa. Atque hunc quidem patibilem nunquam fuisse, quoniam pati omnino nequeat, quod neque contineri neque oculis usurpari possit. Proindeque cum ad Pilatum perductus est, demissum in eum Christi Spiritum evolasse. Sed neque maternum illud semen quicquam esse perpessum; quod nihilo magis patibile sit, utpote spiritale, nec vel ipsi Conditori quidem aspectabile. Restat igitur ut illorum opinione Animalis ille Christus sit passus, itidemque et alter qui ex Incarnatione conflatus est. Quod non sine mysterio perfectum est, ut summi illius Christi per eum Mater imaginem exhiberet, qui in Cruce distentus Achamothem substantiae informatione perpolivit; haec enim omnia superiornm illorum figuram continere. Quae vero animae Achamothis semine sint aspersae, eas ceteris esse meliores, atque impensius a Conditore diligi; qui eius tamen rei caussam non intelli-

7. ἵνα *cod. Ven.*

8. ἐπεδείξη *ed. princ., quod vitium ex cod. Vaticani auctoritate a Petavio sublatum est.*

9. δι' αὐτοῦ *emendant Petavius, Massuetus aliique, secundum Vet. Interpretem.*

10. ἐπεκτανθέντος *cod. Ven.*

11. λοιπῶν δύο. καὶ *cod. Ven.*

μὴ εἰδότος τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ λογιζομένου εἶναι τοιαύτας. pag. 192. Διὸ καὶ εἰς προφήτας, φασὶν, ἔτασσεν [12] αὐτοὺς, καὶ ἱερεῖς, καὶ βασιλεῖς, καὶ πολλὰ ὑπὸ τοῦ σπέρματος τούτου εἰρῆσθαι διὰ τῶν προφητῶν ἐξηγοῦνται, ἅτε ὑψηλοτέρας φύσεως [13] ὑπάρχοντος. Πολλὰ δὲ καὶ τὴν Μητέρα περὶ τῶν ἀνωτέρω εἰρηκέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τούτου καὶ τῶν ὑπὸ τούτου γενομένων ψυχῶν. Καὶ λοιπὸν τέμνουσι τὰς προφητείας τὸ μέν τι ἀπὸ τῆς Μητρὸς εἰρῆσθαι θέλοντες, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ σπέρματος, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰησοῦν ὡσαύτως τὸ μέν τι ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρηκέναι, τὸ δέ τι ἀπὸ τῆς Μητρὸς, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, καθὼς ἐπιδείξομεν [14] ἔτι προϊόντος ἡμῖν τοῦ λόγου. Τὸν δὲ Δημιουργὸν, ἅτε ἀγνοοῦντα τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, κινεῖσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, καταπεφρονηκέναι δὲ αὐτῶν ἄλλοτε ἄλλην αἰτίαν νομίσαντα, [15] ἢ τὸ πνεῦμα τὸ προφητεῦον, ἔχον καὶ αὐτὸ ἰδίαν τινὰ κίνησιν, ἢ τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὴν προσπλοκὴν [16] τῶν χειρόνων, καὶ οὕτως ἀγνοοῦντα διατετελεκέναι ἄχρι τῆς παρουσίας [17] τοῦ κυρίου. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Σωτῆρος μαθεῖν αὐτὸν παρ' αὐτοῦ πάντα λέγουσι, καὶ ἄσμενον αὐτῷ προσχωρήσαντα μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἑκατόνταρχον, λέγοντα τῷ Σωτῆρι, Καὶ γὰρ ἐγὼ ὑπὸ τὴν ἐμαυτοῦ ἐξουσίαν ἔχω στρατιώτας καὶ δούλους, καὶ ὃ ἐὰν προστάξω ποιοῦσι. Τελέσειν δὲ αὐτὸν τὴν κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίαν μέχρι τοῦ δέοντος καιροῦ, μάλιστα δὲ διὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιμέλειαν, [18] ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἑτοιμασθέντος αὐτῷ ἐπάθλου, ὅτι εἰς τὸν τῆς Μητρὸς τόπον χωρήσει.

Κεφ κε'. Ἀνθρώπων δὲ τρία γένη ὑφίστανται, πνευματικὸν, χοϊκὸν, ψυχικὸν, καθὼς ἐγένοντο Κάϊν, Ἄβελ, [1] Σὴθ, καὶ ἐκ τούτων τὰς τρεῖς φύσεις, οὐκέτι [2] καθ' ἕνα, ἀλλὰ κατὰ γένος. Καὶ τὸ μὲν χοϊκὸν εἰς φθορὰν χωρεῖν, καὶ τὸ ψυχικὸν, ἐὰν [3] τὰ βελτίονα ἕληται, ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ ἀναπαύεσθαι, ἐὰν δὲ τὰ χείρω, χωρήσειν καὶ αὐτὸ πρὸς τὰ ὅμοια· τὰ δὲ πνευματικὰ, [4] ἃ ἐγκατασπείρει ἡ Ἀχαμὼθ, ἔκτοτε ἕως τοῦ νῦν δικαίαις ψυχαῖς παιδευθέντα ἐνθάδε καὶ [5] ἐκτραφέντα, διὰ τὸ νήπια [6] ἐκπεπέμφθαι, ὕστερον τελειότητος ἀξιωθέντα νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς τοῦ Σωτῆρος Ἀγγέλοις δογματίζουσι, τῶν pag. 193. ψυχῶν αὐτῶν [7] κατ' ἀνάγκην [8] ἐν μεσότητι μετὰ τοῦ Δημιουργοῦ ανα-

12. αὐτὰς· *correxit Massuetus, secundum Vet. Interpretem, et Tertull. adv. Valent. cap.* 29.
13. *Ita cod. Ven. Vulgo* ὑπάρχουσας.
14. ἔτι *adieci ex cod. Veneto.*
15. ἤτοι *cod. Ven.*
16. *Ita correxi ex Interprete Latino. Nam Graeci libri omnes tuentur* τῶν γειρων, *quod mendum esse nemo non videt.*
17. τοῦ κυρίου. Ἐλθόντος δὲ *om. cod. Ven.*
18. ἀλλὰ *om. cod. Ven. Nec Vet. Interpr. eam particulam agnoscit.*

Cap. XXV. — 1. *Vet. Interpres habet* Seth, ut et ex his ostendant tres naturas *cett., uti videatur eum legisse* ἵνα ἐπιδείξωσι καὶ ἐκ τούτων *cett.*
2. καθ' ἕνα *cod. Ven., et Vet. Interpres,*

gens ex sese illas eiusmodi esse putet. Quamobrem prophetas ex iis, vel sacerdotes, vel reges instituit, ac pleraque a prophetis pronunciata de isto semine interpretantur, quasi illorum animae naturae cuiusdam sublimioris extiterint. Quinetiam de coelestibus multa disputasse Matrem, deque animis quos vel ille vel qui ab illo oriundi sunt produxerunt. Unde et prophetarum vaticinia ita partiuntur, quaedam ut effata Matris esse velint, alia ab semine, alia a Conditore profecta. Ipsum etiam Iesum partim a Salvatore tradita, partim a Matre, partim denique a Conditore dixisse, id quod in sequentibus ostendemus. Conditorem vero eorum quae supra se erant ignarum, iis sane quae commemoravimus fuisse commotum, sed eadem contempsisse nihilominus, et alias aliam esse caussam existimasse, sive prophetico afflatu praeditum spiritum, quod proprio quodam motu cietur, sive hominem, sive deteriorum complexionem. In eaque tamdiu ignoratione versatum quoad Dominus advenerit. Simul enim ac Salvator accessit, ab eo cuncta didicisse putant, et ad eum libenter cum omnibus suis copiis transiisse, eumque illum esse Centurionem qui in evangelio ita Salvatorem alloquitur: *Nam et ego in mea potestate haboo milites, et servos, et quodcumque imperavero perficiunt.* Matth. 8, 9. Luc. 7, 8. Addunt mundi illum procurationi ad idoneum usque tempus praefuturum, praesertim ob Ecclesiae administrationem, eiusque praemii cognitionem, quod eidem est constitutum, nimirum ut ad Matris sedem evehatur.

Cap. XXV. Hominum porro tria genera statuuntur, Spiritale, Terrenum, Animale, quae in Caino, Abele ac Setho cernuntur. A quibus totidem naturae non iam in singulis, sed per genera propagatae sunt. Ex iis Terrenum corruptione dissolvi, Animale vero, si se potioribus dediderit, medioeri in regione conquiescere, sin deteriora eligat, ad similia transferri. Spiritalia denique, quae quidem Achamoth conseverit, ex illo tempore in hodiernum usque piarum animarum disciplinae commissa et educata, quod adhuc infantia missa sint, postea ubi perfectionem adepta fuerint, Salvatoris Angelis matrimonio collocari, cum interim animae ipsae cum Conditore necessario

qui habet: iam non secundum unumquemque. *Vulgo* καθ᾽ ἓν *extat.*

3. τὲ *cod. Ven.*

4. *Ita restitui partim ex cod. Veneto, qui habet* πνευματικὰ ἐγκατασπείρει, *consentiente Vet. Interprete, qui* Spiritalia vero inseminat Achamoth *vertit. Vulgo extat* ἃ ἂν κατασπείρῃ.

5. τραφέντα *cod. Ven.*

6. ἐκπέμπεσθαι *cod. Ven.*

7. ἐν μεσότητι κατ᾽ ἀνάγκην *editi libri et cod. Vatic. Delevi illud* ἐν μεσότητι *ex auctoritate cod. Veneti.*

8. *Hoc alterum* ἐν μεσότητι *delet liber Vaticanus.*

παυσαμένων εἰς τὸ παντελές. Καὶ αὐτὰς μὲν τὰς [9] ψυχὰς πάλιν ὑπομερίζοντες λέγουσιν ἃς μὲν φύσει ἀγαθὰς, ἃς δὲ φύσει πονηρὰς, καὶ τὰς μὲν ἀγαθὰς ταύτας εἶναι τὰς δεκτικὰς τοῦ σπέρματος γινομένας, τὰς δὲ φύσει πονηρὰς μηδέποτε ἂν ἐπιδέξασθαι ἐκεῖνο τὸ σπέρμα.

Κεφ. κϛ'. Τοιαύτης δὲ τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν οὔσης, ἣν οὔτε προφῆται ἐκήρυξαν, οὔτε ὁ κύριος ἐδίδαξεν, οὔτε ἀπόστολοι παρέδωκαν, ἣν περὶ τῶν ὅλων αὐχοῦσι πλεῖον τῶν ἄλλων ἐγνωκέναι, ἐξ ἀγράφων ἀναγινώσκοντες, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, Ἐξ ἄμμου σχοινία πλέκειν, ἐπιτηδεύοντες, ἀξιοπίστως προσαρμόζειν πειρῶνται τοῖς εἰρημένοις, ἤτοι παραβολὰς κυριακὰς, ἢ ῥήσεις προφητικὰς, ἢ λόγους ἀποστολικοὺς, ἵνα τὸ πλάσμα αὐτῶν μὴ ἀμάρτυρον εἶναι δοκῇ, τὴν μὲν τάξιν καὶ τὸν εἱρμὸν τῶν γραφῶν ὑπερβαίνοντες, καὶ [1] ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς λύοντες τὰ μέλη τῆς ἀληθείας. Μεταφέρουσι δὲ καὶ μεταπλάττουσι, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου ποιοῦντες ἐξαπατῶσι πολλοὺς τῇ τῶν ἐφαρμοζομένων κυριακῶν λογίων [2] κακοσυνθέτων φαντασίᾳ. Ὅνπερ τρόπον εἴ τις βασιλέως εἰκόνος καλῆς κατεσκευασμένης [3] ἐπιμελῶς ἐκ ψηφίδων ἐπισήμων ὑπὸ σοφοῦ τεχνίτου λύσας τὴν ὑποκειμένην τοῦ ἀνθρώπου ἰδέαν [4] μετενέγκοι τὰς ψηφίδας ἐκείνας καὶ μεθαρμόσοι καὶ ποιήσει μορφὴν κυνὸς ἢ ἀλώπεκος, καὶ [5] ταύτην φαύλως κατεσκευασμένην, ἔπειτα διορίζοιτο καὶ λέγοι ταύτην εἶναι τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνην εἰκόνα τὴν καλὴν ἣν ὁ σοφὸς τεχνίτης κατεσκεύασε, δεικνὺς τὰς ψηφίδας τὰς καλῶς ὑπὸ τοῦ τεχνίτου τοῦ πρώτου εἰς τὴν [6] τοῦ βασιλέως [7] εἰκόνα [8] συντεθείσας, καλῶς δὲ ὑπὸ τοῦ [9] ὑστεροῦ εἰς κυνὸς μορφὴν μετενεχθείσας, καὶ διὰ τῆς τῶν ψηφίδων φαντασίας μεθοδεύοι τοὺς ἀπειροτέρους, τοὺς κατάληψιν βασιλικῆς μορφῆς οὐκ ἔχοντας, καὶ πείθοι ὅτι αὕτη ἡ σαπρὰ τῆς ἀλώπεκος ἰδέα ἐκείνη ἐστὶν ἡ καλὴ τοῦ βασιλέως εἰκὼν, — τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι γραῶν μύθους συγκαττύσαντες, [10] ἔπειτα ῥήματα καὶ λέξεις καὶ παραβολὰς ὅθεν καὶ πόθεν ἀποσπῶντες, ἐφαρμόζειν βούλονται τοῖς μύθοις [11] αὐτῶν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. Καὶ ὅσα μὲν [12] ἐντὸς τοῦ Πληρώματος ἐφαρμόζουσιν εἰρήκαμεν.

Κεφ. κζ'. pag. 191. Ὅσα δὲ καὶ τοῖς ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος αὐτῶν προσοικειοῦν πειρῶνται ἐκ τῶν γραφῶν, ἔστι τοιαῦτα. Τὸν κύριον ἐν τοῖς ἐσχάτοις τοῦ κόσμου χρόνοις διὰ τοῦτο ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ πάθος λέγουσιν, ἵν' ἐπιδείξῃ τὸ περὶ τὸν ἔσχατον τῶν Αἰώνων γεγονὸς πάθος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ τέλους ἐμφήνῃ τὸ τέλος τῆς περὶ τοὺς Αἰῶνας πραγματείας·

9. ψυχὰς *cod. Venet., conspirans cum Vet. Interprete. Reliqui libri* ψυχικάς.

Cap. XXVI. — 1. οἷον *cod. Ven.*

2. *Ita cod. Ven. Voc.* φαντασίᾳ *tuentur etiam codd. Colbert. et Bodl. Ephraemi. V. Grabii et Massueti adnotata. Vulgo extat in libris* κακοσυνθέτῳ σοφίᾳ. *Vet. Interpres habet* quae aptant ex dominicis eloquiis male composito phantasmati.

3. ἐπιμελῶς, *quod vulgo desideratur, adieci de auctoritate cod. Veneti. Tuentur etiam codd. Colb. et Bodl. Ephraemi apud*

medio in loco sese contineant. Praeterea Animas iterum hoc modo dividunt. Quasdam enim natura bonas, alias natura malas esse: bonas eiusmodi esse quae ad excipiendum semen idoneae sint, quod malae nullo modo possunt percipere.

Haec est illorum doctrina, quam neque prophetae praedicarunt, neque dominus tradidit, nec apostoli reliquerunt. Qua quidem minime scripta ex auditione sic arrepta, ut quod in proverbio est, funem ex arena texere conentur; plus se ceteris de universorum natura scire gloriantur. Ad ea vero quae diximus comprobanda quaedam e sacris literis accommodant; cuiusmodi sunt usurpatae a domino parabolae, aut propheticae sententiae, aut apostolorum verba, ne confictae ab iis fabulae prorsus testimonio carere videantur. Quamquam divinorum oraculorum ordinem seriemque conturbant, ac quoad in ipsis situm est, veritatis, ut ita dicam, membra dissolvunt. Nam in alienum locum translata ac commutata pleraque et alia ex aliis facta sic proferunt, ut divinarum sententiarum, quas accommodant, callido quodam artificiosoque contextu multos in errorem inducant. Quemadmodum si imperatoris imago pulcherrimis ex tesserulis a perito quodam artifice fuerit elaborata, ac quispiam, hominis effigie dissoluta, ac transpositis aliterque collocatis tesserulis, canis aut vulpeculae speciem exprimat, ne eam quidem recte compositam, tum affirmet hoc ipsum esse egregium imperatoris simulacrum ab eximio artifice affabre factum, ostendat et illas ab eodem ad referendam principis figuram coagmentatas tesserulas, a se vero postea caninam in formam translatas, atque eiusmodi tesserularum specie imperitis illudat, qui principis imaginem nondum animo conceperint, persuadeatque quam illi vident turpem vulpis effigiem praeclaram illam imperatoris esse statuam: sic isti ad ridiculas anilesque quas consuunt nugas corrogata hinc et illinc verba et parabolas trahunt ac divina responsa fabulis suis illigare contendunt. Ex quibus quae ad Pleroma pertinere videntur paulo ante retulimus. Cap. XXVI.

Quae vero ad ea quae extra Pleroma sunt sacris ex literis accommodant, eiusmodi fere sunt. Christum dominum postremis mundi temporibus patiendi gratia advenisse dicunt, ultimi ut Aeonis casum ac calamitatem ostenderet, ac totius Aeonum negotii exitum suo Cap. XXVII.

Grabium, et Vet. Interpres.

4. *Ita codd. Ven. Rhedig. Paris., et Colb. Ephraemi.* μετενέγκει *ed. princ., et cod. Bodl. Ephraemi.* μετενέγκῃ *ed. Petav.*

5. ταύτης φαύλως κατεσκευασμένης *Ephraemi codd. Colb. et Bodl.*

6. τοῦ *om. cod. Ven.*

7. ἐκείνην εἰκόνα *auget cod. Ven.*

8. συντελεσθείσας *Ephraemi cod. Bodl.*

9. δευτέρου *Ephraemi codd. Bodl. et Colb.*

10. διά τε ῥημάτων καὶ λέξεων καὶ παραβολῶν *Ephraemi codd. Bodl. et Colb.*

11. ἑαυτῶν *Ephraemi codd. Bodl. et Colb.*

12. *Ita cod. Ven. Vulgo* ἐν τοῖς.

τὴν δὲ δωδεκαετῆ παρθένον ἐκείνην τὴν τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατέρα, ἣν ἐπιστὰς ὁ κύριος ἐκ νεκρῶν ἤγειρε, τύπον εἶναι διηγοῦνται τῆς Ἀχαμὼθ, ἣν [1] ἐπεκταθεὶς ὁ Χριστὸς [2] αὐτῶν ἐμόρφωσε, καὶ εἰς αἴσθησιν ἤγαγε τοῦ καταλιπόντος [3] αὐτὴν φωτός. Ὅτι δὲ αὐτῇ ἐπέφανεν ὁ Σωτὴρ ἐκτὸς [4] οὔσῃ τοῦ Πληρώματος, ἐν ἐκτρώματος μοίρᾳ, τὸν Παῦλον λέγουσιν εἰρηκέναι ἐν τῇ [5] πρώτῃ πρὸς Κορινθίους, Ἔσχατον δὲ πάντων ὡςπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. Τήν τε μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν τοῦ Σωτῆρος παρουσίαν πρὸς τὴν Ἀχαμὼθ ὁμοίως πεφανερωκέναι αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ εἰπόντα, Δεῖ τὴν γυναῖκα κάλυμμα ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς Ἀγγέλους. Καὶ ὅτι ἥκοντος τοῦ Σωτῆρος πρὸς αὐτὴν δι' αἰδῶ κάλυμμα ἐπέθετο [6] ἡ Ἀχαμὼθ, Μωσέα πεποιηκέναι φανερὸν, κάλυμμα θέμενον ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Καὶ τὰ πάθη δὲ αὐτῆς, ἃ ἔπαθεν, ἐπισεσημειῶσθαι τὸν κύριον φάσκουσιν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, Ὁ θεός μου εἰς τί ἐγκατέλιπές με; μεμηνυκέναι αὐτὸν ὅτι ἀπελείφθη ἀπὸ τοῦ φωτὸς ἡ Σοφία, καὶ ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ Ὅρου τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς· τὴν δὲ λύπην αὐτῆς ἐν τῷ εἰπεῖν, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου [7] ἕως θανάτου· τὸν δὲ φόβον ἐν τῷ εἰπεῖν, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον· καὶ τὴν ἀπορίαν δὲ ὡςαύτως ἐν τῷ εἰρηκέναι, Καὶ τί εἴπω οὐκ οἶδα. Τρία δὲ γένη ἀνθρώπων οὕτως δεδειχέναι διδάσκουσιν αὐτὸν, τὸν μὲν ὑλικὸν ἐν τῷ [8] ἀποκριθῆναι τῷ λέγοντι, Ἀκολουθήσω σοι; Οὐκ ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι· τὸ δὲ ψυχικὸν ἐν τῷ εἰρηκέναι τῷ εἰπόντι, Ἀκολουθήσω σοι, ἐπίτρεψον δέ μοι πρῶτον ἀποτάξασθαι [9] τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ μου, Οὐδεὶς ἐπ' ἄροτρον τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω βλέπων, εὔθετός ἐστιν ἐν τῇ βα-
pag. 195. σιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Τοῦτον γὰρ λέγουσι [10] τὸν μέσον εἶναι. Κἀκεῖνον δὲ ὡςαύτως τὸν τὰ πλεῖστα μέρη τῆς δικαιοσύνης ὁμολογήσαντα πεποιηκέναι, ἔπειτα μὴ θελήσαντα ἀκολουθῆσαι, ἀλλὰ ὑπὸ πλούτου ἡττηθέντα πρὸς τὸ μὴ τέλειον γενέσθαι, καὶ τοῦτον τοῦ ψυχικοῦ γένους γεγονέναι θέλουσι. Τὸ δὲ πνευματικὸν ἐν τῷ εἰπεῖν, Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, σὺ δὲ πορευθεὶς διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· καὶ ἐπὶ Ζακχαίου τοῦ τελώνου εἰπὼν, Σπεύσας κατάβηθι, ὅτι σήμερον ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι· [11] τούτους γὰρ πνευματικοῦ γένους καταγγέλλουσι γεγονέναι. Καὶ τὴν τῆς ζύμης παραβολὴν, ἣν [12] ἡ γυνὴ ἐγκεκρυφέναι λέγεται εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, τὰ τρία γένη δηλοῦν λέγουσι. Γυναῖκα μὲν γὰρ τὴν Σοφίαν λέγεσθαι διδάσκουσιν, ἀλεύρου σάτα [13] δὲ τὰ τρία γένη τῶν ἀνθρώπων, πνευμα-

Cap. XXVII. — 1. ἐπεκτανθεὶς cod. Ven.
2. *Ita cod. Ven., consentiens cum Vet. Interprete. Vulgo* αὐτὸν.
3. αὐτὴν *ed. princ.*
4. *Ita cod. Ven., et Billius iam olim de coniectura. Vulgo* οὔσης.
5. πρώτῃ *addidi de cod. Ven., quocum consentit Vet. Interpr.*
6. ὁ ἀχαμὼθ *ed. pr.*
7. ἕως θανάτου *verba nec cod. Ven. agnoscit nec Vet. Interpr.*

illo exitu declararet. Deinde virginem illam archisynagogi filiam Luc. 8, 41.
duodecim annos natam, quam dominus accedens a morte revocavit,
Achamothis imaginem referre, quam extendens sese illorum Christus
effinxit, et luminis, quod eam destituerat, sensum indidit. Et quo-
niam huic adhuc extra Pleroma positae, velut abortivo cuidam, Sal-
vator apparuit, Paulum putant ad Corinthios scribentem haec usur-
passe: *Novissime autem omnium velut abortivo visus est et mihi.* Sed 1. Cor. 15, 8.
et eadem in epistola Salvatoris cum aequalibus suis ad Achamothem
accessum significasse, cum dixit, *Oportet mulierem velato esse capite,* 1. Cor. 11, 10.
propter angelos. Eandem illam Achamothem ad adventum Salvatoris
pudore affectam velo caput obduxisse, declaratum a Mose, cum fa- Exod 34, 29.
ciem obtegeret. Nam illas quas est perpessa calamitates animique
commotiones dominum ferunt in cruce demonstrasse. Velut cum
dixit, *Deus meus quare dereliquisti me?* ostendisse Sapientiam a lu- Matth. 27, 46.
mine destitutam, et ab Horo ne ultra pergeret prohibitam: eiusdem
vero dolorem, cum dixit, *Tristis est anima mea usque ad mortem:* Matth. 26, 38.
timorem, cum ita patrem allocutus est: *Pater si possibile est, transeat*
a me calix iste: ita consilii inopiam his verbis: *Et quid dicam nescio.* Ioann. 12, 27.
Quod ad tria spectat hominum genera, sic illum indicasse conten-
dunt: materiae quidem affixum, cum interroganti, *Num te sequar?* Luc. 9, 57.
respondit, *Non habet filius hominis ubi caput reclinet:* animalem
autem, cum ei qui dixerat, *Sequar te, sed permitte mihi prius ut re-*
nunciem iis quae in domo mea sunt, ita locutus est: *Nemo mittens ma-* Matth. 19, 16.
num ad aratrum, et aspiciens retro, aptus est regno dei. Hunc enim
mediae conditionis esse dicunt. Similiter eum qui se plerasque iusti-
tiae partes implesse dixerat, sed sequi noluerat, et quo minus per-
fectus esse vellet, divitiarum cupiditate fuerat infractus, hunc ipsum
ex animali genere fuisse volunt. Spiritalem demum eo dicto com-
prehensum: *Sine mortuos sepelire mortuos suos; tu autem abiens prae-* Luc. 9, 60.
dica regnum dei. Item cum Zachaeo publicano dixit, *Festinans de-* Luc. 19, 5.
scende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Istos enim omnes
e spiritali genere extitisse narrant. Quin etiam fermenti parabolam,
quod abscondisse mulier in farinae satis tribus legitur, triplex illud Matth. 13.
genus indicare. Siquidem mulierem istam Sapientiam, farinae sata
tria hominum esse genera, spiritale, animale, terrenum. Fermenti

8. ἀποκριθῆναι τῷ λέγοντι *recepi ex cod. Ven., qui tuetur scripturam codd. Vet. Interpretis* quod responderit dicenti *cett. Vulgo extat* εἰπεῖν τῷ ἐρωτήσαντι. *Cod. Vatic. habere videtur* ἐν τῷ ἐρωτήσαντι, *omissis vocabulis* εἰπεῖν τῷ.

9. τοῖς οἰκείοις, Οὐδεὶς *cett. habet cod. Ven.*

10. τῶν μέσων *videtur legisse Vet. Interpres, qui vertit* Hunc autem dicunt de mediis esse.

11. τούτου *cod. Ven. Vet. Interpres haec verba plane omisit.*

12. ἡ *om. cod. Ven.*

13. δὲ *particulam adieci primum de auctoritate cod. Ven.*

τικὸν, ψυχικὸν, χοϊκόν· ζύμην δὲ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα εἰρῆσθαι διδάσκουσι. Καὶ τὸν Παῦλον [14] διαῤῥήδην εἰρηκέναι χοϊκοὺς, ψυχικοὺς, πνευματικούς· ὅπου μὲν, Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· ὅπου δὲ, Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· ὅπου δὲ, Πνευματικὸς ἀνακρίνει [15] πάντα. Τὸ δὲ, Ψυχικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος, ἐπὶ τοῦ Δημιουργοῦ φασιν εἰρῆσθαι, ὃν ψυχικὸν ὄντα μὴ ἐγνωκέναι μήτε τὴν Μητέρα πνευματικὴν οὖσαν, μήτε τὸ σπέρμα αὐτῆς, μήτε τοὺς ἐν [16] τῷ Πληρώματι Αἰῶνας. [17] Ὅτι δὲ ὧν ἤμελλε σώζειν ὁ Σωτὴρ τούτων τὰς ἀπαρχὰς ἀνέλαβε, [18] τὸν Παῦλον εἰρηκέναι, Καὶ ἡν ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· ἀπαρχὴν μὲν τὸ πνευματικὸν εἰρῆσθαι διδάσκοντες, φύραμα δὲ ἡμᾶς, τουτέστι τὴν ψυχικὴν ἐκκλησίαν, ἧς τὸ φύραμα ἀνειληφέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ [19] συνανεστηκέναι, ἐπειδὴ ἦν αὐτὸς ζύμη.

Κεφ. κη΄. Καὶ ὅτι ἐπλανήθη ἡ Ἀχαμὼθ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος, καὶ ἐμορφώθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνεζητήθη ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, μηνύειν αὐτὸν λέγουσιν ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ πεπλανημένον [1] πρόβατον. Πρόβατον μὲν γὰρ πεπλανημένον τὴν Μητέρα αὐτῶν ἐξηγοῦνται λέγεσθαι, ἐξ ἧς τὴν ὧδε θέλουσιν ἐσπάρθαι Ἐκκλησίαν· πλάνην δὲ τὴν ἐκτὸς Πληρώματος ἐν τοῖς πάθεσι διατριβὴν, ἐξ ὧν γεγο-
pag. 196. νέναι τὴν ὕλην ὑποτίθενται. Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν σαροῦσαν τὴν οἰκίαν καὶ εὑρίσκουσαν τὴν δραχμὴν τὴν ἄνω Σοφίαν διηγοῦνται λέγεσθαι, ἥτις ἀπολέσασα τὴν Ἐνθύμησιν αὐτῆς, ὕστερον καθαρισθέντων πάντων διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, εὑρίσκει αὐτήν. Διὸ καὶ ταύτην ἀποκαθίστασθαι κατ' αὐτοὺς ἐντὸς Πληρώματος. Συμεῶνα τὸν εἰς τὰς ἀγκάλας λαβόντα τὸν Χριστὸν, καὶ εὐχαριστήσαντα [2] αὐτῷ καὶ εἰπόντα, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ, τύπον εἶναι τοῦ Δημιουργοῦ λέγουσιν, [3] ὃς ἐλθόντος τοῦ Σωτῆρος ἔμαθε τὴν μετάθεσιν αὐτοῦ, καὶ ηὐχαρίστησε τῷ Βυθῷ. Καὶ διὰ τῆς [4] Ἄννης τῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κηρυσσομένης προφήτιδος ἑπτὰ ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἐζηκυίας, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον χήρας [5] μεμενηκυίας, ἄχρις οὗ τὸν Σωτῆρα ἰδοῦσα ἐπέγνω αὐτὸν, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι, φανερώτατα τὴν Ἀχαμὼθ μηνύεσθαι διορίζονται, ἥτις πρὸς ὀλίγον ἰδοῦσα τὸν Σωτῆρα μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ, τῷ λοιπῷ χρόνῳ παντὶ [6] μένουσα ἐν τῇ μεσότητι προσεδέχετο αὐτὸν, πότε πάλιν ἐλεύσεται, καὶ [7] ἀποκαταστήσει αὐτὴν τῇ αὐτῆς συζυγίᾳ. Καὶ τὸ ὄνομα δὲ αὐτῆς μεμηνύσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ εἰρηκέναι, Καὶ ἐδικαιώθη

14. διαῤῥήδην *addidit primum Petavius de cod. Vatic.*
15. τὰ πάντα *cod. Ven.*
16. τῷ *non habet cod. Ven.*
17. *Ita rescripsi secundum Vet. Interpretem, postulante sententia. Vulgo extat* Ὅτι ἰδὼν ἤμελλε *cett.*
18. τὸν *non habet cod. Ven.*
19. *Hanc Grabii coniecturam firmat cod. Venetus, qui habet* συνανεστακέναι. *Vulgo extat* συνανεσταλκέναι. *Vet. Interpres vertit* et cum semetipso erexisse.

porro nomine Salvatorem ipsum appellari. Sic etiam terrenos, animales ac spiritales a Paulo homines esse commemoratos, partim his verbis: *Qualis terrenus, tales et terreni:* partim istis: *Animalis homo* 1. Cor. 15, 48. *non percipit ea quae sunt spiritus:* partim denique cum ait, *Spiritalis* Ibid. 2, 14. *omnia diiudicat.* Ex quibus primum illud, *Animalis non percipit ea* Ibid. 2. 15. *quae sunt spiritus*, ad Conditorem putant pertinere, qui cum sit animalis, neque Matrem, utpote Spiritalem, cognoscit, neque stirpem ipsius, nec Aeones illos qui Pleromate continentur. Quod autem eorum, quibus salutem erat allaturus, primitias Salvator susceperit, ob id pronunciasse Paulum, *Et si primitiae sanctae, et massa:* ubi Rom. 11. 16. primitias ad id quod est spiritale referunt, massam ad nos, hoc est animalem Ecclesiam; cuius massam ab illo susceptam, in illoque contractam, quandoquidem erat ipse fermentum.

De Achamothe porro, eam extra Pleroma aberrantem a Christo Cap. XXVIII. fuisse formatam, et ab eodem quaesitam, ipsummet ostendisse, cum Matth. 15, 24. dixit venisse se ad ovem quae erraverat. Esse enim errantem ovem Matrem illam suam interpretantur, a qua nostra haec ecclesia consita fuerit. Errorem vero illius inter perturbationes ipsas extra Ple- Luc. 15, 8. roma commorationem, unde materiae originem arcessunt. Nam mulierem illam quae domum everrit et drachmam invenit ad coelestem Sapientiam transferunt, quae Enthymesin quam amiserat postea repurgatis omnibus per adventum Salvatoris recuperavit, ob idque Pleromati censent esse restitutam. Symeonem illum praeterea, qui Christum in ulnis gestaverit, eique gratias his verbis egerit: *Nunc* Luc. 2, 28. *dimittis servum tuum, domine, secundum verbum tuum in pace*, Conditoris imaginem referre dicunt, qui adveniente Salvatore ipsius transportationem didicerit, ac Bytho gratias egerit. Ad haec per Annam illam, quae prophetissa in evangelio praedicatur, quaeque septem annos cum viro vixisse, reliquum vero tempus omne in viduitate egisse dicitur, donec Salvatore conspecto et ipsum agnoverit, et apud omnes de eo locuta sit, manifestissime Achamothem adumbrari confirmant, quae ubi Salvatorem cum eius aequalibus raptim adspexisset, deinceps toto insequenti tempore media in regione consistens dum iterum rediret expectaverit, ac se coniugio suo restitueret. Cuius etiam nomen a Salvatore hisce verbis expressum: *Et* Luc. 7, 35.

Cap. XXVIII. — 1. *Voc.* πρόβατον *hic om. omnes libri. Adieci sententia cum postularet de Vet. Interprete.*

2. τῷ χριστῷ *pro* αὐτῷ *habet cod. Ven. Vet. Interpr. legisse videtur* τῷ θεῷ.

3. *Ita cod. Ven., et Vet. Interpres. Vulgo* ὡς.

4. Ἄννας *cod. Ven.*

5. μεμενηκυίας *reposui ex cod. Ven. Vulgo extat enim* μενούσης. *Vet. Interpres vertit* perseverasse.

6. *Ita cod. Ven., conspirans cum Vet. Interprete. Vulgo* μὲν οὖσα.

7. ἀποκαταστάσει *cod. Ven.*

ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς· καὶ ὑπὸ Παύλου δὲ οὕτως, Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. Καὶ τὰς συζυγίας δὲ τὰς ἐντὸς Πληρώματος τὸν Παῦλον εἰρηκέναι φάσκουσιν [8] ἐπιεικῶς δείξαντα. Περὶ γὰρ τῆς περὶ τὸν βίον συζυγίας γράφων ἔφη, Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν.

Κεφ. κθ'. Ἔτι τε Ἰωάννην τὸν μαθητὴν τοῦ κυρίου διδάσκουσι τὴν πρώτην Ὀγδοάδα μεμηνυκέναι αὐταῖς λέξεσι, λέγοντες οὕτως· Ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ κυρίου βουλόμενος εἰπεῖν τὴν τῶν ὅλων γένεσιν, καθ' ἣν τὰ πάντα προέβαλεν ὁ Πατὴρ, ἀρχήν τινα ὑποτίθεται τὸ πρῶτον γεννηθὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, [1] ὃ δὴ καὶ Υἱὸν καὶ Μονογενῆ Θεὸν κέκληκεν, [2] ἐν ᾧ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ προέβαλε σπερματικῶς. Ὑπὸ δὲ τούτου φησὶ τὸν Λόγον προβεβλῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην τῶν Αἰώνων οὐσίαν, ἣν αὐτὸς ὕστερον ἐμόρφωσεν ὁ Λόγος. Ἐπεὶ οὖν περὶ πρώτης γενέσεως λέγει καλῶς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, τουτέστι τοῦ [3] Θεοῦ καὶ τοῦ Λόγου, τὴν
pag. 197. διδασκαλίαν ποιεῖται. Λέγει δὲ οὕτως, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὕτως ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. Πρότερον διαστείλας τὰ τρία, Θεὸν, καὶ Ἀρχὴν, καὶ Λόγον, πάλιν αὐτὰ ἑνοῖ, ἵνα καὶ τὴν προβολὴν ἑκατέρων αὐτῶν δείξῃ, τοῦ τε Υἱοῦ καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἅμα, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἕνωσιν. Ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ Ἀρχὴ, [4] ἐν δὲ τῇ Ἀρχῇ καὶ ἐκ τῆς Ἀρχῆς ὁ Λόγος. Καλῶς οὖν εἶπεν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἦν γὰρ ἐν τῷ υἱῷ· καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ γὰρ ἡ ἀρχή· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἀκολούθως, τὸ γὰρ ἐκ θεοῦ γεννηθὲν θεός ἐστιν. Οὕτως ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· ἔδειξε τὴν τῆς προβολῆς τάξιν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· πᾶσι γὰρ τοῖς μετ' αὐτὸν Αἰῶσι μορφῆς καὶ γενέσεως αἴτιος ὁ Λόγος ἐγένετο. Ἀλλὰ ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, φησὶ, ζωή ἐστιν, ἐνθάδε καὶ συζυγίαν ἐμήνυσε. Τὰ μὲν γὰρ ὅλα ἔφη δι' [5] αὐτοῦ γεγενῆσθαι, τὴν δὲ [6] ζωὴν ἐν αὐτῷ. Αὕτη οὖν ἡ ἐν αὐτῷ γενομένη οἰκειοτέρα ἐστὶν [7] ἐν αὐτῷ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· σύνεστι γὰρ αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ καρποφορεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπιφέρει, Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, ἄνθρωπον εἰπὼν ἄρτι καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὁμωνύμως τῷ Ἀνθρώπῳ ἐμήνυσεν, ὅπως διὰ τοῦ ἑνὸς [8] ὀνόματος δηλώσῃ τὴν τῆς συζυγίας [9] κοινωνίαν. Ἐκ γὰρ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς Ἄνθρωπος γίνεται καὶ Ἐκκλησία. Φῶς δὲ εἶπε τῶν ἀνθρώπων τὴν Ζωὴν διὰ τὸ [10] πεφωτίσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτῆς, ὃ δή ἐστι μεμορφῶσθαι καὶ πεφανε-

8. ἐπιεικῶς *recepi de auctoritate cod. Ven. Vulgata scriptura est* ἐπὶ ἑνὸς, *quam secutus est etiam Vet. Interpres vertens* in uno ostendentem.

Cap. XXIX. — 1. *Recepi cod. Veneti scripturam, quam expressit etiam Vet. Interpres secundum cod. Claromontani fidem et auctoritatem, in quo legitur* quod etiam nunc vocat et Filium et Unigenitum Deum vocat. *Epiphanii libri vulgo praebent* ὃν δὴ καὶ υἱὸν μονογενῆ καὶ θεὸν κέκλ.

2. ἐν τῷ *cod. Ven.*

3. υἱοῦ *videtur legisse Vet. Interpres.*

iustificata est sapientia a filiis eius. Velut a Paulo cum scripsit, *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Quem insuper coniugiorum quae intra Pleroma sunt mentionem in uno fecisse, cum de hominum inter se copulatione hunc in modum scripsit: *Sacramentum hoc magnum est: ego vero dico in Christo et ecclesia.* 1. Cor. 2, 6. Eph. 5, 32.

Cap. XXIX. Ioannem domini discipulum affirmant primam Ogdoadem nominatim demonstrasse. Sic enim disputant. Ioannes domini discipulus omnium rerum originem explicare cupiens, qua a Patre universa procreata sunt, principium statuit a deo genitum, quem et filium Unigenitum et deum appellat, per quem omnia Pater quodam veluti satu propagavit. Ab hoc productum esse Verbum asserit; per istud vero totam Aeonum naturam, quam ipsum postea Verbum informavit. Cum igitur de prima generatione sermonem instituat, recte a Principio, hoc est Deo Verboque docendi initium fecit. Ita porro scribit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Sic erat in Principio apud Deum.* Postquam tria illa discrevit, Deum, Principium et Verbum, rursus in unum connectit, ut utriusque, Filii videlicet ac Verbi, productionem amborumque cum inter se, tum cum Patre coniunctionem declaret. Siquidem in Patre atque ex Patre Principium est, in Principio vero et ex Principio Verbum. Praeclare igitur dixit, *In principio erat Verbum,* erat enim in Filio, et, *Verbum erat apud Deum,* erat enim et Principium, Et *Deus erat Verbum.* Consentanee omnino dictum. Quod enim a Deo genitum est, Deus est. Sic, *Erat in principio apud Deum,* productionis ordinem ostendit. *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Etenim Verbum omnibus, qui post se sunt, Aeonibus informationis ac propagationis auctor extitit. Verum, *Quod factum est,* inquit, *in ipso vita erat;* ubi et coniugium indicat. Nam omnia per ipsum facta esse dicit, vitam autem in ipso. Haec igitur quae in illo facta est, propius ad illum in ipso pertinet quam ea quae per ipsum facta sunt. Cum illo quippe versatur, ac per ipsum fructus emittit. Nam quia statim subiicit, *Et vita erat lux hominum,* eo ipso quod Hominem commemorat, eadem voce et Ecclesiam complectitur, ut coniugii societatem intelligas. Nam ex Verbo Vitaque Homo atque Ecclesia nascuntur. Ceterum lucem hominum idcirco vitam nominavit, quod ab ea illi collustrati sint, quod idem est ac Ioann. 1.

4. ἐν δὲ τῇ Ἀρχῇ *quae exciderant verba, quae tam ipsa sententia quam Vet. Interpres vindicat, ex cod. Ven. reposui.*

5. αὐτοῦ *codd. Ven. Rhedig. Reg. Editi libri habent* ἑαυτοῦ.

6. ζωὴν *non comparet in cod. Ven.*

7. ἐν *praepositionem delendam censuit Billius.*

8. νοήματος *cod. Ven.*

9. ὀνομασίαν *cod. Ven.*

10. πεφωτῆσθαι *cod. Ven.*

ρῶσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Παῦλος λέγει· Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἐφανέρωσε καὶ ἐγέννησε τόν τε Ἄνθρωπον καὶ τὴν Ἐκκλησίαν [11] ἡ Ζωὴ, φῶς εἰρῆσθαι αὐτῶν. Σαφῶς οὖν δεδήλωκεν ὁ Ἰωάννης διὰ τῶν λόγων τούτων τά τε ἄλλα, καὶ τὴν Τετράδα τὴν δευτέραν Λόγον καὶ Ζωὴν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε Τετράδα. Διηγούμενος γὰρ περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ λέγων πάντα τὰ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος δι' αὐτοῦ μεμορφῶσθαι, καρπὸν εἶναί φησιν αὐτὸν παντὸς τοῦ Πληρώματος. Καὶ γὰρ φῶς εἴρηκεν αὐτὸν τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαινόμενον, καὶ μὴ καταληφθὲν ὑπ' αὐτῆς, ἐπειδὴ πάντα [12] τὰ γενόμενα ἐκ τοῦ πάθους ἁρμόσας ἠγνοήθη ὑπ' [13] αὐτῶν. (pag. 198.) Καὶ υἱὸν δὲ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ ζωὴν λέγει αὐτὸν, καὶ λόγον σάρκα γενόμενον, Οὗ τὴν δόξαν ἐθεασάμεθα, φησὶ, καὶ ἦν ἡ δόξα αὐτοῦ, οἵα ἦν ἡ τοῦ μονογενοῦς ἡ ὑπὸ τοῦ πατρὸς δοθεῖσα αὐτῷ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Λέγει δὲ οὕτως· Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ἀκριβῶς οὖν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε Τετράδα, Πατέρα εἰπὼν καὶ Χάριν, καὶ τὸν Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν. Οὕτως ὁ Ἰωάννης περὶ τῆς πρώτης καὶ μητρὸς τῶν [14] ὅλων Αἰώνων Ὀγδοάδος εἴρηκε. Πατέρα γὰρ εἴρηκε καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν.

Κεφ. λ'. Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, τὴν μέθοδον ᾗ οἱ χρώμενοι φρεναπατοῦσιν ἑαυτοὺς, ἐπηρεάζοντες τὰς γραφὰς, τὸ πλάσμα αὐτῶν ἐξ αὐτῶν συνιστάνειν πειρώμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ [1] αὐτὸς παρεθέμην αὐτῶν τὰς λέξεις, ἵνα ἐξ αὐτῶν κατανοήσῃς τὴν πανουργίαν τῆς μεθοδείας, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς πλάνης. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ προέκειτο Ἰωάννῃ τὴν ἄνω Ὀγδοάδα [2] μηνύσαι, τὴν τάξιν ἂν [3] τετηρήκει τῆς [4] προβολῆς, καὶ [5] τὴν πρώτην Τετράδα σεβασμιωτάτην οὖσαν, καθὼς λέγουσιν, ἐν πρώτοις ἂν τεθείκει τοῖς ὀνόμασι, καὶ οὕτως [6] ἐπεζεύχει τὴν δευτέραν, ἵνα διὰ τῆς τάξεως τῶν ὀνομάτων ἡ τάξις [7] δειχθῇ τῆς Ὀγδοάδος, καὶ οὐκ ἂν μετὰ τοσοῦτον διάστημα, ὡς ἐκλελησμένος, ἔπειτα ἀναμνησθεὶς ἐπ' ἐσχάτῳ [8] τῆς πρώτης ἐμέμνητο Τετράδος. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας σημᾶναι θέλων καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας οὐκ ἂν παρέλιπεν ὄνομα, [9] ἀλλ' ἢ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συζυγιῶν ἠρκέσθη τῇ τῶν ἀρρένων προσηγορίᾳ, ὁμοίως δυναμένων κἀκείνων συνυπακούεσθαι, ἵνα τὴν ἑνότητα διὰ

11. ἡ Ζωὴ verba non habet cod. Ven.
12. τὰ, quod om. ed. princ., Petavius primum adiecit ex cod. Vaticano.
13. αὐτῶν cod. Ven., cum quo conspirat etiam Vet. Interpres. Et Grabius ita emendari voluit. Vulgata librorum scriptura est αὐτῆς.
14. ἄλλων cod. Ven.
Cap. XXX. — 1. αὐτὰς correxit Billius.
2. μηνύσαι cod. Ven. μηνύσειν reliqui libri.

Κεφ. ε'. Πάλιν δὲ δὴ τὸ ἓν μέρος, ὁ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ νόμος, διαιρεῖται εἰς τρία τινά, εἴς τε τὴν καθαρὰν νομοθεσίαν, τὴν ἀσύμπλοκον τῷ κακῷ, ὃς καὶ κυρίως Νόμος λέγεται, ὃν οὐκ ἦλθε καταλῦσαι ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ πληρῶσαι (οὐ γὰρ ἦν ἀλλότριος αὐτοῦ ὃν ἐπλήρωσεν, οὐ γὰρ εἶχε τὸ τέλειον), καὶ εἰς τὸ συμπεπλεγμένον τῷ χείρονι, καὶ [1] τῇ ἀδικίᾳ, ἣν ἀνεῖλεν ὁ σωτὴρ ἀνοίκειον ὄντα τῇ ἑαυτοῦ φύσει· διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ τυπικὸν καὶ συμβολικὸν, τὸ κατ' εἰκόνα [2] τῶν πνευματικῶν καὶ διαφερόντων νομοθετηθὲν, ὃ μετέθηκεν ὁ σωτὴρ ἀπὸ αἰσθητοῦ καὶ φαινομένου ἐπὶ τὸ πνευματικὸν καὶ ἀόρατον. Καὶ ἔστι μὲν ὁ τοῦ θεοῦ νόμος ὁ καθαρὸς καὶ ἀσύμπλοκος τῷ χείρονι αὐτὴ ἡ Δεκάλογος, οἱ δέκα λόγοι ἐκεῖνοι οἱ ἐν ταῖς δυσὶ πλαξὶ δεδιχασμένοι, εἴς τε ἀναίρεσιν τῶν [3] ἀφεκτέων καὶ εἰς πρόσταξιν τῶν ποιητέων, οἳ καίπερ καθαρὰν ἔχοντες τὴν νομοθεσίαν, μὴ ἔχοντες δὲ τὸ τέλειον, ἐδέοντο τῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος πληρώσεως· ὁ δέ ἐστι συμπεπλεγμένος τῇ ἀδικίᾳ, οὗτος ὁ κατὰ τὴν ἄμυναν καὶ ἀνταπόδοσιν τῶν προαδικησάντων κείμενος, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος ἐκκόπτεσθαι κελεύων, καὶ φόνον ἀντὶ φόνου ἀμύνασθαι. Οὐδὲν γὰρ ἧττον καὶ ὁ δεύτερος ἀδικῶν ἀδικεῖ, τῇ τάξει μόνον διαλλάσσων, τὸ αὐτὸ ἐργαζόμενος ἔργον. Τοῦτο δὲ [4] πρόσταγμα δίκαιον μὲν ἄλλως καὶ ἦν καὶ ἔστι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν νομοθετηθέντων ἐν παρεκβάσει τοῦ καθαροῦ νόμου τεθὲν, ἀνοίκειον δὲ [5] τῇ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων φύσει τε καὶ ἀγαθότητι· ἴσως δὲ τοῦτο κατάλληλον, ἐπάναγκες δὲ μᾶλλον. Ὁ γὰρ καὶ τὸν ἕνα φόνον οὐ βουλόμενος ἔσεσθαι ἐν τῷ λέγειν, Οὐ φονεύσεις, προστάξας τὸν φονέα ἀντιφονεύεσθαι, δεύτερον νόμον νομοθετῶν καὶ δυσὶ φόνοις βραβεύων, ὁ τὸν ἕνα ἀπαγορεύσας, ἔλαθεν ἑαυτὸν ὑπ' ἀνάγκης κλαπείς. Διὸ δὴ ὁ ἀπ' ἐκείνου παραγενόμενος υἱὸς τοῦτο τὸ μέρος τοῦ νόμου ἀνῄρηκεν, ὁμολογήσας καὶ αὐτὸς εἶναι τοῦ θεοῦ, ἔν τε τοῖς ἄλλοις

15. *Cod. Venet.* διδασκαλίαις.

Cap. V. — 1. *Ita emendarunt Petav. Grabius aliique pro* τὴν ἀδικίαν *quae vulgata est scriptura. Quid* ὃν *sibi velit emendatio a Petavio in marg. pro* ἣν *proposita equidem nondum potui assequi. Cod. Rhedig. habet* ἣν ἂν ἀνεῖλεν.

2. πνευματικῶν καὶ *rescripsi cum Petavio, e gemello huius capitis loco. Libri omnes habent* τῶν κατ' εἰκόνα διαφερόντων. *Quamquam Petavio* διαφερόντως *magis placuit. Grabius plane delendum esse censuit alterum illud* κατ' εἰκόνα.

3. ἀφεκτέων *scripsi cum Petavio pro* ἀφθέκτων, *quod. ed. princ. et cod. Rhedig. praebent, vel* ἀφθέγκτων, *quod rece-*

rum vestrorum. Hoc ipsum pronuntiavit Esaias, dicens, *Populus* Esai. 29, 13.
hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine caussa autem colunt me docentes doctrinas et mandata hominum. Ex iis liquet omnem illam esse legem divisam in partes tres, in eaque et Mosis ipsius et seniorum et dei mandata contineri. Atque haec universae legis a nobis instituta partitio illius nobis veritatem ostendit.

Sed ea pars legis, quae a deo profecta est, tria rursum in membra dividitur. Alia enim sunt sincera praecepta et ab omni mali permistione secreta, quae proprie lex appellatur, quam salvator non venit solvere, sed adimplere. Non enim a se erat aliena quam adimplevit; alioqui perfici implerique non posset. Alia sunt deterioribus implicata, qualis iniustitia est, quam salvator abhorrentem a natura sua funditus sustulit. Postremo alia sunt quae typica ac symbolica vocantur, hoc est umbrae quaedam praestantiorum et imagines; quod genus salvator ab eo quod sensibus expositum est et externum ad spiritale nec aspectabile convertit. Iam vero pura illa sinceraque lex dei, nec cum deteriore coniuncta, Decalogus est ipse, sive decem illa praecepta duabus distincta tabulis, quibus aut cavenda prohibentur aut facienda mandantur. Quae etsi pura sint ac liquida, tamen quod nondum perfecta sint, impleri a salvatore debuerant. Ad illud vero genus, quod iniustitiae aliquid habet, leges illae referendae sunt, quibus iniuriarum persecutio, eorumque qui priores nos laeserint, vindicatio praescribitur. Velut cum *Oculum pro oculo, dentem evelli pro dente, ac caedem caede* compensari praecipit. Neque enim minus iniuste agit qui id post alterum perpetrat, cum solius ordinis intersit, atque idem omnino facinus committat. Sed illud praeceptum alioqui iustum erat, et est modo, propter eorum infirmitatem quibus editum fuit, cum sit adversus sincerioris legis violationem praescriptum, licet a communis omnium parentis natura ac bonitate sit alienum; vel consentaneum potius est, sed necessitate quadam expressum. Nam qui vel unicum homicidium vetat fieri, dum ita statuit, Non occides, cum postea caedis auctorem vicissim interfici iubet ac secundam legem ferens duplicem caedem imperat, qui unam prohibuerat, ad ea necessitate coactus et imprudens decurrisse videtur. Atque ideo missus ab illo filius eam legis partem antiquavit quam quidem a deo latam et ipse confessus

Cap. V. — Matth. 5, 17. — Lev. 24, 20.

pit Petavius ex cod. Vatic. Etiam Cornarius vertit ad sublationem interdictorum. *Grabius retinet* ἀφθέγκτων *et vertit* nefandorum.

4. *Cod. Venet.* τὸ πρόσταγμα.

5. *Cod. Venet.* τῆς.

[6] καθαριθμεῖσθαι τῇ παλαιᾷ αἱρέσει, καὶ ἐν οἷς ἔφη ὁ θεὸς εἰπὼν, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω. Τὸ δέ ἐστι μέρος
pag. 220. αὐτοῦ τυπικὸν, τὸ κατ' εἰκόνα τῶν πνευματικῶν, καὶ [7] διαφερόντων κείμενον, [8] τὸ ἐν προσφοραῖς, λέγω, καὶ περιτομῇ, καὶ σαββάτῳ, καὶ νηστείᾳ, καὶ πάσχᾳ, καὶ ἀζύμοις, καὶ τοῖς τοιούτοις νομοθετηθέντα· Πάντα γὰρ ταῦτα εἰκόνες καὶ σύμβολα ὄντα τῆς ἀληθείας φανερωθείσης μετετέθη. Κατὰ μὲν τὸ φαινόμενον καὶ σωματικῶς ἐκτελεῖσθαι ἀνῃρέθη, κατὰ δὲ τὸ πνευματικὸν ἀνελήφθη, τῶν μὲν ὀνομάτων τῶν αὐτῶν μενόντων, ἐνηλλαγμένων δὲ τῶν πραγμάτων. Καὶ γὰρ [9] προσφορὰς προσφέρειν προσέταξεν ἡμῖν ὁ σωτὴρ, [10] ἀλλ' οὐχὶ τὰς δι' ἀλόγων ζώων, ἢ τούτων τῶν θυμιαμάτων, ἀλλὰ διὰ πνευματικῶν αἴνων καὶ δοξῶν καὶ εὐχαριστίας, καὶ διὰ τῆς εἰς τοὺς πλησίον κοινωνίας καὶ εὐποιΐας. Καὶ [11] περιτομῇ περιτετμῆσθαι ἡμᾶς βούλεται, ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἀκροβυστίας τῆς σωματικῆς, ἀλλὰ καρδίας τῆς πνευματικῆς. Καὶ τὸ σάββατον φυλάσσειν· ἀργεῖν γὰρ θέλει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν πονηρῶν. Καὶ νηστεύειν δὲ, [12] ἀλλ' οὐ τὴν σωματικὴν [13] βούλεται νηστείαν ἡμᾶς νηστεύειν, ἀλλὰ τὴν πνευματικὴν, ἐν ᾗ ἐστιν ἀποχὴ πάντων τῶν φαύλων. Φυλάσσεται μεντοί γε καὶ παρὰ τοῖς ἡμετέροις ἡ κατὰ τὸ φαινόμενον νηστεία, ἐπεὶ καὶ ψυχῇ τι συμβάλλεσθαι δύναται αὕτη μετὰ λόγου γινομένη, ὁπότε μηδὲ διὰ τὴν πρός τινας μίμησιν γίνεται, μήτε διὰ τὸ ἔθος, μήτε διὰ τὴν ἡμέραν, ὡς ὡρισμένης [14] εἰς τοῦτο ἡμέρας· ἅμα δὲ καὶ εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀληθινῆς νηστείας, ἵνα οἱ μηδέπω ἐκείνην δυνάμενοι νηστεύειν ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον νηστείας ἔχωσι τὴν [15] ἀνάμνησιν αὐτῆς. Καὶ τὸ πάσχα δὲ ὁμοίως, καὶ τὰ ἄζυμα, ὅτι εἰκόνες ἦσαν, δηλοῖ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, τὸ δὲ πάσχα ἡμῶν, [16] λέγων, ἐτύθη Χριστὸς, καὶ, Ἵνα ἦτε, φησὶν, ἄζυμοι, μὴ μετέχοντες [17] ζύμης (ζύμην [18] δὲ νῦν τὴν κακίαν [19] λέγει), ἀλλ' ἦτε νέον φύραμα.

Κεφ. ς'. [1] Οὗτος γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ εἶναι νόμος ὁμολογούμενος εἰς τρία διαιρεῖται. Εἴς τε τὸ πληρούμενον ἀπὸ τοῦ σωτῆρος· τὸ γὰρ, Οὐ φονεύσεις, Οὐ μοιχεύσεις, Οὐκ ἐπιορκήσεις ἐν τῷ Μηδ' ὀργισθῆναι, μηδὲ [2] ἐπιθυμῆσαι, [3] μηδὲ ὀμόσαι περιείληπται. Διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ ἀναιρούμενον τελείως· τὸ γὰρ, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, συμπεπλεγμένον τῇ ἀδικίᾳ, καὶ αὐτὸ ἔργον τῆς ἀδικίας ἔχον, ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διὰ τῶν ἐναντίων. Τὰ δὲ
pag. 221. ἐναντία ἀλλήλων [4] εἰσὶν ἀναιρετικά. Ἐγὼ γὰρ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆ-

6. καταριθμεῖσθαι *mea est emendatio. Libri habent* καταριθμεῖται.
7. *Vulgo* διαφερόντως.
8. *Cod. Venet.* τὰ.
9. προφορὰς προφέρειν *ed. princ.*
10. *Cod. Venet.* ἀλλὰ οὐχὶ.
11. *Cod. Venet.* περιτομὴν.
12. *Cod. Venet.* ἀλλὰ οὐχὶ.
13. *Cod. Venet.* νηστείαν βούλεται.
14. *Praepositionem* εἰς *repetii cum Petavio ex ultima syllaba vocabuli* ὡρισμένης.
15. ἀνάμησιν *ed. princ. Quod vitium Petavius correxit de auctoritate cod. Vatic.*

est; quae cum in ceteris ad antiquam haeresin ascribitur, tum in iis quae deus hisce verbis statuit: *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Ad illud vero genus quod typicum sive adumbratum dicitur, id omne pertinet, quod spiritalium atque excellentium rerum figuras continet; cuiusmodi sunt sacrorum offerendorum ceremoniae, circumcisio, sabbatum, ieiunium, pascha, azyma, aliaque similia lege praescripta. Quae omnia cum nihil aliud praeter figuras atque imagines forent, patefacta veritate translata sunt, imo vero quod ad externam speciem attinet, usumque corporeum, sublata, spiritali quadam ratione retenta sunt. Iisdem quippe manentibus adhuc nominibus rerum est facta mutatio. Nam offerre quidem sacra dominus instituit: at non mutarum pecudum, aut id genus suffituum, sed spiritalis potius laudis ac praedicationis et eucharistiae, tum in hominum genus liberalitatis ac beneficentiae. Idem circumcidi praeterea non corporis, sed cordis animique praeputium iubet. Itemque servari sabbatum, ut a pravis duntaxat actionibus feriemur. Ieiunare porro cum imperat, non illam corporis inediam, sed animi temperantiam decernit, ut a flagitiis omnibus abstineamus. Quamquam a nostris exercitiis illud quoque ieiunium adhibetur, quatenus ad animorum utilitatem confert aliquid, si cum ratione suscipias, non imitandi cuiusquam studio, non consuetudine, non certarum dierum religione, vel definito aliquo tempore; praesertim cum veri ieiunii memoriam refricet, ut qui nondum illud assecuti fuerint, ab exteriore commonefacti alterius recordentur. Similiter et pascha azimaque figuras extitisse quasdam Paulus ipse declarat: *Pascha,* inquit, *nostrum immolatus est Christus:* et, *Ut sitis,* ait, *azymi non habentes fermentum* (fermentum vero malitiam appellat), *sed sitis nova conspersio.*

Lev. 20, 9. Matth. 15, 4. 1. Cor. 5, 7.

Sic igitur lex ipsa, quam a deo manasse fatentur omnes, trifariam dividitur. In eam partem quam salvator implevit. Haec enim omnia, *Non occides, Non moechaberis, Non peierabis,* in iisce continentur, *Non irasceris, Non concupisces.* In eam quae penitus sublata est. His enim praeceptis, *Oculum pro oculo, dentem pro dente,* quae cum iniustitia permista sunt, eiusque secum aliquid trahunt, contrariis legibus derogatur. Contraria porro sese invicem perimunt. *Ego enim dico vobis omnino non resistere malo. Sed si quis*

Cap. VI. Exod. 20, 13 sq. Matth. 5. Levit. 24, 20. Matth 5, 39.

16. λέγων *reposui ex codd. Vatic. Venet. Vulgo extat* λέγεται.

17. *Cod. Venet.* τῆς ζύμης.

18. δὲ *scripsi pro* τε, *quod libri retinent.*

19. *Cod. Venet.* λέγειν.

Cap. VI. — 1. Οὕτως *volebat Grabius, cum aliis.*

2. ἐπιθυμῆσαι *codd. Vatic. Venet.* ἐπιθυμήσεις *cod. Rhedig. et editi libri.*

3. μηδὲ ὀμόσαι *adieci ex codd. Vatic. Venet. In editis libris, ut etiam in cod. Rhedig., ea verba desiderantur.*

4. *Cod. Venet.* ἐστὶν.

ναι ὅλως τῷ πονηρῷ, ἀλλὰ ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα. Ἀλληγορεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ μετατεθὲν καὶ ἐναλλαγὲν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ ἐπὶ τὸ πνευματικὸν τὸ συμβολικὸν τοῦτο κατ᾽ εἰκόνα τῶν διαφερόντων νενομοθετημένον. Αἵ γὰρ εἰκόνες καὶ τὰ σύμβολα παραστατικὰ ὄντα ἑτέρων πραγμάτων καλῶς ἐγίνοντο μέχρι μὴ παρῆν ἀλήθεια. Παρούσης δὲ τῆς ἀληθείας τὰ τῆς ἀληθείας δεῖ ποιεῖν, οὐ τὰ τῆς εἰκόνος. Ταῦτα δὲ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ὁ ἀπόστολος [5] ἔδειξε Παῦλος, τὸ μὲν τῶν εἰκόνων, ὡς ἤδη εἴπομεν, διὰ τοῦ πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων δείξας δι᾽ ἡμᾶς, τὸ δὲ τοῦ συμπεπλεγμένου νόμου τῇ ἀδικίᾳ, εἰπὼν τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι κατηργῆσθαι, τὸ δὲ τοῦ ἀσυμπλόκου τῷ χείρονι, ὁ μὲν νόμος, εἰπὼν, ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

Κεφ. ζ'. Ὡς μὲν οὖν συντόμως ἔστιν εἰπεῖν, αὐτάρκως οἶμαί σοι δεδεῖχθαι καὶ τὴν ἐξ ἀνθρώπων [1] παρεισδῦσαν νομοθεσίαν, καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ θεοῦ νόμον τριχῇ διαιρούμενον. Περιλείπεται δὲ ἡμῖν [2] τί ποτέ ἐστιν οὗτος ὁ θεὸς ὁ τὸν νόμον θέμενος. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαί σοι δεδεῖχθαι ἐπὶ τῶν προειρημένων, εἰ ἐπιμελῶς ἀκήκοας. Εἰ γὰρ μήτε ὑπ᾽ αὐτοῦ τελείου θεοῦ τέθειται οὗτος, ὡς ἐδιδάξαμεν, μήτε μὴν ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὃ μηδὲ θεμιτόν ἐστιν εἰπεῖν, ἕτερός τίς ἐστι παρὰ τούτους οὗτος ὁ θέμενος τὸν νόμον. Οὗτος δὲ δημιουργὸς καὶ ποιητὴς τοῦδε τοῦ παντός ἐστι κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, ἕτερος ὢν παρὰ τὰς τούτων οὐσίας, μέσος τούτων καθεστὼς, [3] ἐνδίκως καὶ τὸ τῆς μεσότητος ὄνομα ἀποφέροιτο ἄν. Καὶ εἰ ὁ τέλειος θεὸς ἀγαθός ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὥςπερ καὶ ἔστιν (ἕνα γὰρ μόνον εἶναι ἀγαθὸν θεὸν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἀπεφήνατο, ὃν αὐτὸς ἐφανέρωσεν), ἔστι δὲ καὶ ὁ τῆς τοῦ ἀντικειμένου φύσεως, κακός τε καὶ πονηρὸς ἐν ἀδικίᾳ [4] χαρακτηριζόμενος. Τούτων δὲ οὖν [5] μέσος καθεστὼς, καὶ μήτε ἀγαθὸς ὢν, μήτε μὴν κακὸς, μήτε ἄδικος, ἰδίως τε λεχθείη ἂν δίκαιος, τῆς κατ᾽ αὐτὸν δικαιοσύνης ὢν βραβευτὴς, καὶ ἔσται μὲν καταδεέστερος τοῦ τελείου θεοῦ καὶ τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης ἐλάττων οὗτος ὁ θεὸς, ἅτε δὴ καὶ γεννητὸς ὢν, καὶ οὐκ ἀγέννητος. Εἷς γάρ ἐστιν
pag. 222. ἀγέννητος ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα ἰδίως, τῶν πάντων ἠρτημένων ἀπ᾽ αὐτοῦ. Μείζων δὲ καὶ κυριώτερος τοῦ ἀντικειμένου γενήσεται, καὶ ἑτέρας οὐσίας τε καὶ φύσεως πεφυκὼς παρὰ τὴν ἑκατέρων τούτων οὐσίαν. Τοῦ μὲν γὰρ ἀντικειμένου ἐστὶν ἡ οὐσία φθορά τε καὶ σκότος· ὑλικὸς γὰρ οὗτος καὶ [6] πολυσχεδής. Τοῦ δὲ πατρὸς τῶν ὅλων τοῦ ἀγεννήτου ἡ οὐσία ἐστὶν ἀφθαρσία τε καὶ φῶς [7] αὐτὸ ὂν, ἁπλοῦν τε καὶ

5. *Cod. Venet.* Παῦλος ἔδειξε.
Cap. VII. — 1. παρεισδῦσαν *cod. Vatic.* παρεισδύσασαν *editi libri.*
2. *Rescribendum puto* τίς *pro* τί.
3. *Rescribendum puto* ὡς ἐνδίκως.
4. χαρακτηριαζόμενος *cod. Vatic. Sic* χαρακτηριαστὰ *habet cod. Venetus haer.* 31, 6. *in verbis* ὠνομάσθησαν τέκνα, καὶ

te percusserit in maxillam praebe illi et alteram. Quod quidem ad excellentium rerum adumbrandam speciem constitutum, et a corporeis ad spiritalia translatum ac mutatum per allegoriam exponitur. Etenim effigies ac signa aliis rebus declarandis adhibita tantisper opportunitatem habuerunt, quoad nondum veritas affulserat. Qua succedente non quae imagini, sed quae veritati congruunt, facere convenit. Idque ipsum cum reliqui omnes discipuli, tum apostolus Paulus ostendit. Qui figuratum illud genus propter nos, ut diximus, in paschate azymisque demonstrat. De altero vero, quod implicatum iniustitia est, loquitur, cum legem mandatorum ait in dogmatibus Eph. 2, 15.
abrogatam. De tertio denique, quod deterioris est expers, *Lex,* Rom. 7, 12.
inquit, *sancta est, et mandatum sanctum, et iustum et bonum.*

Quamobrem satis superque tibi, quantum breviter comprehendi Cap. VII.
potest, declaratas eas leges arbitror quae ex auctoritate hominum irrepserunt, ipsamque dei legem trifariam esse divisam. Superest ut quis ille sit deus legis auctor dicendum videatur. Atqui istud etiam ex iis quae hactenus disputata sunt, si attente audieris, puto tibi demonstratum. Nam si neque a perfecto illo deo posita lex est, uti docuimus, neque vero a diabolo, quod dictu etiam nefas est, alius sit oportet, qui eam legem stabilierit. Hic est igitur totius ille mundi eorumque quae in eo continentur artifex et conditor, ab illorum natura diversus, et in eorum medio suo iure collocandus, qua ex mediocritate peti eius appellatio potest. Quod si perfectus ille deus natura sua bonus est, ut est revera (Unum enim bonum esse deum ac Matth. 19, 17.
parentem suum salvator asseruit, quem et hominibus patefecit), est autem et contraria natura praeditus, malus videlicet ac pravus, qui iniustitia velut propria nota circumscribitur, qui inter ambos illos interiectus est, ut neque bonus, neque malus sit aut iniustus, peculiari quadam ratione iustus appellari potest, quatenus iustitiae quam habet moderatione fungitur. Atque et perfecto deo minor et iustitiae illius impar sit idem ille deus oportet, utpote non ingenitus, sed generatione productus. Unus enim est ingenitus pater, a quo proprie sunt universa, cum ab eo apta sint et suspensa. Erit tamen adversario illo altero maior ac praestantior, tametsi diversam sit ab utroque naturam substantiamque sortitus. Nam adversarii natura corruptio est ac tenebrae; cum materia quippe concretus est, ac multiplex. At parentis omnium ingeniti natura corruptionis est expers, luxque ipsa per semet existens, simplex et uniusmodi. Ho-

ἀχαρακτήριστα, quod emendandum est in ἀχαρακτηριαστά. 5. *μέσος cod. Vatic. μέσον editi libri.* 6. *πολυσχιδής placuit Grabio.* 7. *αὐτὸ ὂν codd. Vatic. Venet. αὐτοὸν libri editi.*

μονοειδές. Ἡ δὲ [8] τούτων οὐσία διττὴν μέν τινα δύναμιν προήγαγεν, αὐτὸς δὲ τοῦ κρείττονός ἐστιν εἰκών. Μηδέ σε τὰ νῦν τοῦτο θορυβείτω, θέλουσαν μαθεῖν πῶς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς τῶν ὅλων οὔσης [9] καὶ ὁμολογουμένης ἡμῖν καὶ πεπιστευμένης, [10] τῆς ἀγεννήτου καὶ ἀφθάρτου καὶ ἀγαθῆς, συνέστησαν καὶ αὗται αἱ φύσεις, ἥ τε τῆς φθορᾶς καὶ τῆς μεσότητος, [11] ἀνομοούσιοι αὗται καθεστῶσαι, τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ἔχοντος τὰ ὅμοια [12] ἑαυτοῦ καὶ ὁμοούσια γεννᾶν τε καὶ προφέρειν. Μαθήσῃ γὰρ, θεοῦ διδόντος, ἑξῆς καὶ τὴν [13] τούτου ἀρχήν τε καὶ γέννησιν, ἀξιουμένη τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως, ἣν ἐκ διαδοχῆς καὶ ἡμεῖς παρειλήφαμεν, [14] μετὰ καιροῦ κανονίσαι πάντας τοὺς λόγους τῇ τοῦ [15] σωτῆρος διδασκαλίᾳ. Ταῦτά σοι, ὦ ἀδελφή μου Φλώρα, δι' ὀλίγων εἰρημένα οὐκ [16] ἠτόνησα, [17] καὶ κατὰ τῆς συντομίας προέγραψα. Ἅμα μὲν τὸ προκείμενον ἀποχρώντως ἐξέφηνα· ἃ καὶ εἰς τὰ ἑξῆς τὰ μέγιστά σοι συμβαλεῖται, ἐάν γε ὡς καλὴ γῆ καὶ ἀγαθὴ γονίμων σπερμάτων τυχοῦσα [18] τὸν δι' αὐτῶν καρπὸν ἀναδείξῃς.

ΠΕΠΛΗΡΩΝΤΑΙ ΤΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΠΡΟΣ ΦΛΩΡΑΝ.

Κεφ. η'. Τίς δὲ τούτων τῶν ῥημάτων καὶ τῆς τοῦ γόητος τούτου καὶ τῆς τῶν σὺν αὐτῷ ἀνέξεται φρενοβλαβείας, Πτολεμαίου τε, φημὶ, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν εἰς τοσοῦτον κυκώντων καὶ καττυόντων πλάσματα; Οὔτε γὰρ τῶν παλαιῶν τραγῳδοποιῶν τις, οὔτε οἱ καθεξῆς μιμηλοὶ τὸν τρόπον, οἱ περὶ Φιλιστίωνα λέγω, καὶ Διογένη, τὸν τὰ Ἄπιστα γράψαντα, ἢ οἱ ἄλλοι πάντες, οἱ τοὺς μύθους ἀναγεγραφότες καὶ ῥαψῳδήσαντες, pag. 223. τοσοῦτον ψεῦδος ἠδυνήθησαν ἐκτυπῶσαι, ὡς οὗτοι τολμηρῶς φερόμενοι κατὰ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς δεινὰ ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν, καὶ τὸν νοῦν τῶν πειθομένων αὐτοῖς ἀνθρώπων εἰς μωρὰς ζητήσεις περιέβαλον, καὶ γενεαλογίας ἀπεράντους, αὐτοὶ τὰ ἐν χερσὶ μὴ ἐπιστάμενοι, καὶ τὰ ἐπουράνια ἐπαγγελλόμενοι μέτροις τισὶν ὁροθετεῖν, καί τινων μαιωτικῶν μητρῶν ὡς ἐπουρανίων, [1] τῶν οὐκ οὐσῶν ὡς ὑπαρχουσῶν, ἐπιστήμας ἀναδεχόμενοι. Ἀκούσας δέ τις παρὰ τούτων, εἰ μὲν τῶν ἀφρονεστάτων εἴη, τῷ ψεύδει [2] νομίζων τι παρ' αὐτοῖς μετάρσιον ἐγνωκέναι ῥαδίως ὑπαχθήσεται· ὅτι, Πᾶν ὄρνεον κατὰ γένος συνάγεται, καὶ τῷ ὁμοίῳ κολληθήσεται ἀνὴρ, φησὶν ἡ γραφή. Εἰ δέ τις τύχοι αὐτοῖς τῶν συνετῶν καὶ τὸν εὔλογον λογισμὸν κεκτημένων, καταγελάσει μὲν τῆς

8. *Cod. Venet.* τούτου.
9. *Cod. Venet.* τε καὶ.
10. *Ita Petavius, Grabius aliique editores. Libri habent* τοῦ.
11. *Ita codd. Vatic. Venet. Ed. princ. et edit. Petav. habent* ἀνομοούσιαι.
12. δὲ αὐτῷ *cod. Vatic.* ἑαυτῷ *cod. Venet.*
13. τούτων *placuit Stierenio.*
14. μετὰ καιροῦ *mea est emendatio. Libri habent* μετὰ καὶ τοῦ.
15. *Cod. Venet.* σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίᾳ.

rum natura duplicem sane Virtutem peperit; sed conditor tamen ipse imago praestantioris est. Neque vero ea te res perturbet, scire cupientem quomodo, cum unum sit et esse fateamur ac credamus, rerum omnium principium generationis aeque ac corruptionis expers idemque bonum, ambae hae naturae constare potuerint, corruptionis nimirum et mediae cuiusdam conditionis, quae a se invicem natura discrepent, cum id bono insitum sit, ut sibi quam simillima, eiusdemque secum naturae gignat ac proferat. Tu enim, opitulante deo huius principium ac generationem animo percipies, ubi traditam quandam ab apostolis doctrinam audieris, quam nos successione quadam ad nos usque propagatam accepimus, cum eo quidem ut quicquid afferetur in medium, id ad salvatoris doctrinam velut regulam exigatur. Haec apud te, Flora soror carissima, paucis comprehendere ac disputare potui, summatimque praescripsi, ita tamen ut quod erat propositum, quantum satis esset, explicarim. Quam rem deinceps magno tibi usui fore confido: si modo, perinde ac bonus ager et fecundus, excepta semina fructuum ubertate compenses.

HACTENUS PTOLEMAEI AD FLORAM EPISTOLA.

Quis eiusmodi verborum ac circumforanei huius asseclarumque Cap. VIII.
eius, Ptolemaeum ac socios intelligo, vesaniam possit sustinere, qui ineptissimas fabulas ita confundunt ac consuunt? Non enim quisquam ex antiquis illis tragoediarum scriptoribus, aut ex posterioribus mimis, qualis Philistio et Diogenes fuit, qui Incredibilia scripsit, aut e reliquis omnibus fabularum aut rhapsodiarum auctoribus, tam immania comminisci mendacia potuerunt, qualia nebulones isti propriam in perniciem execrabilia horrendaque fabricarunt; quibus sectatorum animos stultissimis quaestionibus ac genealogiis intermina- 1. Tim. 1, 4.
bilibus implicarunt: cum ne ea quidem scirent quae in manibus sunt posita, et certis interim mensuris coelestia se definire profiterentur, atque obstetricantium quorundam uterorum velut coelestium matricum, rei plane commentitiae, sic tanquam verae solidaeque scientiam prae se ferrent. Cuiusmodi qui ab illis audiat, si paulo insipientior sit, sublime quiddam se apud illos didicisse ratus facile mendaciorum lenociniis inducetur. *Quoniam avis omnis secundum genus* Sir. 13, 20.
suum congregatur, et omnis homo simili sui sociabitur, ait scriptura. Sin paulo intelligentior aliquis ac recto iudicio praeditus occurrat,

16. ἐφθόνησα *placuit Petavio.*
17. καὶ κατὰ *ego. Libri habent* καὶ τὸ.
18. *Cod. Venet.* τῶν.
Cap. VIII. — 1. τῶν οὐκ οὐσῶν *cod. Vatic.* μητρῶν οὐκ οὐσῶν *cod. Rhedig. et edit. princ.* μητρῶν, ὡς οὐσῶν *edit. Petav.*
2. νομίζων τι *scripsi cum Petavio.* νομίζοντι *extat in cod. Rhedig. et edit. princ.* νομίζον τι *edit. Petav.*

τοσαύτης ληρῳδίας, ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς ὑποθέσεως τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων τὴν ἀνατροπὴν εἴσεται. Ἐλέγχονται γὰρ οὗτοι παντάπασι καθ' ἑαυτῶν ὁπλιζόμενοι τὰ ψεύδη τῆς αὐτῶν ματαιοπονίας. Πόθεν γὰρ ὑμῖν, ὦ οὗτοι Πτολεμαῖοί τε καὶ Πτολεμαῖαι, τοῦ Βυθοῦ τὰ μέτρα, καὶ αἱ μαιώσεις τῶν τοκετῶν καὶ γεννητικῶν ὑποθέσεων ἡ γνῶσις; Ὡς γὰρ παρόντες καὶ τῶν ἐπουρανίων τὰς φύσεις θεασάμενοι, καὶ ὡς αὐτοὶ προόντες τοῦ παρ' [3] ὑμῶν Βυθοῦ καλουμένου, ἐπαγγέλλεσθε τὴν εἴδησιν ἡμῖν ὑποδεικνύναι, οὐδενὸς πώποτε τῶν προφητῶν τοῦτο εἰρηκότος, οὐκ αὐτοῦ Μωϋσέως, οὐ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οὐ τῶν μετ' αὐτὸν, οὐ τῶν εὐαγγελιστῶν, οὐ τῶν ἀποστόλων. Εἰ μὴ ἄρα τὰ ἐθνόμυθα ποιήματα εἴποις τῶν περὶ Ὀρφέα τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Στησίχορον, παρ' οἷς αἱ τῶν ἀνθρώπων γενεαὶ μετεποιήθησαν εἰς θεῶν ἐπωνυμίας, καὶ τὰ ἐν ἀνθρώποις τετελεσμένα ποιητικῶς ἐδραματουργήθη. Κἀκεῖνοι γὰρ οὕτως ἐνόμισαν, ἐκθειάσαντες τοὺς περὶ Δία καὶ Ῥέαν καὶ Ἥραν καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Ἀφροδίτην, καὶ τὰς τούτων κακίας [4] γονὰς τιμήσαντες, εἰς φαντασίαν πολυθεΐας καὶ εἰδωλολατρείας τὸν κόσμον ἐνέβαλον. Ἀλλὰ οὐκέτι μοι πολλή τις χρεία γενήσεται εἰς τήν σου, ὦ Πτολεμαῖε, ἀνατροπήν τε καὶ ἔλεγχον, καὶ τῶν κατά σε, ἤδη τῶν σῶν προπατόρων τὸν ἔλεγχον ἱκανῶς εἰληφότων. Διὰ τῶν προειρημένων
pag. 221. τὴν κατά σου αἰσχύνην συστησάμενος διέξειμι τὴν τῶν ἑτέρων πλάνην, θεὸν ἐπικαλούμενος ἐπίκουρον τῆς ἡμῶν μετριότητος, ὅπως τὴν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει κακῶς ἐπινενοημένην ὑπόθεσιν φωράσω τε καὶ θριαμβεύσω, ἐπὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ τῆς σπουδῆς παρὰ θεοῦ αἰτούμενος τὴν χάριν.

Κεφ. θ'. Ἵνα δὲ μὴ ἀβασάνιστα ᾖ τὰ τρία σου λεξείδια, ἃ δὴ πρὸς Φλώραν τὸ γύναιον ἐπιστέλλων ἐκομπάσω, ὦ Πτολεμαῖε, — ἀεὶ γὰρ αἱ ὀφιώδεις διδασκαλίαι γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις ἀπατῶσι, κατὰ τὸν τοῦ ἀποστόλου λόγον, — καὶ αὐτὰς δὴ τὰς λέξεις [1] καιρίως ἐνταῦθα παραθήσομαι, καὶ τὴν αὐτῶν ἀνατροπὴν, ἀναγκαίαν οὖσαν εἰς τὸ μὴ καταλειφθῆναι ῥίζαν τῆς ζιζανιώδους σου σπορᾶς, ἑξῆς ἀκολούθως ποιήσομαι. Φάσκεις γὰρ, ὦ οὗτος, τὸν νόμον τριχῇ διῃρῆσθαι, καὶ τὸ μὲν ἔχειν τι ἐκ τοῦ θεοῦ, τὸ δὲ ἐκ Μωϋσέως, τὸ δὲ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων. Καὶ ὅτι μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων οἴει γεγραμμένον οὐκ ἔχεις ποῦ ἀποδεῖξαι, τοῦτό ἐστι δῆλον. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐν νόμῳ [2] ἐμφέρονται αἱ τῶν πρεσβυτέρων παραδόσεις. Ἀλλὰ ἀγνοῶν καὶ τὰς βίβλους καὶ τὴν ἀλήθειαν φαντάζῃ συκοφαντῶν, καὶ τὰς ἀκολουθίας ἀγνοῶν ἑκάστης ἀκριβοῦς εἰδήσεως. Αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων Δευ-

3. ὑμῖν cod. Vatic.
4. μονὰς codd. Rhedig. et Paris.

Cap. IX. — 1. καιρίως cod. Vatic. κυρίως libri editi.

nugas illas deridendas putabit, atque ex illis ipsis quae disputant quemadmodum refutari possint perspicit. Si quidem suis ipsi vanissimis mendaciis contra se armati esse penitus arguuntur. Volo enim mihi respondeatis, o Ptolemaei omnes ac Ptolemaeae, unde illae vobis Bythi mensurae, ac partuum obstetricationes, et variarum generationum cognitio. Sic enim tanquam praesentes interfueritis, ac coelestium naturam contemplati sitis, imo Bythum illum vestrum antecesseritis, earum nobis rerum scientiam ostenditis. Atqui nullus id unquam e prophetarum numero dixit, non Moyses ipse, non Moyse prior aliquis vel posterior, non evangelistarum, non apostolorum denique quispiam. Nisi forte ad gentilium poëmata confugias, qualia sunt Orphei, Hesiodi, Stesichori, apud quos hominum generationes ad deorum appellationes translatae sunt, eaque quae inter mortales gesta fuerant poëtico more conformata. Fuit enim huiuscemodi illorum opinio, cum Iovem, ac Rheam, et Iunonem, Palladem, Apollinem Veneremque divinis honoribus consecrantes, eorumque pessimam sobolem venerati, totum orbem variorum deorum ac simulacrorum inanium erroribus imbuerunt. Mihi vero ad tuam, o Ptolemaee, tuorumque confutationem nihil idcirco magnopere requirendum est, quod maiores tuos abunde iam refellimus. Quare cum ex iis quae dicta sunt quam pudenda sint tua illa dogmata declaratum fuerit, implorata prius ope numinis uti meae tenuitati succurrat, ad aliorum discutiendos errores me conferam, ut quae in unaquaque gente pestiferae opiniones inventae sunt, eas detegam, ac de omnibus quodammodo triumphem. Quod institutum a me propositumque studium ut exequar coelestem mihi favorem gratiamque postulabo.

Verum ut pauca illa verba interim expendamus, quae ad Floram ingenti cum fastu arrogantiaque scripsisti (solent enim onustae peccatis mulierculae, ut ait apostolus, vipereis eiusmodi dogmatibus decipi), tuas ipsas, Ptolemaee, voces hoc loco proponam, easque necessitate coactus, ne qua infelicis lolii radix supersit, congruo ordine refellam. Legem asseris trifariam esse divisam, ut partim a deo, partim a Moyse, partim a senioribus manarit. De senioribus porro cur ita sentias, nihil, ut apparet, afferre potes in scripturis expressum. Nusquam enim in lege tradita illa a senioribus decreta memorantur. Sed sacrorum librorum peraeque ac veritatis ignarus calumniari sciens instituis, accurataeque singulorum notitiae consequentiam non vides. Nam seniorum traditiones Δευτερώσεις a

Cap. IX. 2. Tim. 3, 6.

2. *Reposui* ἐμφέρονται *ex cod. Vatic. Amat Epiphanius hoc verbo uti. Sic ite-rum paulo infra. Cf.* 25, 2. 30, 13. 32, 4. 69, 61. *Vulgo extat* ἐκφέρονται.

τερώσεις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λέγονται. Εἰσὶ δὲ αὗται τέσσαρες· μία μὲν, ἡ εἰς ὄνομα Μωϋσέως φερομένη, δευτέρα δὲ ἡ τοῦ καλουμένου Ῥαββιακιβὰ, τρίτη Ἀδδὰ, ἤτοι Ἰούδα, τετάρτη τῶν υἱῶν Ἀσαμωναίου. Ἐπεὶ ποῦ ἔχεις, φιλόνεικε καὶ ἀκατάστατε τὴν γνώμην, δεῖξαι ἐν ταῖς πέντε βίβλοις τῆς Πεντατεύχου καὶ θεοῦ νομοθεσίας, ὅτι ἐρρήθη ὁ λόγος ὁ παρὰ τῷ σωτῆρι εἰρημένος, [3]Ὃς ἐρεῖ τῷ πατρὶ αὐτοῦ Κορβὰν, ὅ ἐστι δῶρον, οὐκ ὠφεληθήσεταί τι ἐξ αὐτοῦ; Ἀλλ' οὐκ ἔχεις δεῖξαι. Ἆρα γοῦν ἐξέπεσέ σου ὁ λόγος, τοῦ ῥήματος οὐδαμοῦ τῇ Πεντατεύχῳ ἐμφερομένου, καὶ μάτην τὴν ὑπὸ σοῦ ἠπατημένην Φλώραν ἐφάντασας. Τὰ δὲ ὑπὸ Μωϋσέως οὐκ ἐκτὸς τοῦ θεοῦ καὶ αὐτὰ ἐνομοθετήθη, ἀλλὰ ἐκ τοῦ θεοῦ διὰ Μωϋσέως, ὃ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπικρίσεως δείκνυται. Αὐτὰς γὰρ ἃς παρήγαγες μαρτυρίας κατὰ σαυτοῦ ἐπισυνήγαγες. Φάσκει γὰρ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὅτι, Μωϋσῆς ἔγραψε κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. Ὃ δὲ ἔγραψε Μωϋσῆς, οὐκ ἐκτὸς βουλήσεως
pag. 215. θεοῦ ἔγραψεν, ἀλλὰ ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐνομοθέτησε. Λέγει γὰρ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Ὃ ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Καὶ πῶς συνέζευξε διεξῆλθε τὸ ῥῆμα, ἵνα μάθωμεν, λέγων, Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Εἶτα ἐπιφέρει, λέγων, Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· καίτοι γε οὐδαμοῦ τοῦ κυρίου τοῦτο εἰρηκότος, ὁπηνίκα τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ἔπλασεν, ἢ μόνον, Ποιήσωμεν αὐτῷ κατ' αὐτὸν βοηθόν. Ἀλλὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἴρηται, [4]ὅτε ἀνέστη ἐκ τοῦ ὕπνου, καὶ εἶπε, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. Εἶτά φησιν, Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Οὐ τοῦ θεοῦ τοίνυν τοῦτο εἰπόντος, τοῦ δὲ Ἀδὰμ εἰρηκότος, τοῦ κυρίου δὲ ἐπιμαρτυροῦντος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ θεοῦ εἶναι τὸ ῥῆμα, τὸ διὰ τοῦ Ἀδὰμ εἰρημένον, ἀπ' αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔδειξεν ὅτι ἐκεῖ μὲν Ἀδὰμ εἴρηκε, θεοῦ δὲ βούλησις ἐφθέγγετο. Καὶ ὧδε ὁ Μωϋσῆς ἐνομοθέτησε, θεοῦ αὐτῷ καταγγείλαντος τὴν νομοθεσίαν. Καὶ αὗται μὲν ἤδη αἱ δύο σου λέξεις διέπεσον, καὶ οὐ πόρρωθεν ἀλλὰ ἀπ' αὐτῆς τῆς χρήσεως. Καὶ ὅτι μὲν νομοθεσία θεοῦ ἐστι, τοῦτο δῆλον. Πανταχοῦ δὲ θεὸς νομοθετεῖ τὰ μὲν εἰς χρόνους, τὰ δὲ εἰς τύπους, τὰ δὲ εἰς ἀποκάλυψιν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἀγαθῶν, ὧν ἐλθὼν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔδειξε τὴν πλήρωσιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

Κεφ. ι'. Τὰ δὲ τῆς παρὰ σοὶ ἑτέρας θεῶν διαιρέσεως τριχῇ πάλιν διαιρεθείσης ἐπαναλαβὼν καὶ αὐτὰ δείξω παρὰ σοὶ σεσυκοφαντημένα, καὶ οὐκ

3. Ὃς non comparet in libris.
4. Libri habent ὅτι. Cornarius iam vertit quando.

Iudaeis vocantur. Quatuor autem illarum sunt genera. Primum est quod sub Mosis nomine circumferunt. Secundum est quod Rabbi Akibae tribuunt. Tertium Addae, sive Iudae. Quartum ad Asamonaei filios refertur. Cedo igitur, homo contentiosissime ac levissime, quonam in Pentateuchi divinaeque legis volumine illam potes demonstrare sententiam quam in evangelio Christus attulit? *Qui dixerit patri suo Corban, quod est donum, nihil ipsi proderit:* quod mihi nunquam ostendes. Quamobrem friget illa tua disputatio, cum id nullo Pentateuchi loco scriptum extet, ac miserae illi mulierculae nequicquam imposuisti. Ceterum quae a Moyse sancita sunt, a deo minime sunt aliena, a quo, Moyse sequestre atque interprete, tradita sunt; quod se ipsum salvatoris iudicium evidenter approbat, adeoque quibus uteris testimoniis, ea contra temetipsum protulisti. Sic enim in evangelio dominus loquitur: *Moyses haec scripsit ad duritiem cordis vestri.* Iam quod Moyses scripsit, non citra dei voluntatem scripsit, sed sancto spiritu impellente constituit. Mox enim salvator in eodem evangelio, *Quod deus,* inquit, *coniunxit, homo non separet.* Quemadmodum vero coniunxerit, verba ipsa, ut intelligeremus, adiecit: *Propter hoc relinquet homo patrem suum, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam.* Tum infert: *Quod ergo deus coniunxit, homo non separet.* Atqui nunquam illud dominus, cum Adamum Evamque formaret, usurpasse legitur, sed hoc solum: *Faciamus ei adiutorium simile sibi.* Istud vero ab Adamo dictum est, qui a somno expergefactus, *Hoc nunc os,* ait, *ex ossibus meis, et caro de carne mea: haec vocabitur Virago, quia ex viro sumpta est.* Pergit deinde: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam.* Cum igitur non hoc deus, sed Adamus dixerit, et ea ipsa tamen dei esse verba dominus in evangelio testetur, satis res ipsa declarat, tum haec Adami quidem ore, sed dei esse voluntate prolata. Similiter et Moyses legem edidit, quam dictante domino didicerat. Quare duo illa tamen verba non procul arcessitis rationibus, sed usu propemodum ipso ac prolatione conciderunt. Etenim illam a deo profectam esse legem nemini obscurum arbitror. Idem ille vero ubique decernere solet, partim quae temporibus congruunt, partim quae certis rebus adumbrandis serviunt, partim quibus futura bona declarantur, quae in evangelio demum adventu suo Christus Iesus dominus noster implevit.

Marc. 7, 11. Matth. 19, 8. Gen. 2, 18.

Venio iam ad alteram illam institutam a te deorum triplicem differentiam, quam eadem ratione calumniose confictam esse, teque id Cap. X.

ἄλλο τι ὂν, ἀλλὰ γόητος τὸ ἔργον. Ποῖος γὰρ ἡμῖν τρίτος θεὸς πάρεστιν, ἐκ δύο συσταθεὶς ὁμοιομάτων, καὶ οὔθ᾿ ἕτερος ὢν τῶν δύο, οὔτε τὴν κακίαν ἔχων καὶ ἀδικίαν, ὡς ἔφης, οὔτε τὴν ἀγαθότητα καὶ φωτεινὴν οὐσίαν, μεσαίτατος δὲ ὢν δίκαιος; Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀλλότριος ὢν πάσης δικαιοσύνης εἰκότως ἀγνοεῖς τί ποτέ ἐστι δικαιοσύνη, ἑτέραν αὐτὴν παρὰ τὴν ἀγαθότητα νομίζων. Πολὺ δὲ ἐλεγχθήσῃ, ὦ ῥαδιουργὲ καὶ ἀλλότριε τῆς ἀληθείας. Οὐδαμόθεν γὰρ γίνεται τὸ δίκαιον ἀλλ᾿
pag. 226. ἐξ ἀγαθότητος, καὶ οὐδὲ ἄλλως τις γενήσεται ἀγαθὸς, εἰ μὴ ᾖ δίκαιος. Ὅθεν καὶ κύριος ἐπαινῶν τὴν νομοθεσίαν καὶ τοὺς αὐτῆς δικαίους ἔλεγε, Κοσμεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων, καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς. Πόθεν δὲ γεγόνασι προφῆται καὶ δίκαιοι, ἀλλ᾿ ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς ἀγαθότητος; Καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ἐν τῷ μέρει τῆς ἀγαθότητος ὁ δίκαιος ἕστηκεν, ἔλεγεν, Ὅμοιοι γένεσθε τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηροὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους· ἵνα δείξῃ τὸ δίκαιον ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν δίκαιον, καὶ τὸ πονηρὸν ἄδικον, καὶ τὸ ἄδικον πονηρόν. Τὴν δὲ ἐπιπλοκὴν, ἣν ἔφης, τοῦ νόμου οὐ δύνασαι ἀποδεῖξαι. Ἑάλως γὰρ συκοφαντῶν τὸν νόμον, ἐπιπλοκήν τινα αὐτῷ προσάπτων, διὰ τὸ εἰρηκέναι τὸν νόμον, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ ἐπειδὴ φονεύει ὁ νόμος τὸν φονευτήν. Ἀλλὰ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πραγματείας δειχθήσεται ὅτι οὐκ ἐπιπλοκή τις ἦν, ἀλλ᾿ ἡ αὐτὴ ἦν νομοθεσία καὶ τὸ αὐτὸ ἐνεργεῖ τῇ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένῃ ἐντολῇ, τὸ, Ἐάν τίς σε τυπτήσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ ὁ νόμος πάλαι τοῦτο κατεσκεύαζε λέγων, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, τουτέστι, Στρέψον αὐτῷ τὴν σιαγόνα. Ἵνα γὰρ διαφύγοι ἃ πάθοι ἂν εἰ πλήξει, παρεῖχε τὴν σιαγόνα τῷ τύπτοντι, εἰδὼς ὅτι εἰ ἀφέλοι ὀφθαλμὸν, τὰ αὐτὰ πείσεται διὰ τὸν νόμον.

Κεφ. ια΄. Ὡς γὰρ ὁ πατὴρ βούλεται παιδεύειν τὰ τέκνα, καὶ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ ἁρμοζόμενος προβαίνει τῇ παιδείᾳ, καὶ οὐκ ἴσως τὸ μικρὸν βρέφος παιδεύει τῷ μειρακίῳ, οὐδὲ τὸ μειράκιον ὡσαύτως τῷ νεανίσκῳ, οὐδὲ τὸν νεανίαν τῷ τελείῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑποτιτθίῳ διὰ δακτύλου παιδεία γίνεται, παιδίῳ δὲ μείζονι διὰ χειρὸς ῥαπίσματος, μειρακίῳ δὲ διὰ ἱμάντος, νεανίσκῳ διὰ ῥάβδου, ἀνδρὶ δὲ ἐκδίκησις τῶν μειζόνων παραπτωμάτων μάχαιρα διὰ νόμου, οὕτως καὶ ὁ κύριος ἑξῆς ἐνομοθέτει ἑκάστῃ γενεᾷ τὰ ἁρμόζοντα. Ἐκείνους μὲν γὰρ φόβῳ ἐσωφρόνιζεν, ὡς παιδίοις μικροῖς διαλεγόμενος, καὶ ἀγνοοῦσι τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοὺς δὲ τελείους τελείων ἠξίου μυστηρίων. Καὶ ἐν τῷ εὐαγ-
pag. 227. γελίῳ γὰρ οὕτω πως λέγει τοῖς μαθηταῖς ἐν πολλοῖς τόποις· Οὐκ οἴδατε

quod plani hominis ac nebulonis est egisse perspicue comprobabo. Ecquis enim tertius ille nobis deus est duplici ex similitudine conflatus, qui nec alter sit e duobus, nec infuscatus malitia vel iniustitia, ut ais, ulla, neque bonitate lucidaque natura praeditus, sed medii cuiusdam sit ordinis iustus? Ac merito tu quidem ab omni remotus iustitia quid ea sit ignoras, cum hanc ipsam a bonitate seiungis. In quo, hominum nequissime ac veritatis inimicissime, manifesti erroris argueris. Non enim aliunde quam ex bonitate quod iustum appellamus oritur, neque quisquam, nisi idem bonus sit, esse iustus poterit. Ideoque dominus Mosis legem suo praeconio commendans aiebat: *Ornatis sepulcra prophetarum et aedificatis monumenta iustorum, et patres vestri occiderunt illos.* Unde igitur prophetae iustique nisi a parente bonitatis extiterunt? Atque ut intelligeres iustum in bonitatis parte versari, *Similes*, ait, *estote patri vestro qui in coelis est, qui oriri facit solem suum super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos;* ut et iustum esse bonum et bonum iustum, et improbum iniustum et iniustum improbum esse monstraret. Nam quod implicatam ac perplexam legem esse contendis, id omnino demonstrare non potes, ac per summam, ut apparet, calumniam hanc ei labem aspergis ex eo quod ita lex praecipiat: *Oculum pro oculo, dentem pro dente;* simul etiam quod parricidam iubet interfici. Verum quae a domino Iesu dum viveret gesta administrataque sunt manifestissime demonstrant nihil in lege esse perplexum aut implicitum in sese, idemque praestare prorsus quod illa salvatoris lex efficit: *Si quis percusserit te in dextram maxillam, praebe illi et alteram.* Quod ipsum lex olim obtinere studebat, cum ita praeciperet: *Oculum pro oculo* etc. hoc est praebe illi maxillam. Nam ut eas poenas effugeret, ob quas si perculeret luere oporteret, verberanti maxillam praebuit, haud ignarus si oculum eruisset, idem sibi ex lege esse sustinendum.

Matth. 23, 29.

Matth. 5, 45.

Levit. 24, 20.

Matth. 5, 39.

Cap. XI.

Atque ut pater liberos sic instituit, ut ad singulorum se aetates accommodans paulatim erudiat, nec infantem eadem qua adolescentulum disciplina contineat, nec adolescentulum perinde ac iuvenem, aut hunc ut robusta iam ac virili aetate praeditum coërceat, quinimo tenellum adhuc ac pene lactentem digito castigat, puerulum vero paulo grandiorem colapho, loris adolescentulum, iuvenem virgis obiurgat, porro ubi vir inter viros esse coepit, si gravius quiddam deliquerit, gladio ex lege plectetur, ita dominus unicuique hominum aetati consentanea praescripsit. Quippe veteres illos, tanquam cum puerulis ac vim sancti spiritus ignorantibus ageret, metu ac terrore castigabat. Tum perfectioribus perfectiora mysteria proposuit. Nam in evangelio passim ita discipulos compellasse legitur: *Nescitis quid fa-* Ioann. 13, 7.

τί ποιῶ, ὕστερον δὲ γνώσεσθε, τουτέστιν ὅταν τέλειοι γένησθε. Καὶ πάλιν· Οὐκ ᾔδεισαν, ἕως ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν. Ὁ δὲ Παῦλος· Οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι δύνασθε· δεικνὺς ὅτι καιρῶν προϊόντων τελειότεραι ἐντολαὶ, οὖσαι μὲν αἱ αὐταὶ, μεταβαλλόμεναι δὲ εἰς ἑτέραν σχέσιν, ἀλλὰ τοῖς νέοις μὲν ἄλλως σχηματιζόμεναι, ἑτέρως δὲ τοῖς ἐντελεστέροις. Νομοθετήσας γὰρ ὁ νόμος ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, οὐκ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐκβάλλετε ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ἀλλ', Ἐὰν ἐκβάλῃ τις ὀφθαλμὸν, ἐκβληθήσεται ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ ἐκβαλόντος. Ἕκαστος δὲ φειδόμενος τοῦ ἰδίου σώματος, παρεδίδου τὴν σιαγόνα τύπτεσθαι, καὶ οὐκ ἔτυπτε. Καὶ ἀπὸ τότε ἐφυλάττετο τὰ νῦν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τηλαυγῶς εἰρημένα, τότε μὲν ἀνάγκῃ, ὡς νέων σωφρονιζομένων, νῦν δὲ προαιρέσει, ἅτε δὴ τελείων πειθομένων. Εἰ δὲ φάσκεις περιπλοκὴν εἶναι [1] ταύτην, τὸ λέγειν, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ τὸ τὸν φονέα φονεύεσθαι, ἰδοὺ, καὶ περὶ τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως βλέπομεν τὸν σωτῆρα λέγοντα ὅτι, Ἐλεύσεται ὁ αὐτοῦ δεσπότης (τοῦτο δὲ περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγεν, αὐτὸς πάντων ὢν δεσπότης), καὶ, φησὶ, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν τὸν δοῦλον, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει. [2] Οὔκουν καὶ περὶ τοῦ σωτῆρος ἐξοπλίζῃ συκοφαντεῖν πάλιν ῥήματα, καὶ εἴποις ἂν τοῦτον μὴ εἶναι ἀγαθὸν, καί τοί γε ἐκ [3] πατρὸς ἀγαθοῦ γεγεννημένον καὶ ἀγαθὸν ὄντα, ἀλλὰ δίκαιον, καὶ οὐδ' ἕτερον παρὰ τὸν πατέρα; Δύνασαι ἄρα καὶ αὐτὸν ἀπαλλοτριοῦν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ὦ οὗτος, ὁ προελθὼν ἡμῖν πάλιν διαιρέτης καὶ γεωμέτρης τῶν νόμων, τριχῶς τὰ πάντα διαιρῶν. Καὶ τῷ μὲν εἰπεῖν ὅτι εἰς τύπους συμβολικῶς τινα ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ὀλίγα παρήψω τῆς ἀληθείας, ἵνα διὰ τῶν ὀλίγων δυνηθῇς καὶ εἰς τὰ ἄλλα ἀπατῆσαι. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι ἐκείνοις τυπικῶς συνέβαινεν, ἐγράφη δὲ ἡμῖν εἰς νουθεσίαν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε, φησὶν ὁ ἁγιώτατος ἀπόστολος, περί τε περιτομῆς λέγων καὶ σαββάτου καὶ τῶν ἄλλων. Εἴθε δὲ πάντα ἠλήθευες, καὶ οὐκέτι τρίτον μέσον θεὸν τὸν μὴ ὄντα ἔφερες ἡμῖν, μᾶλλον δὲ σαυτῷ καὶ τοῖς ὑπό σου ἠπατημένοις.

Κεφ. ιβ'. pag. 228. Νομίζω δὲ καὶ ἐν τῷ παρόντι ἱκανῶς πρὸς τάς σου λέξεις, ὦ ἀγύρτα, εἰρῆσθαι, ὧν ποιήσας τὸν ἔλεγχον ἐπὶ τὰς ἑξῆς αἱρέσεις βαδιοῦμαι, τὸν αὐτὸν θεὸν συνήθως ἐπικαλούμενος ἐπικουρῆσαι τῇ ἡμῶν μετριότητι, εἰς τὸ φωράσαι ἑκάστης αἱρέσεως παραπεποιημένης τὸν ἔλεγχον. Ὅτι μὲν γὰρ συρίγμασιν ἑαυτοῦ, ὡς ἀπὸ θαλάσσης ἀνελθὼν [1] καρχα-

Cap. XI. — 1. ταύτων *ed. princ.*
2. Οὔκουν *ego rescripsi. Libri habent* Οὐκοῦν. *Petavius et particulam deesse et tollendam esse interrogationem censuit.*
3. τοῦ πατρὸς *cod. Rhedig.*
Cap. XII. — 1. *Franc. Franci Confut. Animadv. Antonii Cercoetii pag. 76 sq.:* „Quis unquam," *inquit Salmasius Petavium pro more, sed iure, castigans,* „Quis unquam audivit aut legit marinum canem viperam sibilis suis evocare? De muraena id omnes philosophi naturales scripsere. Καρχαρίας quidem ἐπιθετικῶς vocatur canis marinus, quia revera καρχαρίας est sive καρχαρόδους. Hoc tamen epitheton non soli cani ma-

cio, scietis autem postea, nimirum cum perfectiores eritis. Item illud: *Nesciebant, donec a mortuis resurgeret.* Sic et Paulus: *Nondum enim* Ioann. 2, 22.
poteratis, sed nec adhuc potestis: ut ostenderet procedentibus tempo- 1. Cor. 3, 2.
ribus perfectiora dari praecepta; quae licet eadem sint semper, aliam nihilominus rationem induunt, nec eodem iunioribus quo robustis modo temperantur. Cum enim legis haec esset formula: *Oculum pro oculo,* non dixit, Eruite oculum pro oculo, sed, Si quis oculum eruerit, ei oculus eruetur. Ideo quilibet ut corpori suo consuleret maxillam verberanti praebebat, non ipse verberabat. Qua ratione iam tum ea servabantur quae in evangelio modo tam apertis verbis concepta sunt, cum eo tamen discrimine, quod illi metu ac necessitate velut adolescentes in officio continerentur, hi utpote confirmata iam aetate sponte sua ac voluntate obtemperent. Atenim contraria ista videntur: *Oculum pro oculo,* et interfectorem interfici iubere. Sed de illa supremi iudicii die sic loquentem Christum videmus: *Veniet,* Matth. 24, 50.
inquit, *eius dominus* (se ipsum autem intelligit, qui sit omnium dominus), *et servum ipsum in duas partes secabit; et partem eius cum infidelibus ponet.* Restat igitur ut contra salvatorem ipsum calumnias tuas, ac maledicta convertas, eumque esse bonum inficieris, tametsi bonus eum pater genuerit, bonusque sit ac iustus, nec a patre diversus. Quocirca tu qui legum nobis partitor ac geometra repente prodiisti, ac trifariam universa dividis, potes illum a patris abalienare natura. Quod autem nonnulla definis in lege esse adumbrandi significandique caussa scripta, veritatis nonnihil attigisti, ut paucis iis aspersis viam tibi in ceteris ad fallaciam fraudemque munires. Nec enim diffitendum est quin *haec illis in figura contigerint, scripta sint* 1. Cor. 10, 11.
autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt, ait sanctus apostolus, cum de circumcisione ac sabbato, ceterisque disputat. Atque utinam veritatem in omnibus retineres, neque tertium nescio quem deum ac medium, qui nullus est, nobis, vel tibi potius ac tuis obtruderes!

Sed impurissimam illam tuam vocem satis in praesentia com- Cap. XII.
pressam arbitror, impudentissime nebulo! Cuius convicta falsitate antequam reliquas ad haereses progrediamur, divinam pro eo ac solemus opem implorabimus, ut ad illas iugulandas tenuitati nostrae vires suppeditet. Satis enim ex iis quae diximus intellectum opinor Ptolemaeum, marini canis instar, qui e pelago prosiliens viperam

rino convenit, sed etiam aliis multis. Quare et muraenae dentatae tribui potest, quae et ipsa καρχαρόδους, ut ex Aristotele constat. Non dubium igitur quin καρχαρίας hoc loco muraena sit. Verum et illud perquam absurdum, quod canem marinum viperas sibilis suis evocare scribit. Quis unquam canes marinos sibilare dixit? Ne id quidem dicit Epiphanius, qui συρίγματα illa non cani marino tribuit, ut facit Petavius in sua versione, sed Ptolemaeo ipsi. Muraena

ρίας καὶ ἔχιδναν [2] προσκαλούμενος, τὴν Φλώραν διὰ τῶν γραμμάτων, αὐτήν τε καὶ ἄλλους σὺν αὐτῇ ἠπάτησε, δέδεικται ἐν τοῖς εἰρημένοις. Ἐν δὲ τῇ τῆς ἀληθείας σαγήνῃ, ἧς τὸ αἴνιγμα ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ βασιλείαν οὐρανῶν ἀπεφήνατο, ἐνειλήσαντες καὶ τῶν πονηρῶν ἰχθύων ἕνα ὄντα αὐτὸν ἐλέγξαντες, τῷ τὰ μοχθηρὰ ῥήματα αὐτοῦ φωρατὰ ποιῆσαι, τῇ τῆς ἀληθοῦς πίστεως διδασκαλίᾳ [3] ᾐρήσαμεν. Ἐν τῇ τοῦ θεοῦ τοίνυν δυνάμει συντρίψαντες τοῦτον αὐτοὶ μὲν θεῷ εὐχαριστήσωμεν, ἐπὶ δὲ τὰς ἑξῆς ὁμοίως, ὡς προεῖπον, προέρχεσθαι ἐπιβαλώμεθα.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΤΟΜΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

ipsa non sibilis evocat viperam, nec enim sibilat muraena, haud magis quam canis marinus, sed viperae sibilo evocatur e pelago. Apud solum Petavium sibilant canes marini, et sibilis suis evocant viperas e pelago prosilientes."

sibilis suis evocat, sic illum Floram literis excivisse, ac tam eam, quam ceteros in fraudem impulisse. Nos autem posteaquam veritatis hunc sagena, cuius similitudine coeleste in evangelio regnum dominus expressit, irretitum tenuimus, atque e malorum piscium esse numero demonstravimus, dum sincerae fidei doctrina impuras illius voces elisimus, obtrito dei ope profligatoque monstro, primum illi quantas possumus gratias habemus, deinde ad ceteras eodem, ut diximus, pede gradum faciemus.

LIBRI PRIMI TOMUS SECUNDUS DESINIT.

Καρχαρίας *una cum* σμυραίναις, *et aliis quibusdam inter venenatos pisces retulit Epiphanius supra haer. 30., cap. ult.*

2. *An* προκαλούμενος?

3. *Ita reponendum utique erat pro* ἠτήσαμεν, *quod libri retinent.*

pag. 229. ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ [1] ΕΝ ΤΩΙ ΤΡΙΤΩΙ ΤΟΜΩΙ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ, ΕΝ ΩΙ ΕΙΣΙΝ ΑΙΡΕΣΕΙΣ ΔΕΚΑΤΡΕΙΣ.

α'. Μαρκώσιοι. Μάρκος τις γεγένηται, Κολορβάσου συμφοιτητὴς, δύο ἀρχὰς καὶ αὐτὸς παρειςάγων. Ἀθετεῖ δὲ νεκρῶν ἀνάστασιν. Φαντασίας δέ τινας δι' ἐκπωμάτων ἐξ ἐπαοιδῆς εἰς κυάνεον χρῶμα καὶ πορφύρεον μεταβαλὼν ἐμυσταγώγει τὰς ἀπατωμένας γυναῖκας. Καὶ αὐτὸς δὲ τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων βούλεται τὰ πάντα [2] ἡγεῖσθαι ὁμοίως Οὐαλεντίνῳ.

β'. Κολορβάσιοι. Καὶ οὗτος ὁ Κολόρβασος ὡςαύτως τὰ αὐτὰ διηγούμενος, κατά τι δὲ διαφερόμενος πρὸς τὰς ἄλλας αἱρέσεις, φημὶ δὲ πρὸς τὰς περὶ Μάρκον καὶ Οὐαλεντῖνον, τὰς προβολὰς καὶ Ὀγδοάδας [3] ἑτέρως ἐδίδαξε.

γ'. Ἡρακλεωνῖται. Καὶ [4] αὐτοὶ τῇ τῶν Ὀγδοάδων [5] φέρονται μυθολογίᾳ, ἑτέρως δὲ παρὰ τὸν Μάρκον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Οὐαλεντῖνον, καὶ τοὺς ἄλλους. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τῇ τελευτῇ τοὺς παρ' αὐτοῖς τελευτῶντας ὁμοίως τῷ Μάρκῳ λυτροῦνται δι' ἐλαίου, ὀποβαλσάμου, καὶ ὕδατος, ἐπικλήσεις τινὰς Ἑβραϊκαῖς λέξεσιν ἐπιλέγοντες, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ δῆθεν λυτρουμένου.

δ'. Ὀφῖται. Ὀφῖταί εἰσιν οἱ τὸν ὄφιν δοξάζοντες καὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν ἡγούμενοι, ἔχοντες δὲ φύσει [6] τὸ ἑρπετὸν ἐν κίστῃ τινί.

ε'. Καϊανοί. Καὶ Καϊανοὶ ὡςαύτως ἅμα [7] τῶν πρότερον τὸν νόμον καὶ τὸν λαλήσαντα ἐν νόμῳ ἀθετοῦντες, σαρκός τε ἀνάστασιν ἀρνούμενοι, τὸν Κάϊν δοξάζουσι, λέγοντες αὐτὸν τῆς ἰσχυρωτέρας εἶναι δυνάμεως· ἅμα δὲ καὶ τὸν Ἰούδαν ἐκθειάζουσιν, ὁμοῦ τε καὶ τοὺς περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼμ, ἀλλὰ καὶ τοὺς Σοδομίτας.

pag. 230. *ϛ'. Σηθιανοί. Οὗτοι πάλιν τὸν Σὴθ δοξάζουσι, φάσκοντες αὐτὸν εἶναι ἐκ τῆς ἄνω μητρὸς μεταμεληθείσης ἐφ' [8] οἷς τοὺς περὶ τὸν Κάϊν προεβάλετο, εἶτα μετὰ [9] τὸ τὸν Κάϊν ἀποβληθῆναι, καὶ τὸν Ἄβελ ἀπο-*

1. καὶ ἐν *auget cod. Rhedig.*
2. ἡγεῖσθαι ὁμοίως *edidit Petav. de auctoritate cod. Vatic. In cod. Rhedig. et edit. princ. extat* ὁμοιοῦσθαι. *Cum cod. Vatic. facit etiam Ioannes Damascenus.*
3. ἑτέρως *cod. Rhedig. et Ioannes Damascenus. Vulgo* ἑτέρους.
4. οὗτοι *Ioannes Damasc.*
5. φαίνονται μυθολογίᾳ στοιχοῦντες *habet Ioannes Damasc.*

INDICULUS HAERESEON, QUAE IN TOMO III. LIBRI I. CONTINENTUR, SUNTQUE NUMERO XIII.

I. Marcosii. Marcus quidam extitit Colorbasi condiscipulus. Is duo similiter principia constituit. Mortuorum resurrectionem negabat. Utebatur praestigiis eiusmodi, ut certis carminibus poculorum liquorem in caeruleum purpureumque colorem verteret; quibus sacris infelices mulierculas initiare solebat. Idem ad XXIV. elementa perinde ac Valentinus universa revocare nititur.

II. Colorbasii. Hic easdem fere opiniones amplexus est. Sed nonnulla tamen sunt in quibus ab aliis haeresibus discrepat, Marci ac Valentini potissimum. Siquidem propagationes Aeonum et Ogdoadas alio modo tradidit.

III. Haeracleonitae. Etiam isti commentitias Ogdoadas retinuerunt. In quibus explicandis a Marci et Ptolemaei ac Valentini ceterorumque opinione discesserunt. Suos porro sub ipsum vitae exitum, perinde ac Marcus instituit, oleo, opobalsamo et aqua lustratos in salutem asserunt, unaque voces quasdam Hebraicas in eius qui expiatur caput insusurrant.

IV. Ophitae. Hi serpentem venerantur ac praedicant; eumque esse Christum asserunt. Ob id verum in cista serpentem asservant.

V. Caiani. Veterem legem et eum qui illius legis tempore locutus est repudiant. Resurrectionem carnis abnegant. Cainum commendant; quem praestantioris cuiusdam virtutis fuisse praedicant. Sed et Iudam divinis honoribus afficiunt, nec non et Core, Dathan et Abiron ac Sodomitas.

VI. Sethiani. Hi Sethum laudibus efferunt. Quem a suprema parente procreatum putant, cum eam poeniteret quod Cainum edidisset. Quo eiecto Abeloque interfecto cum summo patre congressa

6. ὄφιν τὸ ἑρπετὸν *cod. Vatic. Vulgatam scripturam tuetur etiam Ioannes Damasc.*

7. ταῖς πρότερον *cod. Vatic.*

8. οἷς, *quod habet etiam Ioannes Damasc., emendavit Petavius. Vulgo* ἧς.

9. *Ita emendavit Petavius. Consentit Ioannes Damasc. Edit. princ. et cod. Rhedig. non habent illud* τὸ.

κτανθῆναι, συνελθούσης τῷ ἄνω πατρὶ, καὶ καθαρὸν σπέρμα τὸν Σὴθ ποιησάσης, ἐξ οὗπερ λοιπὸν κατήχθη τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος. Καὶ αὐτοὶ δὲ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ ὅσα οἱ ἄλλοι δογματίζουσιν, ἐδογμάτισαν.

ζ'. Ἀρχοντικοί. Οὗτοι πάλιν εἰς πολλοὺς Ἄρχοντας τὸ πᾶν ἀναφέρουσι, καὶ τὰ γενόμενα ἐκ τούτων γεγενῆσθαι λέγουσιν. Ἁλίσκονται δὲ καὶ ἐπὶ αἰσχρότητί τινι· σαρκὸς δὲ ἀνάστασιν ἀθετοῦσι, καὶ παλαιὰν διαθήκην διαβάλλουσι. Κέχρηνται δὲ καὶ παλαιᾷ καὶ νέᾳ διαθήκῃ ἑκάστην λέξιν εἰς τὸν ἑαυτῶν νοῦν μεθοδεύοντες.

η'. Κερδωνιανοί. Οἱ ἀπὸ Κέρδωνος ἀπὸ [10] Ἡρακλέωνος, [11] δεξαμένου τὴν μετοχὴν τῆς πλάνης, προσθέντος δὲ τῇ ἀπάτῃ· ὃς ἀπὸ τῆς Συρίας εἰς Ῥώμην μεταναστὰς τὸ κήρυγμα αὐτοῦ ἐξέθετο ἐν χρόνοις Ὑγίνου ἐπισκόπου. Δύο δὲ ἀρχὰς κηρύττει οὗτος ἐναντίας ἀλλήλαις, μὴ εἶναι [12] δὲ τὸν Χριστὸν γεννητόν· ὁμοίως τε νεκρῶν ἀνάστασιν ἀθετεῖ, καὶ [13] τὰ κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην.

καὶ τὴν οἰκονομίαν δὲ [7] ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν, ἥτις ἐστὶ παρασκευὴ, τὸν ἔσχατον ἄνθρωπον εἰς ἀναγέννησιν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πεφηνέναι· ἧς οἰκονομίας ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ τὴν ἕκτην ὥραν, ἐν ᾗ προσηλώθη τῷ ξύλῳ. Τὸν γὰρ τέλειον Νοῦν ἐπιστάμενον τὸν τῶν ἓξ ἀριθμὸν δύναμιν, ποιήσεως καὶ ἀναγεννήσεως ἔχοντα, φανερῶσαι τοῖς υἱοῖς τοῦ φωτὸς τὴν [8] διὰ τοῦ φανέντος ἐπισήμου εἰς αὐτὸν [9] δι' αὐτοῦ γενομένην ἀναγέννησιν. Ἔνθεν καὶ τὰ διπλᾶ γράμματα τὸν ἀριθμὸν ἐπίσημον ἔχειν φησίν. Ὁ γὰρ ἐπίσημος ἀριθμὸς [10] συγκραθεὶς τοῖς εἰκοσιτέσσαρσι στοιχείοις τὸ τριακονταγράμματον ὄνομα ἀπετέλεσε. Κέχρηται δὲ διακόνῳ τῷ τῶν ἑπτὰ ἀριθμῶν μεγέθει, ὥς φησιν ἡ Μάρκου Σιγὴ, ἵνα τῆς αὐτοβουλήτου βουλῆς φανερωθῇ ὁ καρπός. Τὸν μέν τοι ἐπίσημον τοῦτον ἀριθμὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησὶ, τὸν
pag. 241. [11] ἐπὶ τοῦ ἐπισήμου μορφωθέντα, νόησον, τὸν ὥσπερ μερισθέντα [12] ἢ διχοτομηθέντα, καὶ ἔξω μείναντα, ὃς τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει τε καὶ φρονήσει διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ προβολῆς τοῦτον [13] τὸν τῶν ἑπτὰ δυνάμεων [14] κατὰ μίμησιν τῆς Ἑβδομάδος δυνάμεως ἐψύχωσε κόσμον, καὶ ψυχὴν ἔθετο εἶναι τοῦ ὁρωμένου παντός. Κέχρηται μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὗτος τῷδε τῷ ἔργῳ, ὡς αὐθαιρέτως ὑπ' αὐτοῦ [15] γενομένῳ, τὰ δὲ διακονεῖ, μιμήματα ὄντα τῶν ἀμιμήτων, τὴν Ἐνθύμησιν τῆς Μητρός. Καὶ ὁ μὲν πρῶτος οὐρανὸς φθέγγεται τὸ ᾱ, ὁ δὲ μετὰ τοῦτον τὸ ε̄, ὁ δὲ τρίτος η̄, τέταρτος δὲ καὶ μέσος τῶν ἑπτὰ τὴν τοῦ ῑ δύναμιν ἐκφωνεῖ, ὁ δὲ πέμπτος τὸ ο̄, ἕκτος δὲ τὸ ῡ, ἕβδομος [16] δὲ καὶ τέταρτος ἀπὸ [17] μέσου τὸ ω̄ στοιχεῖον ἐκβοᾷ, καθὼς ἡ Μάρκου Σιγὴ, ἡ πολλὰ μὲν φλυαροῦσα, μηδὲν δὲ ἀληθὲς λέγουσα, διαβεβαιοῦται· αἵ τινες δυνάμεις ὁμοῦ, φησὶ, πᾶσαι εἰς ἀλλήλας συμπλακεῖσαι ἠχοῦσι καὶ δοξάζουσιν ἐκεῖνον ὑφ' οὗ προεβλήθησαν, ἡ δὲ δόξα τῆς ἠχῆς ἀναπέμπεται εἰς τὸν Προπάτορα. Ταύτης μέν τοι τῆς δοξολογίας τὸν ἦχον εἰς τὴν γῆν φερόμενόν φησι πλάστην γενέσθαι καὶ γεννήτορα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· τὴν δὲ ἀπόδειξιν φέρει ἀπὸ τῶν ἄρτι γεννωμένων βρεφῶν, ὧν [18] ἡ ψυχὴ ἅμα τῷ ἐκ μήτρας προελθεῖν ἐπιβοᾷ ἑνὸς ἑκάστου τῶν στοιχείων τούτων τὸν ἦχον. Καθὼς οὖν αἱ ἑπτὰ, φησὶ, δυνάμεις δοξάζουσι τὸν Λόγον, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς βρέφεσι κλαίουσα καὶ θρηνοῦσα Μάρκον δοξάζει αὐτόν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ εἰρηκέναι, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον· καὶ πάλιν, Οἱ οὐρανοὶ [19] τῶν οὐρανῶν διηγοῦνται δόξαν θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο ἔν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη εἰς διυλισμὸν αὐτῆς ἐπιφωνεῖ [20] τὸ ω̄,

7. τοῦ πάθους *addit Pseudo-Origenes.*

8. διὰ τοῦ *scripsi de auctoritate Pseudo-Origenis. Vulgo* δι' αὐτοῦ.

9. ἀριθμὸν *pro* δι' αὐτοῦ *Massuetus reposuit ex cod. Paris.* εἰς τὴν δι' αὐτοῦ ἐπιγ. ἀναγέννησιν *habet Pseudo-Origenes. Vet. Interpres:* manifestasse filiis luminis eam generationem quae facta est per eum qui manifestatus est insignis in eum numerum.

10. συγκερασθεὶς *Pseudo-Origenes.*

11. ἀπὸ *correxerunt Petavius, Grabius aliique, Vet. Interpretem secuti.*

minem scripserit, imo etiam cur sexto, hoc est parasceues, die postremus homo ad instaurandam prioris hominis generationem suam illam functionem obierit, cuius initium ac finis hora sexta fuerit, qua ligno sit affixus. Perfectam quippe mentem cum in senario numero efficiendi instaurandique vim inesse non ignoraret, filiis lucis iteratam illam declarasse generationem, quae per insignem ipsum apparentem in eum numerum extiterit. Unde et duplices literas insignem continere numerum docuit. Insignis enim numerus cum quatuor et viginti permistus elementis triginta literarum nomen conficit. Sed numerorum septem magnitudine tanquam administra utitur, ut Marci Sige narrabat, ut a sua voluntate profecti consilii fructus appareat. Ceterum insignem hunc numerum eum, inquit, intellige qui ab insigni formatus est, quique velut divisus et bipartitus est, forisque remanet, qui sua virtute ac prudentia efficientiaque propria mundum hunc ad septenarii virtutis imitationem septem virtutibus comprehensam animavit, eiusque omnis, quod aspectabile est, animam constituit. Hoc igitur opere velut sponte a se facto ipsemet utitur. Alia vero, cum sint imitationes quaedam non imitabilium, Cogitationi Matris serviunt. Itaque primum coelum *A* pronuntiat, secundum *H*, tertium *H*, quartum et medium vocalis *I* vim effert, quintum *O*, sextum *Υ*, septimum et quartum elementum *Ω* e medio proclamat, ait Marciana Sige, quae magnas nugas effutiens veri nihil eloquitur. Virtutes illae porro simul omnes invicem consertae resonant, inquit, ac praedicant eum a quo productae sunt. Cuius sonitus collaudatio primum in Parentem confertur, idemque sonus delatus in terram omnium quae sunt in ea fictor ac procreator est factus. Quod ex recens editis infantibus demonstrare nititur, qui simulatque matris ex utero prodierunt, vagitu suo uniuscuiusque elementorum istorum sonum exprimunt. Ut igitur septenae virtutes, ait, Verbum laudibus efferunt: ita et Marcum ipsum plorans in infantibus ac moerens anima praedicat. Ideo quoque David cecinit: *Ex ore infantium et* Psalm. 8, 3.
lactentium perfecisti laudem. Ac rursum: *Coeli coelorum enarrant* Psalm. 18, 2.
gloriam dei. Hinc est quod inter labores et aerumnas, ut sit quodammodo defaecatior anima, literam *Ω* pronuntiat, quod est lauda-

12. ἣ διχοτομηθέντα *desideratur in cod. Veneto et apud Pseudo-Originem.*

13. τὴν ζωὴν τῶν *habet vitiose Pseudo-Origenes.*

14. κατὰ μίμησιν *codd. Ven. Rhedig. Paris.* μιμήσει *Pseudo-Origenes. Vulgo* καὶ μίμησιν.

15. γενόμενα τὰ δι' εἰκόνων, μιμήματα *cett. habet Pseudo-Origenes.*

16. δὲ *adieci ex cod. Veneto et Pseudo-Origene. Agnoscit etiam Vet. Interpres.*

17. ἀπὸ μέσου *reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Omittit cod. Venetus.* ἀπὸ μέρους *vulgata est scriptura.*

18. ἡ ψυχὴ *reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete, sententia postulante. Epiphanii libri habent* ἠχὴ.

19. *Verba* τῶν οὐρανῶν *non agnoscunt Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.*

20. τῷ ῶ *cod. Venet.*

εἰς σημεῖον αἰνέσεως, ἵνα γνωρίσασα ἡ ἄνω ψυχὴ τὸ συγγενὲς αὐτῆς βοηθὸν αὐτῇ καταπέμψῃ.

Κεφ. η΄. Καὶ περὶ μὲν τοῦ παντὸς ὀνόματος τριάκοντα ὄντος γραμμάτων τούτου, καὶ τοῦ Βυθοῦ τοῦ αὔξοντος ἐκ τῶν τούτου γραμμάτων, ἔτι τε τῆς Ἀληθείας σώματος δωδεκαμελοῦς ἐκ δύο γραμμάτων [1] ἑκάστου μέλους συνεστῶτος, καὶ τῆς φωνῆς αὐτῆς, ἣν [2] προςωμίλησε μὴ προςομιλήσασα, καὶ περὶ τῆς [3] ἐπιλύσεως τοῦ μὴ λαληθέντος ὀνόματος, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς καὶ ἀνθρώπου, καθὰ ἔχουσι τὴν κατ' εἰκόνα
pag. 212. οἰκονομίαν, οὕτως ἐλήρησεν. Ἑξῆς δὲ ὡς ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἰσάριθμον δύναμιν ἐπέδειξεν ἡ Τετρακτὺς αὐτῷ ἀπαγγελοῦμεν· ἵνα μηδὲν λάθῃ σε τῶν εἰς ἡμᾶς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἐληλυθότων, ἀγαπητὲ, καθὼς πολλάκις ἀπῄτησας παρ' ἡμῶν. Οὕτως οὖν ἀπαγγέλλει ἡ πάνσοφος αὐτῷ Σιγὴ τὴν γένεσιν τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων. Τῇ μονότητι συνυπάρχειν [4] ἑνότητα, ἐξ ὧν δύο προβολαὶ, καθὰ προείρηται, μονάς τε καὶ τὸ ἓν ἐπὶ δύο οὖσαι τέσσαρα ἐγένοντο· δὶς γὰρ δύο τέσσαρες. Καὶ πάλιν αἱ δύο καὶ τέσσαρες εἰς τὸ αὐτὸ συντεθεῖσαι τὸν τῶν ἓξ ἐφανέρωσαν ἀριθμόν. Οὗτοι δὲ οἱ ἓξ τετραπλασιασθέντες τὰς εἴκοσι τέσσαρας ἀπεκύησαν μορφάς. Καὶ τὰ μὲν τῆς πρώτης Τετράδος ὀνόματα ἅγια ἁγίων νοούμενα, καὶ μὴ δυνάμενα λεχθῆναι, γινώσκεσθαι ὑπὸ μόνου τοῦ Υἱοῦ, ἃ ὁ Πατὴρ οἶδε τίνα ἐστί. Τὰ δὲ σεμνὰ καὶ μετὰ πίστεως ὀνομαζόμενα παρ' αὐτῷ ἐστι [5] ταῦτα, Ἄρρητος καὶ Σιγὴ, Πατήρ τε καὶ Ἀλήθεια. Ταύτης δὲ τῆς Τετράδος ὁ σύμπας ἀριθμός ἐστι στοιχείων εἰκοσιτεσσάρων. Ὁ γὰρ Ἄρρητος ὄνομα γράμματα ἔχει ἐν ἑαυτῷ ἑπτὰ, ἡ δὲ Σιγὴ πέντε, καὶ ὁ Πατὴρ [6] πέντε, καὶ ἡ Ἀλήθεια ἑπτὰ, ἃ συντεθέντα ἐπιτοαυτὸ τὰ δὶς πέντε καὶ δὶς ἑπτὰ τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ δευτέρα Τετρὰς, Λόγος καὶ Ζωὴ, Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων ἀνέδειξαν. Καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος δὲ ῥητὸν ὄνομα [7] Ἰησοῦς γραμμάτων ὑπάρχειν ἓξ, [8] τὸ δ' ἄρρητον αὐτοῦ γραμμάτων εἰκοσιτεσσάρων, Υἱὸς Χριστὸς γραμμάτων δώδεκα, τὸ δὲ ἐν Χριστῷ ἄρρητον γραμμάτων [9] τριάκοντα. Καὶ διὰ τοῦτό φησιν αὐτὸν α̅ καὶ ω̅, ἵνα τὴν περιστερὰν μηνύσῃ, τοῦτον ἔχοντος τὸν ἀριθμὸν τούτου τοῦ ὀρνέου.

Cap. VIII. — 1. ἑκάστου μέλους *cum Irenaei editoribus supplevi ex Vet. Interprete. Graeci quidem libri non habent.*

2. προςωμίλησε μὴ, *quod desideratur in Epiphanii libris, supplevi ex Vet. Irenaei Interprete.*

3. ἀναλύσεως *maluerunt Petavius et Billius.*

4. ἑνότητα *codd. Venet. Vatic., Pseudo-Origenes et Vet. Irenaei Interpres. Vulgo* ἑνότητι.

5. τοιαῦτα *cod. Venet.*

6. πέντε *adieci ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Abest enim ab Epiphanii libris.*

7. *Vocem* Ἰησοῦς *reposui ex Vet. Interpretis auctoritate et Petavii coniecturam, quam vide, secutus. Vulgo extat* ὀκτὼ καὶ δέκα, *quod in cod. Veneto* ἢ καὶ δέκα *scriptum est. Apud Pseudo-Origenem ea vocabula plane desiderantur.*

tionis indicium, ut coelestis anima quod sibi cognatum est agnoscens opitulatorem submittat.

De toto igitur illo nomine, quod XXX ex literis componitur, Cap. VIII. Bytho qui iisce ex literis incrementum capit, nec non et Veritatis corpore membris constante duodecim, quorum singula duabus e literis conflata sunt, ipsiusque voce quam minime eloquens est elocuta, tum de minime prolati resolutione nominis, ac de Mundi et Hominis anima, quatenus ad similitudinem expressa providentiae administrationique respondent, hoc ille modo nugatus est. Quemadmodum vero ex nominibus aequalem numero Virtutem ei Tetractys ostenderit, deinceps explicabimus, ne quid eorum te, carissime, lateat, quae ab illo dicta ad nostram memoriam pervenerunt, id quod a nobis saepe postulasti. Hoc itaque modo sapientissima Sige XXIV elementorum illi generationem exposuit. Nimirum cum Singularitate Unitatem existere: ab iis propagata duo Monadem atque Unum quatuor implesse. Bis enim duo quatuor efficiunt. Rursumque duo coniuncta cum quatuor senarium ostenderunt. Hic quater in sese ductus XXIV formas effecit. Ac primae quidem Tetradis nomina sanctissima, quae intelligentia sola percipi possunt, verbis explicari non possunt, soli putat filio cognita, quae cuiusmodi sint Pater intelligit. Quae vero sic augusta sunt, ut cum fide pronuntiari possint, hunc in modum recenset. Arrhetus et Seige, Pater et Veritas. Huius Tetradis numerus omnis XXIV elementa colligit. Nam Arrhetus septem in se literas complectitur, Seige V, Pater V, et Veritas VII; quae in unum composita bis quinque bisque septem XXIV efficiunt. Ita et secunda Tetras, Logus, Zoë, Anthropus et Ecclesia eundem exhibent elementorum numerum. Iam Salvatoris nomen, quod efferri fas est, hoc est *Ἰησοῦς*, literarum esse sex. Quod vero pronuntiari nequit, literas habere XXIV. Ita Christum Filium literarum esse XII: quod vero in Christo nec effabile est, literarum XXX. Ideoque *A* et *Ω* seipsum nominat, ut columbam significet. Huic enim avi numerus iste convenit.

8. *Ita restitui ex Pseudo-Origene. Vulgo* τὸν.

9. *Plenior hic ipso Irenaeo eius excerptor est Pseudo-Origenes:* Τὸ δὲ ἐν τῷ Χριστῷ ἄρρητον γραμμάτων τριάκοντα, καὶ αὐτὸ τοῖς ἐν αὐτῷ γράμμασι κατὰ ἓν στοιχεῖον ἀριθμούμενον. Τὸ γὰρ Χριστός ἐστι στοιχείων ὀκτώ. Τὸ μὲν γὰρ χ̅ε̅ι̅ τριῶν, τὸ δὲ ρ̅ δύο, καὶ τὸ ε̅ι̅ δύο, καὶ ι̅ τεσσάρων, τὸ σ̅ πέντε, καὶ τὸ τ̅ τριῶν, τὸ δὲ ο̅υ̅ δύο, καὶ τὸ σὰν τριῶν. Οὕτως τὸ ἐν τῷ Χριστῷ ἄρρητον φάσκουσι στοιχείων τριάκοντα. Καὶ διὰ τοῦτο δέ φασιν αὐτὸν λέγειν, Ἐγὼ τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̅, ἐπιδεικνύντα τὴν περιστερὰν τοῦτον ἔχουσαν τὸν ἀριθμὸν, ὅ ἐστιν ὀκτακόσια ἕν. *Quod testimonium etiam refellit Salmasium de scripturae nominis Christi modo Petavium vituperantem in (Fr. Franci) Confutat. Animadv. Ant. Cercoetii pag. 73 sqq.*

Κεφ. ϛ'. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ταύτην ἔχει, φησὶ, τὴν ἄρρητον γένεσιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς Μητρὸς τῶν ὅλων τῆς πρώτης Τετράδος ἐν θυγατρὸς τρόπῳ προῆλθεν ἡ δευτέρα Τετρὰς, καὶ ἐγένετο Ὀγδοὰς, ἐξ ἧς προῆλθε Δεκάς. Οὕτως ἐγένετο [1]Δεκὰς καὶ Ὀγδοάς. Ἡ οὖν Δεκὰς ἐπισυνελθοῦσα τῇ Ὀγδοάδι καὶ δεκαπλασίονα αὐτὴν ποιήσασα [2]τὸν τῶν ὀγδοήκοντα προεβίβασεν ἀριθμὸν, καὶ τὰ ὀγδοήκοντα πάλιν δεκαπλασιάσασα [3]τὸν τῶν
pag. 243. ὀκτακοσίων ἀριθμὸν ἐγέννησεν, ὥςτε εἶναι τὸν ἅπαντα τῶν γραμμάτων ἀριθμὸν ἀπὸ Ὀγδοάδος εἰς Δεκάδα προελθόντα η̄ καὶ π̄ καὶ ω̄, ὅ ἐστι [4]Ἰησοῦς. Τὸ γὰρ Ἰησοῦ ὄνομα κατὰ τὸν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀριθμὸν ω̄ ἔστιν ὀγδοηκονταοκτώ. [5]Ἔχει σαφῶς καὶ τὴν [6]ὑπερουράνιον [7]τοῦ Ἰησοῦ κατ' αὐτοὺς γένεσιν. Διὸ καὶ τὸν ἀλφάβητον τῶν Ἑλλήνων ἔχειν Μονάδας ὀκτὼ, καὶ Δεκάδας ὀκτὼ, καὶ Ἑκατοντάδας ὀκτὼ, τὴν τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοηκονταοκτὼ ψῆφον [8]ἐπιδεικνύοντα, τουτέστι [9]τὸν Ἰησοῦν, [10]τὸν ἐκ πάντων [11]συνεστῶτα τῶν ἀριθμῶν, καὶ διὰ [12]τοῦτο ἄλφα καὶ ω̄ ὀνομάζεσθαι αὐτὸν, τὴν ἐκ πάντων γένεσιν σημαίνοντα. Καὶ πάλιν οὕτως. Τῆς πρώτης Τετράδος κατὰ πρόςβασιν ἀριθμοῦ εἰς αὐτὴν συντιθεμένης ὁ τῶν δέκα ἀνεφάνη ἀριθμός. Μία γὰρ καὶ δύο καὶ τρεῖς [13]καὶ τέσσαρες ἐπιτοαυτὸ συντεθεῖσαι δέκα γίνονται, καὶ τοῦτ' εἶναι θέλουσι τὸν Ἰησοῦν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς, φησὶ, γραμμάτων ὀκτὼ ὢν, τὴν πρώτην Ὀγδοάδα σημαίνει, ἥτις τῷ δέκα συμπλακεῖσα τὸν Ἰησοῦν ἀπεκύησε. Λέγεται δὲ, φησὶ, καὶ Υἱὸς Χριστὸς, τουτέστιν ἡ Δωδεκάς. Τὸ γὰρ Υἱὸς ὄνομα γραμμάτων ἐστὶ τεσσάρων, τὸ δὲ Χριστὸς ὀκτὼ, ἅτινα συντεθέντα τὸ τῆς Δωδεκάδος ἐπέδειξαν μέγεθος. Πρὶν μὲν οὖν, φησὶ, τούτου τοῦ ὀνόματος τὸ ἐπίσημον φανῆναι, τουτέστι τὸν Ἰησοῦν, τοῖς υἱοῖς, ἐν ἀγνοίᾳ πολλῇ ὑπῆρχον οἱ ἄνθρωποι καὶ πλάνῃ· ὅτε δὲ ἐφανερώθη τὸ ἑξαγράμματον ὄνομα, ὃς σάρκα [14]περιεβάλετο, ἵνα εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ ἀνθρώπου κατέλθῃ, ἔχων ἐν ἑαυτῷ αὐτὰ τὰ ἓξ καὶ τὰ εἰκοσιτέσσαρα, τότε γνόντες αὐτὸν ἐπαύσαντο τῆς ἀγνοίας. Ἐκ θανάτου δὲ εἰς ζωὴν ἀνῆλθον, τοῦ ὀνόματος αὐτοῖς [15]ὁδοῦ γεννηθέντος πρὸς τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας. Τεθεληκέναι γὰρ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων λῦσαι τὴν ἄγνοιαν καὶ καθελεῖν τὸν θάνατον. Ἀγνοίας δὲ λύσις ἡ ἐπίγνωσις αὐτοῦ ἐγίνετο. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεχθῆναι τὸν κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως οἰκονομηθέντα ἄνθρωπον.

Cap. IX. — 1. δέκα, εἶτα δεκαοκτώ *Pseudo-Origenes.* Sic factum est XVIII. *habet Vet. Interpres.*

2. τὸ *cod. Ven.*

3. τὸ *cod. Ven.*

4. Ἰησοῦς *restitui ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene, contra codicum mss. Epiphanii auctoritatem, qui praebent, una cum editis,* δεκαοκτώ. *In cod. Vatic. scriptum est* ιη̄.

5. ἔχεις *secundum Vet. Interpr. coniecerunt Billius, Massuetus aliique.*

6. ὑπουράνιον *cod. Rhedig.* supercaelestis Iesu secundum eos genesin *Vet. Interpres.*

7. τοῦ Ἰησοῦ κατ' αὐτοὺς *cod. Venet. Quomodo ex Vet. Interpr. iam dudum censuerunt reponendum esse Billius, Grabius aliique Irenaei editores. Vulgo extat* τοῦ η̄ καὶ τοῦ σ̄ κατ' αὐτούς. *Apud Pseudo-Ori-*

Quod ad Iesum pertinet, hanc, ait, generationem, quae explicari verbis nequit, sortitus est. Etenim ab universorum Matre prima illa Tetrade filiae instar secunda Tetras exorta et Ogdoas est facta, a qua Decas processit. Itaque Decas et Ogdoas progressae sunt. Tum Decas cum Ogdoade copulata ac decies illam multiplicans Octogenarium numerum effecit. Quem decies insuper multiplicans ad octingenta perduxit. Ut omnis ille literarum numerus ab Ogdoade progressus ad Decadem sit *H* et *Π* et *Ω*, quae sunt DCCCLXXXVIII. Siquidem Iesu nomen ob eum numerum, quem literae reddunt, DCCCLXXXVIII conficit; ac perspicue coelo, ut putant, ipso sublimioris Iesu generationem continet. Unde et in Graecorum Alphabeto Monades octo, totidem Decades atque Hecatontades reperiri dicunt, ut DCCCLXXXVIII numerum praebeat, hoc est Iesum, ex omnibus numeris contextum; ob idque sese *A* et *Ω* nominasse, quo illam ex omnibus sui productionem exprimeret. Quod hoc rursum modo perfectum est. Primus Quaternarius per numeri progressionem in sese redactus Denarium produxit. Nam unum et duo tria et quatuor simul composita decem faciunt; quod ipsum esse Iesum existimant. Sed et Christus, inquiunt, octo ex literis contextus primam Ogdoadem demonstrat, quae cum decem coniuncta Iesum peperit. Dicitur quoque *Υἱὸς Χριστὸς*, aiunt, hoc est Dodecas. Nam *Υἱὸς* literas habet quatuor, Christus octo, quae collecta Dodecadis effecere magnitudinem. Sed antequam nominis huius episemum, hoc est Iesus, filiis appareret, in summa homines ignorantia et errore versati sunt. Posteaquam vero sex literarum nomen est patefactum, quod ideo carnem induit, ut sex ipsas et XXIV literas comprehendens ad sensus hominum sese demitteret, tum demum eo cognito ab errore destiterunt, et ad vitam emerserunt a morte, cum ad veritatis patrem ductoris instar ipsis nomen illud extitisset. Placuisse siquidem omnium Parenti ut ignorantiam discuteret mortemque tolleret. Ignorantiae porro discussio ipsius cognitio fuit. Proindeque delectus is est homo, qui de illius voluntate ad coelestis Virtutis exemplar singulari est providentia constitutus. Cap. IX.

genem verba Ἔχει — — — γένεσιν. Διὸ *non reperiuntur.*

8. ἐπιδεικνύοντα *Pseudo-Origenes.* ἔπειτα δεικνύοντα *Epiphanii libri praebent.*

9. τὸν Ἰησοῦν *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres. Epiphanii libri habent* τουτέστι τὸ ῑ ε̄ η̄.

10. τῶν *cod. Ven. Omitt. Pseudo-Origenes.*

11. συνεστώτων *Pseudo-Origenes.*

12. τοῦτο *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres. Vulgo* τοῦ.

13. καὶ τέσσαρες *Petavius primum addidit ex cod. Vatic.*

14. περιεβάλετο *codd. Venet. Rhedig. Vulgo* περιεβάλλετο.

15. ὁδηγοῦ *legebat Vet. Interpres, qui vertit* ducatore ad Patrem veritatis.

Κεφ. ι'. Ἀπὸ Τετράδος γὰρ προῆλθον οἱ Αἰῶνες. Ἦν δὲ ἐν τῇ Τετράδι Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, Λόγος καὶ Ζωή. Ἀπὸ τούτων οὖν δυνάμεις, φησὶν, ἀποῤῥυεῖσαι ἐγενεσιούργησαν τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα Ἰησοῦν. Καὶ τοῦ μὲν Λόγου ἀναπληρωκέναι τὸν τόπον τὸν ἄγγελον Γαβριὴλ,
pag. 214. τῆς δὲ Ζωῆς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· τοῦ δὲ Ἀνθρώπου τὴν δύναμιν τοῦ [1] Ὑψίστου, τὸν δὲ τῆς Ἐκκλησίας τόπον ἡ Παρθένος [2] ἐπέδειξεν. Οὕτως τε ὁ κατ' οἰκονομίαν διὰ τῆς Μαρίας γενεσιουργεῖται παρ' αὐτῷ Ἄνθρωπος, ὃν ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων διελθόντα διὰ μήτρας ἐξελέξατο [3] διὰ Λόγου εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ. Ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ κατελθεῖν εἰς αὐτὸν ὡς περιστερὰν τὸν ἀναδραμόντα ἄνω καὶ πληρώσαντα τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ σπέρμα τούτων τῶν συσπαρέντων αὐτῷ, καὶ συγκαταβάντων, καὶ συναναβάντων· αὐτὴν δὲ τὴν δύναμιν [4] τὴν κατελθοῦσαν σπέρμα φησὶν εἶναι τοῦ Πατρὸς, ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, τήν τε διὰ τούτων γινωσκομένην ἀνονόμαστον δύναμιν τῆς Σιγῆς καὶ τοὺς ἅπαντας Αἰῶνας. Καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ λαλῆσαν διὰ τοῦ [5] στόματος τοῦ Ἰησοῦ τὸ ὁμολογῆσαν ἑαυτὸν Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ [6] φανερῶσαν τὸν Πατέρα, κατελθὸν μὲν εἰς τὸν Ἰησοῦν, ἡνῶσθαι δ' αὐτῷ. Καὶ καθεῖλε μὲν τὸν θάνατον, φησὶν, ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας Σωτὴρ, ἐγνώρισε δὲ τὸν Πατέρα Χριστόν. Εἶναι οὖν τὸν Ἰησοῦν ὄνομα μὲν τοῦ ἐκ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου λέγει, τεθεῖσθαι δὲ εἰς ἐξομοίωσιν καὶ μόρφωσιν τοῦ μέλλοντος εἰς αὐτὸν κατέρχεσθαι Ἀνθρώπου, [7] τὸν χωρήσαντα αὐτόν· ἐσχηκέναι δὲ αὐτόν τε τὸν Ἄνθρωπον, αὐτόν τε τὸν Λόγον, καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Ἄρρητον, καὶ τὴν Σιγὴν, καὶ τὴν Ἀλήθειαν, καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ Ζωήν.

Κεφ. ια'. Ταῦτα δὴ ὑπὲρ τὸ [1] Ἰοῦ καὶ τὸ Φεῦ καὶ ὑπὲρ [2] τὴν πᾶσαν τραγικὴν [3] φώνησιν καὶ [4] σχετλιασμόν ἐστι. Τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε τῶν τηλικούτων ψευσμάτων [5] κακοσύνθετον ποιητὴν, τὴν μὲν Ἀλήθειαν ὁρῶν εἴδωλον ὑπὸ Μάρκου γεγονυῖαν, καὶ τοῦτο τοῖς τοῦ ἀλφαβήτου γράμμασι κατεστιγμένην [6] νεωστὶ, πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὴ λεγόμενον χθὲς καὶ πρώην. Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ, ἔσχατον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ [7] μακρὰ τούτοις προστεθεικέναι. Πρὸ τοῦ οὖν

Cap. X. — 1. Ὑψίστου *correxi de auctoritate Pseudo-Origenis et Vet. Interpretis. Epiphanii libri habent* υἱοῦ.

2. ἔδειξεν *codd. Rhedig. et Paris.*

3. διὰ Λόγου *desideratur in cod. Veneto.*

4. τὴν *addidi de auctoritate cod. Veneti et Pseudo-Origenis, qui habet* τὴν καταβᾶσαν εἰς αὐτὸν.

5. *Verba* στόματος τοῦ, *quae desiderantur in codd. Rhedig. Paris. et editis libris, secundum Vet. Interpretem et Pseudo-Origenem reposui ex codd. Veneto et Vaticano.*

6. φανερῶσαν *emendatio est Grabii, pro* φανερώσαντα, *quod libri Epiphanii vulgo praebent. Firmat illam Pseudo-Origenes.*

7. *Pseudo-Origenes:* ὃν χωρήσαντα ἐσχηκέναι αὐτόν. Αὐτόν τε εἶναι τὸν Ἄνθρωπον *cett. Vet. Interpres:* quem ca-

Nam Aeones a Tetrade profecti sunt. In qua isti censebantur, Homo et Ecclesia, Verbum et Vita. Ab iis profluentes quaedam Virtutes Iesum illum procrearunt qui in terris apparuit. Ceterum in Verbi locum angelum Gabrielem, Vitae vero Spiritum Sanctum esse substitutum asserunt: sicut Hominis partes Altissimi virtus, Ecclesiae vero Virgo sustinuit. Sic ille peculiari providentia editus de Maria natus est Homo, quem per uterum egressum sui ad cognitionem per Verbum omnium Parens elegit. Cumque ad aquam abluendus venisset, in eum columbae descendisse specie illum ipsum narrant, qui sursum recurrens duodenarium numerum implevit; in quo semen inest eorum quae cum illo sata pariter et descenderunt et ascenderunt. Ipsam vero delapsam e coelo virtutem semen Patris definit esse, quod in se patrem ac Filium, eamque Siges virtutem, quae per illos cognita nomine caret omni, ac reliquos Aeones complectitur. Huncque Spiritum esse Sanctum, qui per Iesum locutus cum eoque coniunctus est. Iam vero mortem, inquit, Salvator ex illa providentia natus sustulit, Christumque patrem hominibus patefecit. Iesum itaque nomen eius esse proprium hominis statuit, quem singularis illa providentia submisit, sed ad alterius similitudinem ac configurationem impositum esse, qui in ipsum erat aliquando lapsurus. Quem cum excepisset, una et Hominem ipsum, et Verbum ac Patrem, et Arrhetum ac Sigen, Veritatem item et Ecclesiam, Vitamque comprehendisse. Cap. X.

Quae omnes illorum fabulae eiusmodi sunt, ut iis deplorandis nullum Heu! Heu! vel Proh! neque ulla prorsus tragica vox ac lamentatio possit sufficere. Quis enim non talium mendaciorum infelicem artificem oderit, cum Veritatem ipsam in inane simulacrum a Marco deformatam videat et, quod gravius est, alphabeti literis tanquam stigmatibus inustam; ut quod nuper admodum atque heri, ut aiunt, et nudiustertius accidit, quasi iam tum olim extitisset, venditare studuerit. Graeci quidem XVI a Cadmo literas primum accepisse se memorant, tum a se progredientibus temporibus alias aspiratas, alias duplices inventas, postremo a Palamede maiores adiun- Cap. XI.

pientem habere et ipsum Hominem *cett.*

CAP. XI. — 1. ἰησοῦ *ed. princ.*

2. τὴν *restitui cum Massuelo pro* τὸ *quod libri habent. Vet. Interpres:* et super universam tragicam exclamationem.

3. ἐκφώνησιν *placuit Petavio.*

4. σχετλιατισμὸν *cod. Venet.*

5. *Vet. Interpres vertit* tantorum mendaciorum malus compositor. *At puto Irenaeum scripsisse* κακοσυνθέτων.

6. *Varium in modum haec verba distinxerunt. V. Irenaei interpretes et editores.*

7. *Ita codd. Venet. Vatic., et ed. Petavii.* μικρὰ *codd. Rhedig. Paris., et ed. princ.*

Ἕλλησι ταῦτα γενέσθαι οὐκ ἦν Ἀλήθεια. Τὸ γὰρ σῶμα αὐτῆς κατὰ σὲ, Μάρκε, μεταγενέστερον μὲν Κάδμου καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, [8] μεταγενέστερον δὲ τῶν τὰ λοιπὰ προσεθεικότων στοιχεῖα, μεταγενέστερον δὲ καὶ
pag. 245. σαυτοῦ. Σὺ γὰρ μόνον εἴδωλον κατήγαγες τὴν ὑπό σου λεγομένην Ἀλήθειαν. Τίς δ᾽ ἀνέξεταί σου τὴν τοσαῦτα φλυαροῦσαν Σιγὴν, [9] ἢ τὸν ἀνονόμαστον ὀνομάζει, καὶ τὸν ἄρρητον ἐξηγεῖται καὶ τὸν ἀνεξιχνίαστον ἐξιστορεῖ, καὶ ἠνοιχέναι τὸ στόμα φησὶν [10] αὐτὸν ὃν ἀσώματον καὶ ἀνείδεον λέγεις; καὶ προενέγκασθαι Λόγον, ὡς ἕν τι τῶν συνθέτων ζώων, τόν τε Λόγον αὐτοῦ ὅμοιον ὄντα τῷ προβαλόντι καὶ μορφὴν τοῦ ἀοράτου γεγονότα [11] στοιχείων μὲν εἶναι τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων; Ἔσται οὖν κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ λόγου ὁ Πατὴρ τῶν πάντων, ὡς σὺ φῇς, στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. Ἢ πάλιν τίς ἀνέξεταί σου εἰς σχήματα καὶ ἀριθμοὺς, ποτὲ μὲν τριάκοντα, ποτὲ δὲ εἰκοσιτέσσαρα, ποτὲ δὲ ἓξ μόνον συγκλείοντος τὸν τῶν πάντων κτιστὴν καὶ δημιουργὸν καὶ ποιητὴν Λόγον τοῦ Θεοῦ, κατακερματίζοντος αὐτὸν εἰς συλλαβὰς μὲν τέσσαρας, στοιχεῖα δὲ τριάκοντα, καὶ τὸν πάντων κύριον τὸν ἐστερεωκότα τοὺς οὐρανοὺς, εἰς ωπη κατάγοντος ἀριθμὸν, ὁμοίως τῷ ἀλφαβήτῳ [12] αὐτόν τε τὸν πάντα χωροῦντα Πατέρα, ἀχώρητον δὲ ὑπάρχοντα, εἰς Τετράδα καὶ Ὀγδοάδα καὶ Δεκάδα καὶ Δωδεκάδα ὑπομερίζοντος, καὶ διὰ τῶν τοιούτων πολυπλασιασμῶν τὸ ἄρρητον καὶ ἀνεννόητον, ὡς σὺ φὴς, τοῦ Πατρὸς ἐκδιηγουμένου; Καὶ ὃν ἀσώματον καὶ ἀνούσιον ὀνομάζεις, τὴν τούτου οὐσίαν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐκ πολλῶν γραμμάτων ἑτέρων ἐξ ἑτέρων γεννωμένων κατασκευάζεις, αὐτὸς Δαίδαλος ψευδὴς, καὶ τέκτων κακὸς γενόμενος τῆς προπανυπερτάτου δυνάμεως; καὶ ἣν ἀμέριστον φὴς εἶναι, εἰς ἀφώνους καὶ φωνήεντας καὶ ἡμιφώνους φθόγγους ὑπομερίζων τὸ ἄφωνον αὐτῶν τῷ τῶν πάντων Πατρὶ, καὶ τῇ [13] τούτου ἐννοίᾳ ἐπιψευδόμενος, εἰς τὴν ἀνωτάτω βλασφημίαν καὶ μεγίστην ἀσέβειαν ἐμβέβληκας ἅπαντας τούς σοι πειθομένους. Διὸ [14] καὶ δικαίως καὶ ἁρμοζόντως τῇ τοιαύτῃ σου τόλμῃ ὁ θεῖος πρεσβύτης καὶ κήρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμέτρως ἐπιβεβόηκέ σοι, εἰπὼν οὕτως·

Εἰδωλοποιὲ Μάρκε, καὶ τερατοσκόπε,
Ἀστρολογικῆς ἔμπειρε καὶ μαγικῆς τέχνης,
Δι᾽ ὧν κρατύνεις τῆς πλάνης τὰ διδάγματα,
pag. 246. Σημεῖα δεικνὺς τοῖς ὑπὸ σοῦ πλανωμένοις

8. μεταγενέστερον — σαυτοῦ *om. cod. Venet.*

9. ἢ τὸ *cod. Venet.*

10. αὐτὸν ὃν *rescripsi ex Vet. Interprete. Libri habent* αὐτὸ ὂν.

11. *Verba* στοιχείων μὲν εἶναι — — — αὐτὸν γεγονότα *om. cod. Venet.*

12. *Vet. Interpres:* similiter atque alphabetum, et ipsum qui omnia capit Patrem, a nullo autem capitur, in quaternationem — — suppartientem *cett. Unde correxi* αὐτόν τε τὸν πάντα *cett., cum libri haberent* αὐτὸν γεγονότα πάντα. *Petavius rescribendum putavit* ἀλφαβήτῳ γεγονότα, καὶ αὐτὸν τὸν πάντα *cett., Billius:* ἀλφαβήτῳ, καὶ αὐτὸν τὸν γεγο-

etas. Quare priusquam Graecis illa traderentur nusquam Veritas esse potuit. Corpus enim ipsius, ut ais, Marce, Cadmo est, iisque qui illum antecesserunt, recentius, ceterisque adeo qui elementa reliqua repererunt, ac te etiam ipso. Tu enim solus eam, quam veritatem appellas, nescio quod in simulacrum detraxisti. Ecquem vero putas tuam illam usque eo loquacem Sigen posse sustinere, quae eum nominet qui nominari nequeat, et inexplicabilem explicet, et qui nullis vestigiis deprehendi potest investiget? Quid quod aperuisse dicit os illum, quem tu omnis et corporis expertem et figurae praedicas, sermonemque sic tanquam compositum quodpiam animal edidisse? Quem etiam sermonem eius a quo productus est similem, effigiemque nec aspectabilis Parentis elementorum triginta, syllabarum quatuor esse docuit. Quamobrem universorum Parens ille, perinde ac sermo, ut asseris, tricenis elementis ac syllabis quatuor constabit. Quis illud vero patienter ferat, in figuras ac numeros, alias XXX, alias XXIV, nonnunquam VI, conditorem omnium et artificem fabricatoremque dei sermonem a te redactum atque constrictum, dum hunc in syllabas IV, triginta vero elementa concidis? Qui dominum omnium, a quo coelestes illi orbes fundati sunt, in DCCCLXXXVIII numerum includis, quasi similem alphabeti naturam obtineat. Qui summum Parentem, a quo comprehenduntur omnia, cum a nemine ipse comprehendatur, in Tetradem, Ogdoadem, Decadem Dodecademque distinguis. Quique hac multiplicandi licentia hoc ipsum quod in Patre nec explicari verbis nec animo concipi posse praedicas oratione declaras, et quem corporis naturaeque facis expertem, eius et naturam et substantiam pluribus ex lineis, quarum aliae ex aliis gignantur, coagmentari disputas, in quo supremae virtutis illius falsissimum te Daedalum ac pessimum fabricatorem esse commonstras. Qui eandem virtutem, quam individuam statuis, in mutos, vocales ac semivocales sonos dividis, quodque mutum in illis est, Parenti omnium eiusque cogitationi falso tribuens extremam in blasphemiam atque insignem impietatem sectatores tuos impulisti. Quamobrem iure ac merito in hanc tuam adeo proiectam audaciam divinus ille senex, ac praeco veritatis his versibus invectus est:

Idola fingens Marce, monstrorum artifex,
Fraudisque gnare magicae, et astrorum sciens,
Erroris unde dogma pestiferum struis,
Portenta caecae ficta dum turbae exhibes,

νότα πάντα cett., Massuetus: ἀλφαβήτῳ αὐτὸν γεγονότα, καὶ τὸν πάντα cett. Stierenius: ἀλφαβήτῳ, αὐτὸν τὰ πάντα cett.
13. *Ita corrigendum suasit Vet. Interpres. Nam Epiphanii libri habent* τοῦ υἱοῦ ἐννοίᾳ.
14. καὶ *om. cod. Venet.*

[15] *Ἀποστατικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα,*
[16] *Ἅ σοι χορηγεῖ σὸς πατὴρ Σατὰν ἀεὶ*
Δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως Ἀζαζὴλ ποιεῖν,
Ἔχων σε πρόδρομον ἀντιθέου πανουργίας.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεοφιλὴς πρεσβύτης. Ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς μυσταγωγίας αὐτῶν μακρὰ ὄντα πειρασόμεθα βραχέως διεξελθεῖν, καὶ τὰ πολλῷ χρόνῳ κεκρυμμένα εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν. Οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο [17] *εὐέλεγκτα πᾶσι.*

Κεφ. ιβ'. *Τὴν οὖν γένεσιν τῶν Αἰώνων αὐτῶν καὶ τὴν πλάνην τοῦ προβάτου καὶ ἀνεύρεσιν ἑνώσαντες ἐπιτοαυτὸ μυστικώτερον ἐπιχειροῦσιν ἀπαγγέλλειν οὗτοι* [1] *οἱ εἰς ἀριθμοὺς τὰ πάντα κατάγοντες, ἐκ Μονάδος καὶ Δυάδος* [2] *φάσκοντες τὰ ὅλα συνεστηκέναι, καὶ ἀπὸ Μονάδος ἕως τῶν τεσσάρων ἀριθμοῦντες οὕτω γεννῶσι τὴν Δεκάδα. Μία γὰρ καὶ δύο* [3] *καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες συντεθεῖσαι ἐπιτοαυτὸ τὸν τῶν δέκα Αἰώνων ἀπεκύησαν ἀριθμόν. Πάλιν δ' αὖ ἡ Δυὰς ἀπ' αὐτῆς προελθοῦσα ἕως τοῦ ἐπισήμου, οἷον δύο καὶ τέσσαρες καὶ ἕξ, τὴν Δωδεκάδα* [4] *ἀπέδειξε. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς Δυάδος ὁμοίως ἀριθμούντων ἡμῶν ἕως τῶν δέκα,* [5] *ἡ λ̄ ἀνεδείχθη, ἐν ᾗ ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ δώδεκα. Τὴν οὖν Δωδεκάδα* [6] *διὰ τὸ ἐπίσημον συνεσχηκέναι διὰ τὸ συνεπακολουθῆσαν αὐτῇ τὸ ἐπίσημον πάθος λέγουσι. Καὶ διὰ τοῦτο περὶ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν* [7] *του σφάλματος γενομένου τὸ πρόβατον ἀποσκιρτῆσαν πεπλανῆσθαι, ἐπειδὴ τὴν ἀπόστασιν ἀπὸ Δωδεκάδος γεγενῆσθαι φάσκουσι. Τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἀπὸ τῆς Δωδεκάδος* [8] *ἀποστᾶσαν μίαν δύναμιν ἀπολωλέναι μαντεύονται, καὶ ταύτην εἶναι τὴν γυναῖκα τὴν ἀπολέσασαν τὴν δραχμὴν, καὶ ἅψασαν λύχνον, καὶ εὑροῦσαν αὐτήν. Οὕτως οὖν καὶ* [9] *ἔτι τοὺς ἀριθμοὺς τοὺς καταλειφθέντας, ἐπὶ μὲν τῆς δραχμῆς τοὺς ἐννέα, ἐπὶ δὲ τοῦ προβάτου τοὺς ἕνδεκα ἐπιπλεκομένους ἀλλήλοις τὸν τῶν ἐνενηκονταεννέα τίκτειν ἀριθμὸν, ἐπεὶ ἐννάκις τὰ ἕνδεκα ἐνενηκονταεννέα γίνεται. Διὸ καὶ τὸ Ἀμὴν τοῦτον λέγουσιν ἔχειν τὸν ἀριθμόν. Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ἄλλως ἐξηγουμένων αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι, ἵνα πανταχόθεν κατανοήσῃς τὸν καρπὸν αὐτῶν. Τὸ γὰρ στοιχεῖον τὸ η̄ σὺν μὲν τῷ ἐπισήμῳ Ὀγδοάδα εἶναι θέλουσιν, ἀπὸ* [10] *τοῦ ᾱ ὀγδόῳ κεί-*

15. ἀποστολικῆς *ed. princ.*

16. *Versus hos dedi restitutos a Billio, Petavio, Ios. Scaligero, ad verba Vet. Interpretis. Epiphanii enim libri habent* Ἃ συ χορηγεῖς ὡς πατὴρ Σατανᾶ, εἰ Δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα Ἀζαζὴλ ποιεῖν.

17. εὐέλεκτα *cod. Rhedig.*

Cap. XII. — 1. οἱ *non comparet in cod. Ven. Suspectum mihi quidem est.*

2. φάσκοντες *non habet cod. Ven.*

3. καὶ *om. cod. Venet.*

4. ἐπέδειξεν *cod. Venet. et Pseudo-Origenes.*

5. *Ita cod. Rhedig. Paris. et editi libri, et Pseudo-Origenes. Consentit Vet. Interpres. At codd. Vatic. et Venet. habet* η̄ λ̄ ὃ ἀνεδείχθη.

6. *Dedi haec verba quomodo leguntur in Epiphanii libris; nisi quod ex Pseudo-Origenis auctoritate pro* διὰ τὸν ἐπίσημον *scripsi* διὰ τὸ ἐπίσημον, *et pro* συνεπακολουθήσασαν *reposui* συνεπακολουθῆσαν. *Vel. Interpres habet:* Duodecadem

Per te rebellis qualia aggreditur manus.
Haec tu illa Satanae fretus auxilio patris
Azazelisque mira designas ope,
Praecursor olli fraudis in superos datus.

Haec pius ille senex cecinit. Nunc reliqua istorum mysteria, quamvis longissima sint, quam potero brevissime pertexam, eaque quae iamdudum occultata fuerunt in apertum proferam. Sic enim omnibus ad convincendum erunt facillima.

Igitur Aeonum generationem, aberrantemque primum, deinde recuperatam ovem in unum confundentes mystice interpretantur ii qui ad numeros universa referunt, et ex Unitate ac Binario componi arbitrantur omnia, atque ab uno ad quatuor numerando progressi Decadem efficiunt. Unum quippe ac duo, tria, quatuor, simul collecta decem Aeonum numerum pepererunt. Deinde binarius per se ad senarium procedens, hoc est duo, quatuor et sex, Dodecadem composuit. Rursus a binario eodem modo numerantibus ad decem usque triginta conflantur, in quibus insunt octo, decem ac duodecim. Ob id Dodecadem, quod senarium numerum comitem habuerit, ob senarium illum Passionem appellant. Eademque de caussa cum ad duodenarium numerum error adhaesisset, aberrantem a grege ovem longius evagari coepisse; quoniam ab Duodenario discessionem illam putant accidisse. Sic etiam ab Duodenario desciscentem virtutem periisse fingunt; eamque mulierem illam esse, quae amissa drachma lucernam accendit, atque eam reperit. Hoc itaque pacto reliquis innumeris, in drachma quidem novem, in ove undecim, si in sese ducantur, XCIX efficere. Nam novies XI numerum hunc producunt. Quare et in voce Ἀμήν eundem reperiri dicunt. Sed et aliter ista declarant, quod non pigebit exponere, ut cuiusmodi sit illorum fructus ex omni parte cognoscas. Etenim η̄ elementum cum episemo, Octonarium esse volunt, quod octavum a prima litera locum habet.

Cap. XII.

Luc. 15, 8.

igitur, eo quod episemon habuerit consequentem sibi, propter episemon passionem vocant. *Hunc secuti Petavius et Billius scripserunt:* διὰ τὸ τὸν ἐπίσημον ἐσχηκέναι συνακολουθήσαντα αὐτῇ, διὰ τὸν ἐπίσημον *cett.*, *quam emendationem improbavit Grabius, cui placuit:* διὰ τὸν ἐπίσημον συνεσχηκέναι, διά τε συνεπακολουθῆσαι δὶς αὐτῇ τὸν ἐπίσημον *cett.* Τὴν οὖν Δωδεκάδα διὰ τὸ ἐπίσημον ἐσχηκέναι συνεπακολουθῆσαν (*cod. ms.* συνεπακολούθησεν) αὐτῇ τὸ ἐπίσημον πάθος, καὶ διὰ τοῦτο *cett. extat apud Pseudo-Origenem. Mihi videtur corrigendum:* Τὴν οὖν Δωδεκάδα τὸν ἐπίσημον συνεσχηκυῖαν διὰ τὸ συνεπακολουθῆσαι (*vel* συνεπακολουθήσαντα) αὐτῇ τὸν ἐπίσημον πάθος λέγουσι.

7. του *rescripsi ex Vet. Interpr. pro* τοῦ *quod vulgo extat.*

8. *Libri habent* ἀπόστασιν.

9. ἔτι *scripsi pro* ἐπὶ *quod libri praebent.*

10. τοῦ ᾱ ὀγδόῳ κείμενον ἐν τόπῳ *rescripsi ex Vet. Interprete, et Pseudo-Origene, qui habet:* ἀπὸ τοῦ ἄλφα ὀγδόῳ κείμενον τόπῳ. *Epiphanii libri praebent:* ἀπὸ τοῦ πρώτου ὀγδόου κειμένου τόπου. *Vet. Interpretis verba:* cum ab Alpha beta octavo sit posita loco *corrige sic:* cum ab alpha eta o. s. p. l.

μενον ἐν τόπῳ· εἶτα πάλιν ἄνευ τοῦ ἐπισήμου ψηφίζοντες τὸν ἀριθμὸν
pag. 217. αὐτῶν τῶν στοιχείων, καὶ ἐπισυνθέντες μέχρι τοῦ η̄, τὴν Τριακοντάδα ἐπιδεικνύουσιν. Ἀρξάμενος [11] γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄλφα καὶ τελευτῶν εἰς τὸ η̄ [12] τῷ ἀριθμῷ τῶν στοιχείων, ὑπεξαιρούμενος δὲ [13] τὸ ἐπίσημον καὶ ἐπισυντιθεὶς τὴν ἐπαύξησιν τῶν γραμμάτων, εὑρήσει τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμόν. Μέχρι γὰρ τοῦ [14] ε̄ στοιχείου πεντεκαίδεκα γίνονται. Ἔπειτα προστεθεὶς αὐτοῖς ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμὸς β̄ καὶ κ̄ ἀπετέλεσε. [15] Προσελθὸν [16] δὲ τούτοις τὸ η̄, ὅ ἐστιν ὀκτὼ, τὴν θαυμασιωτάτην Τριακοντάδα ἀνεπλήρωσε. Καὶ ἐντεῦθεν ἀποδεικνύουσι τὴν Ὀγδοάδα μητέρα τῶν τριάκοντα Αἰώνων. Ἐπεὶ οὖν [17] ἐκ τριῶν δυνάμεων ἥνωται ὁ τῶν λ̄ ἀριθμὸς, [18] τρὶς αὐτὸς γενόμενος τὰ ἐνενήκοντα ἐποίησε. [19] Τρὶς γὰρ τριάκοντα ἐνενήκοντα. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Τριὰς ἐφ' ἑαυτῆς συντεθεῖσα ἐννέα ἐγένησεν. Οὕτως δὲ ἡ Ὀγδοὰς τὸν τῶν [20] ἐνενήκοντα ἐννέα παρ' αὐτοῖς ἀπεκύησεν ἀριθμόν. Καὶ ἐπεὶ ὁ δωδέκατος Αἰὼν ἀποστὰς κατέλειψε [21] τοὺς ἄνω ἕνδεκα, [22] κατάλληλον λέγουσι τὸν τύπον τῶν γραμμάτων [23] τῷ σχήματι τοῦ Λόγου κεῖσθαι. Ἑνδέκατον γὰρ τῶν γραμμάτων [24] κεῖσθαι τὸ λ̄, ὅ ἐστιν ἀριθμὸς [25] τῶν τριάκοντα, καὶ κατ' εἰκόνα κεῖσθαι τῆς ἄνω οἰκονομίας, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἄλφα χωρὶς τοῦ ἐπισήμου αὐτῶν τῶν γραμμάτων ὁ ἀριθμὸς ἕως τοῦ λ̄ [26] συντιθέμενος κατὰ τὴν παραύξησιν τῶν γραμμάτων σὺν αὐτῷ τῷ λ̄ τὸν τῶν ἐνενηκονταεννέα ποιεῖται ἀριθμόν. Ὅτι δὲ τὸ λ̄ ἑνδέκατον ὂν τῇ τάξει ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτοῦ κατῆλθε ζήτησιν, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, καὶ [27] εὑρὸν αὐτὸν ἐπληρώθη, φανερὸν εἶναι ἐξ αὐτοῦ τοῦ σχήματος τοῦ στοιχείου. [28] Τὸ γὰρ λ̄ ὥσπερ ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτῷ ζήτησιν παραγενόμενον, καὶ εὑρὸν, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἁρπάσαν αὐτὸν, τὴν τοῦ δωδεκάτου ἀνεπλήρωσε χώραν, τοῦ μ̄ στοιχείου ἐκ δύο λ̄ συγκειμένου. [29] Διὸ καὶ φεύγειν [30] αὐτοὺς διὰ τῆς γνώσεως τὴν [31] τῶν Ϙθ̄ χώραν, τουτέστι τὸ ὑστέρημα, τύπον ἀριστερᾶς χειρὸς, μεταδιώκειν δὲ τὸ ἓν, ὃ προστεθὲν τοῖς ἐνενηκονταεννέα εἰς τὴν δεξιὰν [32] αὐτοὺς χεῖρα μετέστησε.

Κεφ. ιγ'. Σὺ μὲν ταῦτα διερχόμενος, ἀγαπητὲ, εὖ οἶδα ὅτι γελάσεις πολλὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν οἰησίσοφον μωρίαν. Ἄξιοι δὲ πένθους οἱ τηλι-

11. τις pronomen post γὰρ addunt Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.
12. τὸν ἀριθμὸν habet Pseudo-Origenes.
13. τὸν habet Pseudo-Origenes.
14. ε̄ reponendum erat ex Vet. Interprete. Libri Epiphanii habent ϛ̄.
15. προσελθὼν habent libri.
16. δὲ addidi ex cod. Veneto.
17. ἐκ τριῶν pro vulgato ἐκ τριάκοντα rescribi iussit Vet. Interpres.
18. τρὶς reposui pro vulgato τρεῖς de auctoritate cod. Ven. et Vet. Interpretis.
19. Ita cod. Ven. Vulgo τρεῖς.
20. ἐνενήκοντα ἐννέα scripsi ex cod. Ven., Pseudo-Origene et Vet. Interprete. ἐνενήκοντα vulgo abest. — Pro Οὕτως δὲ in cod. Rhedig. extat Οὕτως τε.
21. ἄνω τοὺς coniecit Petavius ex Vet. Interprete. τὸν ἕνδεκα, omisso vocabulo ἄνω, habet Pseudo-Origenes.
22. consequenter vertit Vet. Interpres. Unde Billius rescribendum putavit καταλλήλως.

Inde omisso rursus episemo et ipsorum elementorum subducto numero atque composito usque ad octo tricenarium perficiunt. Nam qui ab $\bar{\alpha}$ coeperit, et in $\bar{\eta}$ desierit, elementa numerando, dempta tamen senarii nota ac literarum in unum progressione conflata, triginta reperiet. Quoniam ad $\bar{\varepsilon}$ usque XV consurgunt. His adiuncta septem XXII faciunt. Quibus $\bar{\eta}$, hoc est octo, si accesserint, admirabilem illum Tricenarium implebunt. Hinc Aeonum triginta matrem Ogdoadem constituunt. Et quoniam tribus virtutibus Tricenarius componitur, ter in sese ductus nonaginta producit. Ter enim triginta ad nonaginta perveniunt. Sed et ternarius quoque ductus in se novem efficit. Sic Ogdoas XCIX numerum apud illos peperit. Cumque duodecimus Aeon deficiens sursum XI reliquerit, in *Λόγου*, hoc est Verbi, figura consentaneam literarum formam adhibitam putant. Etenim undecima ordine literarum est $\bar{\lambda}$, qui tricenarius est numerus, et ad exemplar coelestis providentiae posita. Quandoquidem si ab $\bar{\alpha}$, ad λ usque, dempto tamen episemo, continua literarum additione numerum earum colligas, comprehenso simul $\bar{\lambda}$ nonaginta novem prodeunt. Ceterum $\bar{\lambda}$ ipsum, quod ordine est undecimum, ad quaerendum sui simile descendisse, ut duodecimum impleret, idque eo reperto consecutum esse, satis ipsam elementi figuram arguere. Quippe $\bar{\lambda}$ ad sui similis inquisitionem adveniens, cum illud invenisset et ad sese rapuisset, duodecimi locum implevit. Unde et $\bar{\mu}$ asserunt ex duplici $\lambda\lambda$ esse contextum. Propterea que nonaginta novem regionem ipsos cognitione fugere, defectum scilicet ac sinistrae manus figuram, unum vero consectari, quod ad XCIX additum dextram ipsos ad manum transtulerit.

Cum tu ista, carissime, percurres, non dubito quin hasce vanissimas ineptias magnopere derideas. Sed deplorandi nihilominus Cap. XIII.

23. ἐν τῷ σχήματι *secundum Vet. Interpretem coniecit Billius.*

24. κεῖσθαι *reposui ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene. Libri habent* κεῖται.

25. τῶν τριάκοντα *scripsi cum Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Vulgo enim legitur* τῶν $\bar{\lambda}$.

26. συντεθειμένος *Pseudo-Origenes.*

27. εὑρὼν *cod. Rhedig. et edit. princ.*

28. *Verba* Τὸ γὰρ $\bar{\lambda}$ — — — τοῦ $\bar{\mu}$ στοιχείου *desiderantur in edit. princ. Primum ex cod. Vatic. ea addidit Petavius.*

29. διὸ δὴ καὶ *Pseudo-Origenes.*

30. *Ita Vet. Interpres et Pseudo-Origenes (in quo et* φυγεῖν *pro* φεύγειν*). Vulgo* αὐτοῦ.

31. *Ita codd. Ven. Vatic. Rhedig. et ed. Petav. Antea scriptum erat* $\overline{\varepsilon\xi}$.

32. αὑτοὺς *reposui ex Vet. Interprete. Epiphanii libri et Pseudo-Origenes habent* αὐτοῦ.

καύτην θεοσέβειαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς [1] ἀληθείᾳ ἀρρήτου δυνάμεως
καὶ τὰς τοσαύτας οἰκονομίας τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦ ἄλφα καὶ [2] τοῦ βῆτα
καὶ δι' ἀριθμῶν οὕτως ψυχρῶς καὶ βεβιασμένως διασύροντες. Ὅσοι
pag. 218. δὲ ἀφίστανται τῆς ἐκκλησίας καὶ τούτοις τοῖς γραώδεσι μύθοις πείθον-
ται, ἀληθῶς αὐτοκατάκριτοι, οὓς ὁ Παῦλος ἐγκελεύεται ἡμῖν μετὰ μίαν
καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτεῖσθαι. Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ κυρίου μα-
θητὴς ἐπέτεινε τὴν καταδίκην αὐτῶν, μηδὲ χαίρειν αὐτοῖς ὑφ' [3] ὑμῶν
λέγεσθαι βουληθείς. Ὁ γὰρ λέγων αὐτοῖς, φησὶ, χαίρειν κοινωνεῖ τοῖς
ἔργοις αὐτῶν τοῖς πονηροῖς. Καὶ εἰκότως. Οὐκ ἔστι γὰρ χαίρειν τοῖς
ἀσεβέσι, λέγει κύριος. Ἀσεβεῖς δὲ ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν οὗτοι οἱ τὸν
ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς μόνον θεὸν παντοκράτορα, ὑπὲρ ὃν ἄλλος
θεὸς οὐκ ἔστιν, ἐξ ὑστερήματος, καὶ αὐτοῦ ἐξ ἄλλου ὑστερήματος γε-
γονότος, προβεβλῆσθαι λέγοντες· ὥςτε κατ' αὐτοὺς εἶναι αὐτὸν προβο-
λὴν τρίτου ὑστερήματος. Ἣν γνώμην ὄντως καταφυσήσαντας καὶ κατα-
θεματίσαντας δέον πόρρω που μακρὰν φυγεῖν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ᾗ πλέον
διϊσχυρίζονται καὶ χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς παρευρέμασιν αὐτῶν, ταύτῃ μᾶλ-
λον εἰδέναι πλέον αὐτοὺς ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς Ὀγδοάδος τῶν πονηρῶν
πνευμάτων. Καθάπερ οἱ εἰς φρενῖτιδα διάθεσιν ἐμπεσόντες ᾗ πλέον
γελῶσι καὶ ἰσχύειν δοκοῦσιν καὶ ὡς ὑγιαίνοντες πάντα πράττουσι, ἔνια
δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ὑγιαίνειν, ταύτῃ μᾶλλον κακῶς ἔχουσιν. Ὁμοίως δὲ
καὶ οὗτοι ᾗ μᾶλλον ὑπερφρονεῖν δοκοῦσι καὶ ἐκνευρίζουσιν ἑαυτοὺς,
ὑπέρτονα τοξεύοντες, ταύτῃ μᾶλλον οὐ σωφρονοῦσιν. Ἐξελθὸν γὰρ τὸ
ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς ἀγνοίας ἔπειτα σχολάζοντας αὐτοὺς οὐ θεῷ,
ἀλλὰ κοσμικαῖς ζητήσεσιν, εὑρὸν προςπαραλαβὸν ἕτερα [4] πνεύματα ἑπτὰ
πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ χαυνῶσαν αὐτῶν τὴν γνώμην, ὡς δυναμένων
τὰ ὑπὲρ τὸν θεὸν ἐννοεῖν, καὶ [5] ἐπιτήδευον εἰς [6] ὑπερέκκρουσιν κατα-
σκευάσαν, τὴν Ὀγδοάδα τῆς [7] ἀνοίας τῶν πονηρῶν πνευμάτων εἰς
αὐτοὺς ἐνεθήκωσε.

Κεφ. ιδ'. Βούλομαι δέ σοι καὶ ὡς αὐτὴν τὴν κτίσιν κατ' εἰκόνα τῶν ἀορά-
των ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, ὡς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, κατεσκευάσθαι διὰ
τῆς Μητρὸς λέγουσι, διηγήσασθαι. Πρῶτον μὲν τὰ τέσσαρα στοιχεῖά
φασι, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα, εἰκόνα προβεβλῆσθαι τῆς ἄνω πρώτης
Τετράδος, τάς τε ἐνεργείας αὐτῶν συναριθμουμένας, οἷον θερμόν τε
καὶ ψυχρὸν, ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν, ἀκριβῶς ἐξεικονίζειν τὴν Ὀγδοάδα.
pag. 249. [1] Ἑξῆς δέκα δυνάμεις οὕτως καταριθμοῦσιν, ἑπτὰ μὲν [2] σώματα κυ-

Cap. XIII. — 1. ἀληθείᾳ *scripsi pro* ἀληθείας, *quod libri habent. Vet. enim Interpres vere vertit.*
2. τοῦ *om. cod. Ven.*
3. ὑμῶν *libri mei tam scripti quam editi, praeter edit. princ., ubi* ἡμῶν *extat. Etiam Vet. Interpres habet* a nobis.
4. πνεύματα *desideratur in edit. princ. Petavius primum de cod. Vatic. addidit.*
5. aptabiliter *habet Vet. Interpres.*
6. ὑπέκκρουσιν *coniecit Petavius. Vet. Interpres habet* exclusionem.

sunt qui tam sacrosanctam religionem vereque inexplicabilis potentiae magnitudinem, tantam denique divini numinis providentiam per illud suum alpha, beta ceterosque numeros tam frigide violenterque traducant. Ac quicumque se ab ecclesia segregant, ut ad aniles hasce fabulas adhaerescant, sane *suometipsi iudicio damnati sunt;* Tit. 3, 10. *quos secundum unam alteramque correptionem devitare* Paulus hortatus est. Ioannes vero Christi discipulus maiore illos poena condemnavit, cum ne salutari quidem a nobis patiatur. *Qui enim,* inquit, *ave* 2 Ioann. 11. *illis dixerit, communicat operibus illorum malignis.* Merito sane. *Neque enim pax est impiis*, dicit dominus. At istorum impietas im- Esai. 48, 22. pietatem omnem superat; qui coeli terraeque fabricatorem, ac solum omnipotentem deum, supra quem nullus alius est deus, ex defectu, qui et ipse ex alio sit ortus defectu, derivatum existimant, ut ex illorum opinione tertio quodam ex defectu prodierit. Qua quidem explosa damnataque sententia procul ab illis fugiendum est ac, quanto sunt in errore pertinaciores inventisque pessimis impensius delectantur, tanto eos magis putandum est ab scelestissimorum daemonum Ogdoade concitari. Uti phreneticis accidit, qui, quo amplius rident ac vegeto esse corpore videntur, omniaque ceu valentes ac sani, ac nonnulla etiam aliquanto quam si sani essent robustius, gerunt, eo sese deterius habent. Similiter isti quo vehementius sapere videntur, seque ipsos enervant, dum intento velut acrius arcu sagittas emittunt, eo maiore vesania tenentur. Impurus quippe ignorantiae spiritus egrediens, eosque non deo, sed profanis quaestionibus implicatos reperiens, *adhibitis septem aliis seipso nequioribus*, inflatis- Matth. 12, 43. que vana persuasione illorum animis, quasi vel supra deum ipsum attollere se cognitione possint, ubi idoneos opportunosque fraudibus suis reddiderit, quandam stoliditatis improborum spirituum Ogdoadem in illos immittit.

Age vero illud insuper exponamus, quemadmodum creatas res Cap. XIV. omnes ad eorum quae videri nequeunt similitudinem a conditore sic productas asserant, ut eo quid ageret nesciente beneficio Matris extiterint. Principio elementa illa quatuor, ignem, aquam, terram, aërem, ad summae primaeque Tetradis effigiem esse constituta narrant. Quorum ad agendum efficacitates, puta calorem, frigus, siccitatem et humorem, exactam Ogdoadis imaginem referre. Tum decem hoc modo Virtutes enumerant. Primum septem corporeos

7. ignorantiae *habet Vet. Interpres, ut* ἀγνοίας *videatur legisse.*

Cap XIV. — 1. ἐξ ἧς *pro* ἑξῆς *habet Pseudo-Origenes et Vet. Interpres, qui* ex qua *vertit.*

2. *Ita rescripsi, sensu postulante, de auctoritate Vet. Interpretis et Pseudo-Origenis. Epiphanii libri praebent* σωματικὰ κυκλοειδῆ.

κλοειδῆ, ἃ καὶ οὐρανοὺς καλοῦσιν· ἔπειτα τὸν περιεκτικὸν αὐτῶν κύκλον, ὃν καὶ ὄγδοον οὐρανὸν ὀνομάζουσι, πρὸς δὲ τούτοις ἥλιόν τε καὶ σελήνην. Ταῦτα δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν εἰκόνας λέγουσιν εἶναι τῆς ἀοράτου Δεκάδος τῆς ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς προελθούσης, τὴν δὲ Δωδεκάδα μηνύεσθαι διὰ τοῦ [3] ζωδιακοῦ [4] τοῦ καλουμένου κύκλου. Τὰ γὰρ δώδεκα ζώδια φανερώτατα τὴν τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας θυγατέρα Δωδεκάδα σκιαγραφεῖν λέγουσι. Καὶ ἐπεὶ [5] ἀντεπεζεύχθη, φασὶ, [6] τῇ τῶν ὅλων φορᾷ ὠκυτάτῃ ὑπαρχούσῃ [7] ὁ ὕπερθεν οὐρανὸς, ὁ πρὸς αὐτῷ τῷ κύτει βαρύνων καὶ ἀντιταλαντεύων τὴν ἐκείνων ὠκύτητα τῇ ἑαυτοῦ βραδυτῆτι, ὥστε αὐτὸν ἐν τριάκοντα ἔτεσι τὴν περίοδον ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον ποιεῖσθαι, εἰκόνα λέγουσι αὐτὸν τοῦ Ὅρου, τοῦ τὴν τριακοντώνυμον Μητέρα αὐτῶν περιέχοντος· τὴν σελήνην τε πάλιν [8] τὸν ἑαυτῆς οὐρανὸν [9] ἐκπεριερχομένην τριάκοντα ἡμέραις διὰ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα Αἰώνων [10] ἐκτυποῦν· καὶ τὸν ἥλιον δὲ ἐν δεκαδύο μησὶ [11] περιερχόμενον καὶ τερματίζοντα τὴν κυκλικὴν αὐτοῦ ἀποκατάστασιν διὰ τῶν δώδεκα μηνῶν τὴν [12] Δωδεκάδα φανερὰν ποιεῖν, τὰς δὲ ἡμέρας δεκαδύο ὡρῶν τὸ μέτρον ἐχούσας τύπον τῆς [13] φαεινῆς Δωδεκάδος εἶναι. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ὥραν φασὶ τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας ἐκ τριάκοντα μοιρῶν κεκοσμῆσθαι, διὰ τὴν εἰκόνα τῆς Τριακοντάδος. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τὴν περίμετρον εἶναι μοιρῶν τριακοσίων ἑξήκοντα· ἕκαστον γὰρ ζώδιον μοίρας ἔχει τριάκοντα. Οὕτως δὲ καὶ διὰ τοῦ κύκλου τὴν εἰκόνα τῆς συναφείας τῶν δώδεκα πρὸς τὰ τριάκοντα [14] τετηρῆσθαι λέγουσιν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν γῆν εἰς δώδεκα κλίματα διῃρῆσθαι φάσκοντες, καὶ κατ' ἕκαστον κλίμα [15] δύναμιν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατὰ κάθετον ὑποδεχομένην, [16] καὶ ἐοικότα τίκτουσαν τέκνα τῇ καταπεμπούσῃ [17] τὴν ἀπόρροιαν δύναμιν τύπον εἶναι τῆς Δωδεκάδος καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς σαφέστατον διαβεβαιοῦνται. Πρὸς δὲ τούτοις θελήσαντά φασι τὸν Δημιουργὸν τῆς ἄνω Ὀγδοάδος τὸ ἀπέραντον καὶ αἰώνιον καὶ ἀόριστον καὶ ἄχρονον μιμήσασθαι, καὶ μὴ δυνηθέντα τὸ [18] μόνιμον αὐτῆς καὶ ἀΐδιον ἐκτυπῶσαι, διὰ τὸ καρπὸν εἶναι ὑστερήματος, [19] εἰς χρόνους καὶ καιροὺς ἀριθμοὺς

3. ζωδιακοῦ *codd. Vatic. Venet., et ed. Petavii. Cod. Rhedig. et edit. princ. habent* ζώου.

4. τοῦ *non habet cod. Venet., neque Pseudo-Origenes.*

5. ἀνεζεύχθη *Pseudo-Origenes.* super-iunctum *habet Vet. Interpres.*

6. τῇ τῶν ὅλων ἀναφορᾷ ὠκυτάτῃ ὑπαρχούσῃ *Pseudo-Origenes.* τὴν τῶν ὅλων φορὰν ὠκυτάτην ὑπάρχουσαν *Epiphanii libri, tam scripti quam editi.* πρὸς τὴν τῶν ὅλων φ. ὠκυτ. ὑπάρχουσαν *emendatio Petavii est.*

7. ὁ ὕπερθεν οὐρανὸς *Pseudo-Origenes, conspirans cum Vet. Interpr.* οὗπερ ὁ χρόνος *habent Epiphanii libri.* ὁ ὑπερῷν Κρόνος *coniecerunt Billius et Petavius.*

8. τὸν ἑαυτῆς *codd. Vatic. et Venet. Ab reliquis libris articulus abest.*

9. ἐκπεριερχομένην *est emendatio Petavii. Nam Vet. quoque Interpres habet* circumeuntem. *Pseudo-Origenes:* ἐκπεριερχομένην ἐν *cett. Epiphanii libri omnes habent* ἐμπεριεχομένην.

10. ἐκτυποῦν *codd. Vatic Venet., et edit. Petavii. Nec differt scriptura Vet. Interpretis.* ἐκτυποῦσι *codd. Rhedig. Paris., et*

orbes, quos coelos appellant: deinde maiorem illum reliquos ambientem, quod octavum coelum nominant. Praeterea solem et lunam. Quae omnia denario comprehensa numero Decadis illius, quae a Verbo Vitaque nec aspectabilis profluxit, figuram esse dictitant. Nam Dodecadem orbe illo signifero demonstrari; quod duodecim in eo signa manifestissime illam Hominis Ecclesiaeque filiam Dodecadem exprimant. Quoniam autem ad vehementissimum illum universitatis impetum moderandum ex adverso Saturnus adiunctus est, qui immensae moli proximus rapiditatem illam inhibet ac sua tarditate compensat, sic ut annorum triginta spatio a puncto ad punctum rediens circuitus suos absolvat, id quidem Horo mirifice congruere, qui ipsorum Matrem triginta vocabulis insignitam complectitur. Ad haec lunam, quae triginta diebus orbem suum conficit, hoc ipso numero Aeones adumbrare totidem. Solem vero duodenis circumvolutum mensibus conversionesque suas eo intervallo terminantem horum numero mensium Dodecadem referre. Dies porro duodecim horarum spatio definitos simulacrum quoddam lucidae illius esse Dodecadis. Velut hora, quae duodecima diei pars est, tricenis est instructa partibus, quae Tricenarii similitudinem gerunt. Quin etiam signiferi illius orbis ambitum partibus constare CCCLX. Nam unumquodque signum XXX complectitur. Ita in hoc etiam circulo servatam esse dicunt eius necessitudinis imitationem, quae Duodenarium inter ac Tricenarium intercedit. Deinde terra duodecim in climata regionesque divisa, et in singulis demissam e coelo virtutem aut perpendiculum excipiens, eique virtuti, unde derivata illa est, simillimos fetus pariens Dodecadem, ut aiunt, ipsam eiusque liberos manifeste repraesentat. Praeter haec conditorem narrant, cum supremae Ogdoadis infinitatem, aeternitatem ac temporis locique circumscriptione carentem conditionem imitari cuperet, neque quod in illa stabile est ac sempiternum posset exprimere, eo quod fructus esset penuriae ac defectus aliquis, in tempestates ac tempora et mul-

edit. princ. ἐκτυποῦσαν *Pseudo-Origenes.* ἐκτυπῶσαι *Billius.*

11. περιεργόμενον *rescripsi ex Vet. Interprete, postulante sententia. Epiphanii libri omnes praebent* περιεχόμενον, *Pseudo-Origenes* ἐμπεριεχόμενον.

12. δωδεκάδα *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.* δωδεκάτην *Epiphanii libri.*

13. κενῆς *Pseudo-Origenes.* non apparentis *convertit Vet. Interpres; unde correxerunt* οὐ φαεινῆς.

14. μετρῆσθαι *cod. Pseudo-Origenis.*

15. ἀνὰ μίαν δύναμιν *Pseudo-Origenes.* unamquamque virtutem *vertit etiam Vet. Interpres.*

16. καὶ *addidi ex codd. Veneto et Vatic., et Vet. Interprete. Pseudo-Origenes:* καὶ ὁμοίωμα τίκτουσαν *cett.*

17. τὴν ἀπόρροιαν codd. *Venet. Rhedig.* κατὰ (*repone* κάτω) τὴν ἀπόρροιαν *Pseudo-Origenes. Vulgata scriptura est* ὑπόρροιαν. *Pro* δύναμιν *Vet. Interpres legit* δυνάμει.

18. ἄμωμον *Pseudo-Origenes.*

19. *Pseudo-Origenes:* εἰς τοῦτο χρόνους καὶ καιρούς, ἀρ. τ. π. πρὸς τὸ αἰώνιον αὐτῆς τεθεῖσθαι. Γενόμενον μὲν οὖν ἐν τῷ πλήθει *cett.*

τε πολυετεῖς τὸ αἰώνιον αὐτῆς κατατεθεῖσθαι, οἰόμενον ἐν τῷ πλήθει
pag. 250. τῶν χρόνων μιμήσασθαι αὐτῆς τὸ [20] ἀπέραντον. Ἐνταῦθά τε λέγουσιν ἐκφυγούσης αὐτὸν τῆς Ἀληθείας ἐπηκολουθηκέναι τὸ ψεῦδος, καὶ διὰ τοῦτο κατάλυσιν πληρωθέντων τῶν χρόνων λαβεῖν αὐτοῦ τὸ ἔργον.

Κεφ. ιε΄. Καὶ περὶ μὲν τῆς κτίσεως τοιαῦτα λέγοντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιγεννᾷ ἕκαστος αὐτῶν καθὼς δύναται καινότερόν [1] τι. Τέλειος γὰρ οὐδεὶς ὁ μὴ μεγάλα ψεύσματα παρ' αὐτοῖς καρποφορήσας. Ἐκ δὲ τῶν προφητικῶν ὅσα [2] μεταμορφάζουσιν ἀναγκαῖον μηνύσαντα τὸν ἔλεγχον αὐτοῖς ἐπάγειν. Ὁ γὰρ Μωϋσῆς, φασὶν, ἀρχόμενος τῆς κατὰ τὴν κτίσιν πραγματείας, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν Μητέρα τῶν ὅλων ἐπέδειξεν, εἰπὼν, [3] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τέσσαρα οὖν ταῦτα ὀνομάσας, θεὸν καὶ ἀρχὴν, οὐρανὸν καὶ γῆν, τὴν τετρακτὴν αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, διετύπωσε. Καὶ [4] τὸ ἀόρατον δὲ καὶ [5] τὸ ἀπόκρυφον αὐτῆς μηνύοντα εἰπεῖν, Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. Τὴν [6] δὲ δευτέραν Τετράδα γέννημα πρώτης Τετράδος οὕτως αὐτὸν εἰρηκέναι θέλουσιν, ἄβυσσον ὀνομάζοντα, καὶ σκότος [7] ἐν σφίσιν αὐτοῖς, καὶ ὕδωρ, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι πνεῦμα. Μεθ' ἣν τῆς Δεκάδος μνημονεύοντα [8] φῶς λέγειν, καὶ ἡμέραν, καὶ νύκτα, στερέωμά τε καὶ ἑσπέραν, καὶ ὃ καλεῖται πρωΐ, ξηράν τε καὶ θάλασσαν, ἔτι τε βοτάνην, καὶ δεκάτῳ τόπῳ [9] τὸ ξύλον· οὕτω δὲ διὰ τῶν δέκα ὀνομάτων τοὺς δέκα Αἰῶνας μεμηνυκέναι. Τῆς δὲ Δυοδεκάδος οὕτως ἐξεικονίσθαι παρ' αὐτῷ τὴν δύναμιν. Ἥλιον γὰρ λέγειν, καὶ σελήνην, ἀστέρας τε καὶ καιροὺς, ἐνιαυτούς τε καὶ κήτη, ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ, πετεινὰ καὶ τετράποδα, θηρία τε καὶ [10] ἐπὶ πᾶσι τούτοις δυοδέκατον τὸν ἄνθρωπον. Οὕτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος [11] τὴν Τριακοντάδα διὰ Μωϋσέως εἰρῆσθαι διδάσκουσιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πλαστὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως ἔχειν ἐν αὐτῷ τὴν ἀπὸ τῆς μιᾶς [12] πηγῆς δύναμιν, ἱδρῦσθαι δὲ [13] ταύτην ἐν τῷ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον τόπῳ· ἀφ' ἧς ἀπορρεῖν δυνάμεις τέσσαρας κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω Τετράδος καλουμένας τὴν μὲν ὅρασιν; τὴν δὲ ἀκοὴν, τὴν δὲ τρίτην ὄσφρησιν, καὶ τὴν τετάρτην γεῦσιν. Τὴν δὲ Ὀγδοάδα φασὶ μηνύεσθαι διὰ τοῦ Ἀνθρώπου οὕτως, ἀκοὰς μὲν δύο [14] ἔχοντος, καὶ τοσαύτας ὁράσεις, ἔτι τε ὀσφρήσεις δύο, καὶ διπλῆν γεῦσιν, πικροῦ τε καὶ γλυ-

20. ἀόρατον *Pseudo-Origenes.*

Cap. XV. — 1. τι *adieci ex Vet. Interprete.*

2. μεταμορφάζουσιν *codd. Ven. Rhedig. Paris., et ed. Petav.* μεταμορφόζουσιν *ed. princ. Vet. Interpres:* transformantes coaptant. *Billius et Fronto Ducaeus bene correxerunt* μεθαρμόζουσι, *Massuetus* μεταμορφάζοντες μεθαρμόζουσι.

3. *Verba* ἐν ἀρχῇ — — — καὶ γῆν *desiderantur in ed. princ. Petavius primum ea addidit ex cod. Vatic.*

4. τὸ *correxi ex Vet. Interprete. Vulgo extat* τὸν.

5. *Vulgo* τὸν. *Omitt. cod. Venet.*

6. δὲ *particulam, quam legit Vet. Interpres, postulante sententia repetivi ex voc.* δευτέραν. *Desideratur enim in omnibus*

tiplices annorum numeros aeternitatem illam distribuisse, existimasseque posse se temporum coacervata multitudine illius infinitatem adipisci. Ex quo factum illud arbitrantur, ut cum ei se Veritas subtraxisset, repente sit falsitas consecuta. Ideoque completis temporibus illius opus esse solvendum.

Cum haec igitur sit illorum de creatione sententia, quotidie tamen singuli, prout quisque potest, novi aliquid excogitant, ut nemo sit inter eos denique perfectus qui non insigne aliquod mendacium velut fructum proferat. Nunc quae ex prophetarum oraculis ad suos sensus accommodare testimonia solent, commemoranda primum, deinde refellenda sunt. Moyses enim, inquiunt in ipso statim operis aditu, quo de rerum creatione disputat, omnium Matrem commemorat, his verbis: *In principio creavit deus coelum et terram.* Ubi cum quatuor ista nominarit, deum, principium, coelum ac terram, suam asserunt comprehensam esse Tetradem. Quod autem occulta eadem illa nec aspectabilis sit id sequentibus verbis attigisse: *Terra autem erat invisibilis et informis.* Secundam vero Tetradem, qui prioris est fetus, sic Moysen expressisse declarant, cum abyssum et tenebras, aquam atque incubantem aquis spiritum nominavit. Postea Decadis quoque mentionem ibidem fieri, cum lux, dies et nox, firmamentum, vespera, mane, arida, mare, herba, ac decimo tandem loco lignum proponitur. His enim vocabulis decem totidem Aeones intelligi. Nam Dodecadis vim hoc illum adumbrasse modo sentiunt. Quippe solem et lunam, sidera, tempestates, annos, cete, pisces, reptilia, volucres, quadrupedes, feras, ac postremo loco duodecimum hominem proposuisse; eoque modo Tricenarium a Moyse commemoratum existimant. Hominem porro ad supremae virtutis exemplar effictum manantem ab uno fonte vim in sese continere, eamque in cerebro collocatam esse, a quo facultates quatuor profectae coelestem illam Tetradem adumbrant. Sunt autem hae: visus, auditus, olfactus et gustus. Ogdoadem vero sic Hominem referre statuunt: quod et aures duas habeat, oculosque totidem, nares item ad olfaciendum duas, ac duplicem gustum, amari

Cap. XV.

Gen. 1, 1.

Epiphanii libris.

7. in quibus *versio est antiqua.*

8. φῶς *codd. Vatic. Venet., et ed. Petav. cum Vet. Interprete.* σαφῶς *cod. Rhedig. et ed. princ.*

9. τὸ ξύλον *cod. Ven. Vatic. In reliquis libris articulus non comparet.*

10. *Ita corrigenda erant ex Vet. Interprete verba quae vulgo leguntur* πετεινά που τοῖς.

11. *Epiphanii libri habent* τὴν τριάκοντα. *Sed in cod. Rhedig.* τριακοντάδα *primitus fuisse rasura indicat.*

12. πηγὴν δύναμιν *codd. Ven. Vatic. In reliquis libris solum* πηγὴν *extat.*

13. ταύτην *codd. Venet. Vatic. Et ita primitus etiam in cod. Rhedig. scriptum fuisse videtur pro* ταῦτα, *quae vulgata est librorum scriptura.*

14. ἔχοντος *emendationem, quam structura postulat, firmat Vet. Interpres. Vulgo* ἔχοντας.

pag. 251. κέως. Ὅλον δὲ τὸν ἄνθρωπον πᾶσαν τὴν εἰκόνα τῆς Τριακοντάδος οὕτως ἔχειν διδάσκουσιν. Ἐν μὲν ταῖς χερσὶ διὰ τῶν δακτύλων τὴν Δεκάδα βαστάζειν, ἐν ὅλῳ δὲ τῷ σώματι εἰς δεκαδύο μέλη διαιρουμένῳ τὴν Δωδεκάδα. Διαιροῦσι δὲ αὐτὸ καθάπερ τὸ τῆς Ἀληθείας διῄρηται παρ' [15] αὐτοῖς σῶμα, περὶ οὗ προειρήκαμεν. Τήν τε οὖν Ὀγδοάδα, ἄρρητόν τε καὶ ἀόρατον οὖσαν, ἐν τοῖς σπλάγχνοις κρυβομένην νοεῖσθαι.

Κεφ. ιϛ'. Ἥλιον δὲ πάλιν τὸν μέγαν φωστῆρα ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν γεγονέναι διὰ τὸν τῆς Τετράδος ἀριθμὸν φάσκουσι· τῆς τε σκηνῆς τῆς ὑπὸ Μωϋσέως κατασκευασθείσης αἱ [1] αὐλαὶ ἐκ βύσσου, καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου γεγονυῖαι τὴν αὐτὴν παρ' αὐτοῖς ἐπέδειξαν εἰκόνα· τόν τε τοῦ ἱερέως ποδήρη, τέσσαρσι [2] στοιχείοις λίθων πολυτελῶν κεκοσμημένον τὴν Τετράδα σημαίνειν διορίζονται, καὶ εἴ τινα τοιαῦτα κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς εἰς τὸν τῶν τεσσάρων δυνάμενα ἄγεσθαι ἀριθμὸν, διὰ τὴν Τετρακτὺν αὐτῶν φασι γεγονέναι. Τὴν δὲ Ὀγδοάδα πάλιν δείκνυσθαι οὕτως. Ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἡμερῶν πεπλάσθαι λέγουσιν τὸν ἄνθρωπον. Ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὸν τῇ ἕκτῃ βούλονται γεγονέναι, ποτὲ δὲ τῇ ὀγδόῃ, εἰ [3] μή τι τὸν μὲν χοϊκὸν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν ἐροῦσι πεπλάσθαι, τὸν δὲ σαρκικὸν ἐν τῇ ὀγδόῃ· διέσταλται γὰρ ταῦτα παρ' αὐτοῖς. Ἔνιοι δὲ ἄλλον θέλουσι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότα ἀρσενόθηλυν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν πνευματικὸν, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα. Καὶ τὴν τῆς κιβωτοῦ δὲ [4] οἰκονομίαν ἐν τῷ κατακλυσμῷ, ἐν ᾗ ὀκτὼ ἄνθρωποι διεσώθησαν, φανερώτατά φασι τὴν σωτήριον Ὀγδοάδα μηνύειν, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ, ὄγδοον ὄντα τῇ γενέσει τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, σημαίνειν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν περιτομὴν ὀκταήμερον γινομένην τὸ περίτμημα τῆς ἄνω Ὀγδοάδος δηλοῦν. Καὶ ἁπλῶς ὅσα εὑρίσκεται ἐν ταῖς γραφαῖς ὑπάγεσθαι δυνάμενα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ, τὸ μυστήριον τῆς Ὀγδοάδος ἐκπληροῦν λέγουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν Δεκάδα σημαίνεσθαι διὰ τῶν δέκα ἐθνῶν ὧν ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ εἰς κατάσχεσιν δοῦναι λέγουσι. Καὶ τὴν [5] περὶ Σάρραν δὲ οἰκονομίαν, ὡς μετὰ ἔτη δέκα δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς δούλην Ἄγαρ ἵνα ἐξ αὐτῆς τεκνοποιήσηται, τὸ αὐτὸ δηλοῦν. Καὶ ὁ δοῦλος δὲ Ἀβραὰμ πεμφθεὶς ἐπὶ Ῥεβέκκαν καὶ
pag. 252. ἐπὶ τῷ φρέατι διδοὺς αὐτῇ ψέλια χρυσῶν δέκα, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς κατέχοντες αὐτὴν ἐπὶ δέκα ἡμέρας· ἔτι τε Ῥοβοὰμ ὁ τὰ δέκα σκῆπτρα λαμβάνων, [6] καὶ τῆς σκηνῆς αἱ δέκα [7] αὐλαὶ, καὶ οἱ στύλοι οἱ δεκαπήχεις, καὶ οἱ δέκα υἱοὶ Ἰακὼβ, ἐπὶ τὴν ὠνὴν τοῦ σίτου τὸ πρῶτον εἰς

15. *Ita erat corrigendum ex Vet. Interprete. Nam vulgo extat* αὐτοῖς τοῖς σώμασιν.

Cap. XVI. — 1. *Scripturam* αὐλαῖαι *in Schotti exemplo ex cod. ms. aliquo, uti videtur, annotatam recipere non sum ausus, cum omnes Epiphanii, et meliores, libros una cum Vet. Interprete vulgatam scripturam* αὐλαὶ *viderem tueri. Cf. infra.*

videlicet ac dulcis. Nam totum ipsum hominem universam Triecenarii similitudinem hunc in modum exprimere. Primum in digitis Decadem circumferre. Tum in corpore toto Dodecadem, quod XII in membra dividitur. Ita enim hoc distribuunt, ut et Veritatis corpus, de quo antea diximus. Ogdoadem denique, quae nec explicari sermone nec oculis potest percipi, in visceribus latentem intelligi.

Praeter haec solem, luminare illud magnum, ad indicandum Cap. XVI.
Tetradis numerum quarto die procreatum putant. Quod ipsum Mo- Exod. 26, 1 et 8.
saici tabernaculi aulaea repraesentasse, ex bysso, hyacintho, pur-
pura coccoque contexta. Itidemque sacerdotis talarem tunicam qua- Exod. 28. 17.
tuor lapillorum ordinibus distinctam. Ac si qua sunt eiusdemmodi,
quae in sacris literis ad quaternarium numerum accommodari pos-
sunt, suam ad Tetradem pertinere confirmant. Ogdoadem rursus
hoc fere modo demonstrari. Etenim octavo die formatum hominem
asserunt, quem alias sexto potius productum volunt: nisi forte terre-
strem hominem sexto, carnalem octavo die fabricatum intelligunt.
Haec enim apud illos distincta sunt. Sed nonnulli diversum illum
faciunt qui ad imaginem similitudinemque creatus est dei, quem an-
drogynum constituunt, ab alio qui ex humo formatus est. Quin et Gen. 6.
arcae illius diluvii tempore dispositionem, in qua homines octo libe-
rati sunt, manifeste salutarem ad Ogdoadem spectare pronuntiant, 1. Reg. 16, 10, 11.
ut et Davidem ipsum, qui octavo post fratres loco in lucem est edi-
tus. Addunt et circumcisionem octavo die susceptam coelestis Ogdo- Gen. 17, 12.
adis circumcisionem ostendere. Atque, ut uno verbo dicam, quae-
cumque sacris in libris reperiuntur, quae ad octonarium numerum
trahi utcumque possunt, ad conficiendum Ogdoadis mysterium usur-
pant. Enimvero Decadem per decem illas nationes indicari non du- Gen. 15. 19.
bitant, quarum possessionem deus Abrahamo promiserat. Eodem-
que Sarrae consilium applicant, cum post annos decem ancillam illi Gen. 16, 3.
suam Agarem concessit, liberos ut ex ea susciperet. Quin et Abra- Gen. 24, 22. 55.
ami servus ad Rebeccam missus, qui armillas ei decem aureas ad
puteum obtulit, nec non fratres illius, qui decem dies eam retinue-
runt. Itemque Ieroboamus, cui decem tribus assignatae. Taber- 3. Reg. 11. 31.
naculi quoque cortinae decem, columnaeque cubitorum decem, ac Exod. 16. 1. 26, 8.
Iacobi totidem filii coëmendi frumenti caussa in Aegyptum profecti. Exod. 15. 15. 20. Gen. 42, 3.

2. στοίχοις *Billius et Petavius.* στίχοις *Massuetus.*
3. μήτι τὸν *codd. Ven. Vatic. Rhedig. Vulgo* μὴ τὸν.
4. *Vitium ed. princ.* οἶκὸν μίαν *Petavius sustulit ope cod. Vatic.*
5. περὶ *desideratur in codd. Ven. et Vatic., et in edit. princ.*
6. καὶ τὴν τῆς *cod. Venet.*
7. αὐλαὶ, *uti supra, codd. Ven. Vatic. Rhedig. Paris., et ed. princ., et* atria *hic quoque vertit Vet. Interpres.* αὐλαῖαι *ed. Petavii.*

Αἴγυπτον πεμφθέντες, καὶ οἱ δέκα ἀπόστολοι, οἷς φανεροῦται μετὰ τὴν ἔγερσιν ὁ κύριος τοῦ Θωμᾶ μὴ παρόντος, τὴν ἀόρατον διετύπουν κατ' αὐτοὺς Δεκάδα.

Κεφ. ιζ'. Τὴν Δυοδεκάδα δὲ, περὶ ἣν καὶ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους τοῦ ὑστερήματος γεγονέναι, ἐξ οὗ πάθους τὰ βλεπόμενα κατεσκευάσθαι θέλουσιν, ἐπισήμως καὶ φανερῶς πανταχῆ κεῖσθαι λέγουσιν, ὡς τοὺς δώδεκα υἱοὺς [1] τοῦ Ἰακὼβ, ἐξ ὧν καὶ δεκαδύο φυλαὶ, καὶ τὸ λόγιον τὸ ποικιλτὸν δώδεκα λίθους ἔχον, καὶ τοὺς δώδεκα κώδωνας, καὶ τοὺς ὑπὸ Μωϋσέως τεθέντας ὑπὸ τὸ ὄρος δώδεκα λίθους, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Ἰησοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ ἄλλους εἰς τὸ πέραν, καὶ τοὺς βαστάζοντας τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἠλίᾳ τεθειμένους ἐν τῇ ὁλοκαυτώσει τοῦ μόσχου, καὶ τὸν ἀριθμὸν δὲ τῶν ἀποστόλων, καὶ πάντα ἁπλῶς ὅσα τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν διασώζει τὴν Δωδεκάδα αὐτῶν χαρακτηρίζειν λέγουσι. Τὴν δὲ τούτων πάντων ἕνωσιν ὀνομαζομένην Τριακοντάδα διὰ τῆς τριάκοντα πηχῶν τὸ ὕψος ἐπὶ Νῶε κιβωτοῦ, καὶ διὰ Σαμουὴλ κατακλίναντος τὸν Σαοὺλ ἐν τοῖς τριάκοντα κλητοῖς πρῶτον, καὶ διὰ Δαβὶδ, ὅτε ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐκρύβετο ἐν τῷ ἀγρῷ, καὶ διὰ τῶν συνεισελθόντων αὐτῷ εἰς τὸ σπήλαιον [2] τριάκοντα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ μῆκος γίνεσθαι τῆς ἁγίας σκηνῆς τριάκοντα πηχῶν· καὶ εἴ τινα ἄλλα ἰσάριθμα τούτοις εὑρίσκουσι, τὴν Τριακοντάδα αὐτῶν διὰ τῶν τοιούτων ἐπιδεικνύναι φιλεριστοῦσιν.

Κεφ. ιη'. [1] Ἀναγκαῖον ἡγησάμην προσθεῖναι τούτοις καὶ ὅσα περὶ τοῦ Προπάτορος αὐτῶν, ὃς ἄγνωστος ἦν τοῖς πᾶσι πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἐκλέγοντες ἐκ τῶν γραφῶν πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ἵν' ἐπιδείξωσι τὸν κύριον ἡμῶν ἄλλον καταγγέλλοντα πατέρα παρὰ τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, ὃν, καθὼς προέφαμεν, ἀσεβοῦντες ὑστερήματος pag. 253. καρπὸν εἶναι λέγουσι. Τὸν γοῦν προφήτην Ἡσαΐαν εἰπόντα, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε, τὴν τοῦ ἀοράτου Βυθοῦ ἀγνωσίαν εἰρηκέναι μεθαρμόζουσι. Καὶ διὰ Ὠσηὲ τὸ εἰρημένον, Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια οὐδὲ ἐπίγνωσις θεοῦ, εἰς τὸ αὐτὸ συντείνειν βιάζονται· καὶ, Οὐκ ἔστιν ὁ συνιὼν ἢ ἐκζητῶν τὸν θεόν· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, ἐπὶ τῆς τοῦ Βυθοῦ ἀγνωσίας τάττουσι. Καὶ τὸ διὰ Μωϋσέως [2] δὲ εἰρημένον, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, εἰς ἐκεῖνον ἔχειν πείθουσι τὴν ἀναφοράν. Τὸν μὲν γὰρ ποιητὴν ἐπιψευδόμενοι ὑπὸ τῶν προφητῶν ἑωρᾶσθαι λέγουσι, τὸ δὲ, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, περὶ τοῦ ἀοράτου μεγέθους καὶ ἀγνώ-

Cap. XVIII. — 1. τοῦ, *quod desideratur in edit. princ., primum ex Vatic. codice adiecit Petavius.*

2. *Reposui genuinam scripturam, quam servavit cod. Venetus, in quo eius quod vulgo legitur commenti* Ἰσραὴλ *loco reperitur numerus* λ̅. *Ceterum cf. ad h. l. interpretes Irenaei.*

Decem insuper apostoli, quibus absente Thoma dominus post resurrectionem apparuit, hi inquam omnes Decadem illam, quae videri nequit, ex illorum opinione declararunt. Ioann. 20, 24.

At vero Dodecadis, in qua defectus illa calamitas ac mysterium contigit, qua ex calamitate omnium quae videntur originem manasse definiunt, ubique clara ac manifesta vestigia reperiri praedicant. Cuiusmodi sunt duodecim Iacobi filii, a quibus duodecim propagatae sunt tribus, et rationale opere vario contextum, cui duodecim lapides assuti, ac tintinnabula totidem. Adde lapides duodecim a Moyse sub monte collocatos, parique numero partim medio in flumine, partim in ulteriore ripa ab Iosue positos; quique testamenti arcam sustinuerunt, atque illos insuper, quos in vituli holocausto Elias supposuisse legitur. Quibus et apostolorum numerus accedit. Denique ubicumque duodenarii numeri aspersa mentio est, id tanquam Dodecadis suae figuram arripiunt. Iam Tricenarium, qui ex illorum omnium coniunctione nascitur, eius arcae, quam Noëmus extruxit, tricenum cubitorum altitudo demonstrat. Deinde Samuel qui Saulem supra triginta, quos ad epulum invitarat, iussit accumbere. Tum insuper David, quatenus triginta totos dies in agro delituit; ut et illi qui ad ipsum se in speluncam aggregarunt. Quam etiam ob caussam triginta cubitos tabernaculi longitudo patuit; ac si qua sunt alia pari comprehensa numero, suum ad tricenarium accommodanda esse acerrime contendunt. Cap. XVII. Exod. 28, 4 et 29, 8. Exod. 24, 4. Ios. 4, 3 et 8. 3 Reg. 18, 31. Gen. 6, 15. 1 Reg. 9, 22. 1. Reg. 20, 15.

Quibus omnibus adiungenda scripturae testimonia putavi, quibus sua illa de supremo Parente somnia stabilire conantur, qui antequam Christus adveniret, omnibus erat ignotus. Hoc enim demonstrare student, Patrem alium quam universi conditorem a Christo domino fuisse praedicatum: quem etiam, ut ante diximus, ex defectu tanquam fructum effloruisse contendunt. Quod enim Isaias propheta dixit: *Israel vero me non cognovit, et populus me non intellexit*, id ad illius Bythi, qui discerni oculis nequit, ignorationem accommodant. Tum illud, quod est apud Oseam, *Non est in ipsis veritas, neque cognitio dei*, eodem referendum existimant. Item, *Non est qui intelligat, aut requirat deum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt,* ad eandem Bythi ignorationem transferunt. Illud insuper eo pertinere censent, quod apud Moysen legitur, *Nemo videbit deum, et vivet.* Etenim conditorem illi duntaxat a prophetis conspectum fuisse perperam volunt. Istud vero: *Nemo videbit deum, et vivet,* de maiestate illa quae nec aspici possit et ignota sit omnibus pronun- Cap. XVIII. Esai 1, 3. Ose. 4, 1. Psalm. 13, 3. Rom. 3, 11. 12.

Cap. XVIII. — 1. *Vet. Interpres videtur legisse* Ἀναγκαῖον δ' ἡγησάμην. *Et hoc reponendum suasit Petavius.* 2. δὲ *non habet cod. Venet.*

στου τοῖς πᾶσιν εἰρῆσθαι [3] θέλουσι. Καὶ ὅτι μὲν περὶ τοῦ ἀοράτου πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων εἴρηται τὸ, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, πᾶσιν ἡμῖν φανερόν ἐστιν, ὅτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ [4] ὑπὸ τούτων παρεπινοουμένου Βυθοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἀόρατος θεὸς, δειχθήσεται τοῦ λόγου προιόντος. Καὶ τὸν Δανιὴλ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνειν ἐν [5] τῷ ἐπερωτᾶν τὸν ἄγγελον τὰς ἐπιλύσεις τῶν παραβολῶν, ὡς μὴ εἰδότα. Ἀλλὰ [6] καὶ τὸν ἄγγελον ἀποκρυπτόμενον ἀπ' αὐτοῦ τὸ μέγα μυστήριον τοῦ Βυθοῦ εἰπεῖν αὐτῷ, Ἀπότρεχε Δανιήλ· οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι ἐμπεφραγμένοι εἰσὶν, ἕως οἱ συνιέντες συνιῶσι, καὶ οἱ λευκοὶ λευκανθῶσι. Καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς λευκοὺς καὶ εὐσυνιέντας αὐχοῦσι.

Κεφ. ιθ'. Πρὸς δὲ τούτους ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, [1] παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. Προσπαραλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κἀκεῖνο τὸ ῥαδιούργημα, ὡς τοῦ κυρίου [2] ἐν παιδείᾳ τοῦ διδασκάλου αὐτῷ φήσαντος, καθὼς ἔθος ἐστὶν, Εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα, πάλιν τε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου [3] κελεύσαντος εἰπεῖν ἀποκρίνασθαι τὸν κύριον, Σύ μοι πρότερον εἰπὲ, Τί ἐστι τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ τί ἐστι τὸ βῆτα. Καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα. Ἔνια δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κειμένων εἰς τοῦτον τὸν χαρακτῆρα μεθαρμόζουσιν. Ὡς τὴν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ δωδεκαετοῦς ὄντος
pag. 254. ἀπόκρισιν, Οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; Ὃν οὐκ ᾔδεισαν, φασὶ, πατέρα κατήγγελλεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο ἐκπέμψαι τοὺς μαθητὰς εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς, κηρύσσοντας τὸν ἄγνωστον αὐτοῖς θεὸν, καὶ τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τὸν ἀληθῶς ἀγαθὸν θεὸν ὡμολογηκέναι, εἰπόντα, Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστι ἀγαθὸς ὁ πατὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐρανοὺς δὲ νῦν τοὺς Αἰῶνας εἰρῆσθαι λέγουσι. Καὶ διὰ [4] τὸ μὴ ἀποκριθῆναι τοῖς εἰποῦσιν αὐτῷ, Ἐν ποίᾳ δυνάμει τοῦτο ποιεῖς; ἀλλὰ τῇ ἀντεπερωτήσει ἀπορῆσαι [5] αὐτοὺς, τὸ ἄρρητον τοῦ πατρὸς, ἐν τῷ [6] μὴ εἰπεῖν δεδειχέναι αὐτὸν ἐξηγοῦνται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι, Πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκοῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐροῦντα, ἐμφαίνοντός [7] φασιν εἶναι τὸ Ἑνὸς τὸν ἀληθῶς ἕνα θεὸν, ὃν οὐκ ἐγνώκεισαν. Ἔτι ἐν τῷ προσχόντα

3. λέγουσιν *cod. Venet.*
4. ὑπὸ *secundum Vet. Interpretem reponendum erat pro* ἐπὶ *quod libri Epiphanii praebent.*
5. τῷ ἑτέρῳ ἐπερωτᾶν *ed. princ., mendose.*
6. καὶ *non habet cod. Venet.*
CAP. XIX. — 1. παραφέρουσιν *codd. Rhedig. Paris.*
2. *Sic emendo verba corruptissima* τὰ διὰ *quae vulgo in libris reperiuntur. Vet. Interpres habet:* quasi dominus cum puer esset et disceret literas, cum dixisset magister eius *cett. Nec quicquam desiderandum existimo in Graecis Epiphanii. Nam verborum* cum puer esset et disceret literas *sententiam verba* ἐν παιδείᾳ *plene referunt.*
3. κελεύοντος *cod. Venet. — De re narrata v. I. C. Thilonis Cod. Apocr. N. T.*

tiatum affirmant. Verum de summo illo qui videri non potest Patre ac conditore omnium illud ipsum usurpari, *Nemo videbit deum*, facile Exod.33,20. omnes intelligunt. Idem vero non ad confictum illum ab istis Bythum, sed ad rerum omnium opificem convenire, eumque nec aspectabilem esse deum, a nobis postea demonstrabitur. Addunt id etiam significasse Danielem, cum ab angelo parabolarum interpretationem velut ignarus postulat. Angelum vero magnum Bythi mysterium celare cupientem ita respondisse: *Vade Daniel: quia clausi sunt signatique sermones, quousque intelligentes intelligant, et albi dealbentur.* Dan. 12, 9. et 10. Se enim albos illos et intelligentes esse gloriantur.

Apocrypharum praeterea et adulterinarum scripturarum, quas Cap. XIX. ipsimet commenti sunt, infinitam multitudinem obtrudunt, quibus imperitis ac germanarum scripturarum ignaris stuporem obiiciant. Quin illud scelerate confictum proferunt in medium, Christum, puer cum esset literasque disceret, iubenti, ut assolet, praeceptori, Dic alpha, alpha respondisse. Rursum ut Beta diceret praecipienti respondisse dominum, Tu mihi primum quid sit alpha dicito, tum ego quid sit beta respondebo. Quod illi sic interpretantur, quasi solus quod erat ignotum intelligeret, idque sub literae alpha specie declarare vellet. Nonnulla quoque quae in evangelio leguntur ad eandem formam applicant. Velut quod matri suae duodecim natus annos respondit: *Nesciebatis quod in iis quae patris mei sunt oportet me esse?* Luc. 2, 49. Quem enim nesciebant, inquiunt, Patrem illis nuntiabat. Quamobrem ut ignotum hactenus Patrem praedicarent, duodecim ad tribus misisse illum discipulos asserunt. Deinde cum alius, *Praeceptor bone!* dixisset, eum qui vere bonus est deum diserte confessum fuisse. *Quid me*, inquit, *dicis bonum? Unus est bonus, Pater qui in coelis est.* Matth. 19, 17. Coelorum porro nomine Aeonas modo accipiendos esse. Quod autem percontantibus, *In qua potestate hoc facis?* respondit nihil, sed aliam eius quaestionem proposuit, declaratum illud Luc. 20, 2. eo silentio putant summum Patrem nullis posse verbis explicari. Velut etiam ita cum locutus est: *Saepe ego desideravi unum ex illis sermonibus audire, nec qui diceret habui,* aperte, inquiunt, unum ostendit esse deum, quem minime illi cognoscent. Ad haec cum Hieru-

tom. I. p. 12. cap. 48.

4. τοῦ *cod. Venet.*

5. πρὸς αὐτοὺς *coniecit Petavius.*

6. μὴ *particula abest ab omnibus libris. Vet. Interpres:* inenarrabile patris in eo quod non dixerit non ostendisse eum interpretantur, *ubi alterum illud* non *ante voc.* ostendisse *cum Grabio et Feuardentio delendum esse arbitror.*

7. φασιν εἶναι τὸ *correxi ego atque reposui pro eo quod libri tenent* φασι δεῖν διὰ τοῦ. *Quod vitium (antiquissimum, uti videtur) partim traxit etiam Latinus Interpres, qui vertit:* Sed et in eo quod dixerit — — — manifestantis dicunt esse per hoc Unum *cett.*

αὐτὸν τῇ Ἱερουσαλὴμ δακρῦσαι ἐπ' αὐτὴν, καὶ εἰπεῖν, Εἰ ἔγνως [8] καὶ σὺ σήμερον τὰ πρὸς εἰρήνην, ἐκρύβη δὲ [9] ἀπὸ σοῦ, διὰ τοῦ Ἐκρύβη ῥήματος τὸ ἀπόκρυφον τοῦ Βυθοῦ δεδηλωκέναι. Καὶ πάλιν εἰπόντα, Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ. Τὸν τῆς ἀληθείας πατέρα κατηγγελκέναι. Ὃ γὰρ οὐκ ᾔδεισαν, [10] φασὶ, τοῦτο αὐτοῖς ὑπέσχετο διδάξειν. [11] Ἀπόδειξιν δὲ τὴν ἀνωτάτω καὶ οἱονεὶ κορωνίδα τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν φέρουσι ταῦτα· [12] Ἐξομολογήσομαί σοι, πάτερ κύριε τῶν οὐρανῶν καὶ [13] τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας αὐτὰ ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Οὐὰ ὁ πατήρ μου, ὅτι ἔμπροσθέν σου εὐδοκία μοι ἐγένετο Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς [14] ἀποκαλύψῃ. Ἐν τούτοις διαῤῥήδην φασὶ δεδειχέναι αὐτὸν, ὡς τὸν ὑπ' [15] αὐτῶν παρεξευρημένον πατέρα ἀληθείας πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ μηδενὸς πώποτε ἐγνωκότος, καὶ κατασκευάζειν θέλουσιν, ὡς τοῦ ποιητοῦ καὶ κτιστοῦ ἀεὶ ὑπὸ πάντων ἐγνωσμένου, καὶ ταῦτα τὸν κύριον εἰρηκέναι περὶ τοῦ ἀγνώστου τοῖς πᾶσι Πατρὸς, ὃν αὐτοὶ καταγγέλλουσι.

Κεφ. κ'. Τὴν δὲ τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτοῖς παράδοσιν συμβέβηκεν ἀόρατον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον, ἅτε τῶν ἀκρατήτων καὶ ἀοράτων μητέρα ὑπάρχουσαν, καὶ διὰ τοῦτο ἄστατον οὖσαν οὐχ ἁπλῶς, [1] οὐδὲ ἑνὶ λόγῳ, ἀπαγγεῖλαι ἔστι· διὰ τὸ [2] ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καθὼς αὐτοὶ βούλονται, pag. 255. παραδιδόναι αὐτήν. Ὅσοι γάρ εἰσι ταύτης τῆς γνώμης μυσταγωγοὶ, τοσαῦται καὶ ἀπολυτρώσεις. Καὶ ὅτι μὲν εἰς ἐξάρνησιν τοῦ βαπτίσματος τῆς εἰς θεὸν ἀναγεννήσεως, καὶ πάσης τῆς πίστεως ἀπόθεσιν, ὑποβέβληται τὸ εἶδος [3] τοῦτο ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐλέγχοντες αὐτοὺς ἀπαγγελοῦμεν ἐν τῷ προσήκοντι τόπῳ. Λέγουσι δὲ αὐτὴν ἀναγκαίαν εἶναι τοῖς τὴν τελείαν γνῶσιν εἰληφόσιν, ἵνα εἰς τὴν ὑπὲρ πάντα δύναμιν ὦσιν ἀναγεγεννημένοι. Ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἐντὸς Πληρώματος εἰσελθεῖν, ἐπειδὴ αὕτη ἐστὶν ἡ εἰς [4] τὸ βάθος κατάγουσα αὐτούς. Τὸ μὲν γὰρ βάπτισμα τοῦ φαινομένου Ἰησοῦ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν τοῦ ἐν αὐτῷ [5] Χριστοῦ κατελθόντος εἰς τελείωσιν, καὶ τὸ μὲν ψυχικὸν, τὴν δὲ πνευματικὴν εἶναι ὑφίστανται, καὶ τὸ μὲν βάπτισμα ὑπὸ Ἰωάννου κατηγγέλθαι εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν ὑπὸ

8. καὶ om. cod. Rhedig.
9. ἀπὸ cum Billio restituendum duxi. Abest enim ab omnibus libris.
10. Epiphanii libri habent φησὶ.
11. Vox Ἀπόδειξιν (vel, si mavis, Δίδαξιν), quae incuria librariorum prorsus interierat, repetenda erat ex vocabulo διδάξειν, quod antecedit. Vet. Interpres habet Ostensionem autem superiorum, et velut finem cett., videturque legisse τῶν ἀνωτάτω.
12. Confiteor habet Vet. Interpres.
13. τῆς om. cod. Ven.
14. ἀποκαλύψει cod. Venet.
15. αὐτῶν codd. Venet. Rhedig. Reliqui libri αὐτόν.

salem accedens *flevit super eam, et dixit, Si cognovisses et tu, et quidem in hac die, quae ad pacem sunt tibi: nunc autem abscondita sunt tibi,* vocabulo isto, *abscondita sunt,* occultam Bythi naturam abstrusamque demonstravit. Quemadmodum et hisce verbis: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos;* et, *Discite a me* etc. Veritatis parentem indicasse confirmant. Quod enim ignorabant, inquiunt, hoc se illos edocturum recepit. Postremo hanc velut arcem probationis suae ac fastigium proferunt, quod idem dominus dixit: *Confiteor tibi Pater domine coeli ac terrae, quia abscondisti a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis: ita pater, quoniam coram te beneplacitum est mihi. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: et nemo novit Patrem nisi Filius, et Filium nemo novit nisi Pater et cui voluerit filius revelare.* Quibus verbis evidenter hoc ab illo declaratum existimant, quem ipsi Veritatis Parentem temere commenti sunt, hunc antequam Christus venisset nemini fuisse cognitum, contra vero istud colligi, conditorem ac creatorem perpetuo manifestum omnibus fuisse. Haec enim omnia de ignoto illo Parente, quem ipsi praedicant, a Christo pronuntiata non dubitant.

Luc. 19, 42. Matth. 11, 28. Luc. 10, 21.

Quod autem ad redemptionem pertinet, eam neque aspici neque comprehendi animo posse definiunt; utpote, quae eorum mater sit quae peraeque contineri ac videri nequeant. Quare cum inconstans atque instabilis sit, non una illam ac simplex oratio complecti potest, quoniam ab unoquoque illorum pro suo nutu ac voluntate traditur. Quot enim sunt illius dogmatis ac mysteriorum antistites, totidem et redemptiones esse dicunt. Enimvero totam illam speciem atque pompam eiurandi baptismatis iterataeque illius a deo generationis gratia et abiiciendae fidei a Satana confictam esse, suo loco, cum illos refutabimus, ostendetur. Sed illam necessariam omnino redemptionem iis esse statuunt qui perfectam scientiam adepti sunt, ut ad supremam omnium virtutem denuo gignantur. Aliter enim omnem ad Pleroma aditum intercludi, cum haec illa sit quae eos ad Bythi profunda perducat. Nam baptismum apparentis illius Iesu condemnationem duntaxat prae se ferre criminum, redemptionem vero Christi, qui se in Iesum insinuaverat, perfectum ad statum absolutumque spectare. Illum animalem esse, hanc vero spiritalem. Praeterea baptismum a Ioanne capessendae poenitentiae caussa denuntiatum,

Cap. XX. Matth. 3, 15.

Cap. XX. — 1. οὐδενὶ λόγῳ *cod. Rhedig.*

2. *Libri Epiphanii habent* ἕν *pro* ἕνα.

3. τοῦτο ὑπὸ *codd. Vatic. Venet. Vulgo* τοῦ ὑπὸ.

4. *Vet. Interpres cum praebeat* quae in profundum Bythi deducit, secundum eos, *videtur legisse* τὸ Βυθοῦ βάθος κατάγουσα, κατ᾽ αὐτοὺς.

5. spiritus *habet Vet. Interpres, ut* πνεύματος *pro* Χριστοῦ *legisse videri possit.*

Ἰησοῦ κεκομίσθαι εἰς τελείωσιν, καὶ [6] τοῦτ' εἶναι περὶ οὗ λέγει, Καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. Ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου τῆς μητρὸς αὐτῶν αἰτουμένης τὸ καθίσαι αὐτοὺς ἐκ δεξιῶν [7] καὶ ἀριστερῶν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν, ταύτην προςθεῖναι τὴν ἀπολύτρωσιν τὸν κύριον λέγουσιν, εἰπόντα, Δύνασθε τὸ βάπτισμα βαπτισθῆναι, ὃ ἐγὼ μέλλω βαπτίζεσθαι; Καὶ τὸν Παῦλον ῥητῶς φάσκουσι τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἀπολύτρωσιν πολλάκις μεμηνυκέναι, καὶ εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' αὐτῶν ποικίλως καὶ ἀσυμφώνως παραδιδομένην.

Κεφ. κα'. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιῤῥήσεών τινων τοῖς τελειουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω Συζυγιῶν· οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες οὕτως ἐπιλέγουσιν· Εἰς ὄνομα ἀγνώστου Πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς Ἀλήθειαν Μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. Ἄλλοι δὲ Ἑβραϊκά τινα ὀνόματα ἐπιλέγουσι, πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι τοὺς τελειουμένους, οὕτως· Βασεμὰ, [1] Χαμοσσὴ, [2] Βααιανορὰ, Μισταδία, Ῥουαδὰ, [3] Κουστὰ, Βαβοφὸρ, Καλαχθεῖ. Τούτων δ' ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν τοῦ πατρὸς ἐπικαλοῦμαι φῶς ὀνομαζόμενον, καὶ πνεῦ-
pag. 256. μα ἀγαθὸν, καὶ ζωὴ, ὅτι ἐν σώματι ἐβασίλευσας. Ἄλλοι δὲ πάλιν τὴν λύτρωσιν ἐπιλέγουσιν οὕτως· τὸ ὄνομα τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ πάσης θεότητος καὶ κυριότητος καὶ ἀληθείας, ὃ ἐνεδύσατο Ἰησοῦς ὁ Ναζαρηνὸς ἐν ταῖς ζωαῖς τοῦ φωτὸς τοῦ Χριστοῦ, Χριστοῦ ζῶντος διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰς λύτρωσιν ἀγγελικὴν ὄνομα τὸ τῆς ἀποκαταστάσεως [4] Μεσσία, Οὐφαρὲγ, [5] Ναμεμψαιμὰν, Χαλδαίαν, Μοσομηδαέα, [6] Ἀκφραναὶ, Ψαούα, Ἰησοῦ Ναζαρία. Καὶ τούτων δὲ ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· [7] Οὐ διαιρῶ τὸ πνεῦμα τὴν καρδίαν καὶ τὴν ὑπερουράνιον δύναμιν, τὴν οἰκτίρμονα· ὀναίμην τοῦ ὀνόματός σου Σωτὴρ Ἀληθείας. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπιλέγουσιν οἱ αὐτοὶ [8] οἱ τελοῦντες· ὁ δὲ τετελεσμένος ἀποκρίνεται, Ἐστήριγμαι, καὶ λελύτρωμαι, καὶ λυτροῦμαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πάντων τῶν παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰαὼ, ὃς ἐλυτρώσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ἀπολύτρωσιν ἐν τῷ Χριστῷ τῷ ζῶντι. Εἶτ' ἐπιλέγουσιν οἱ παρόντες, Εἰρήνη πᾶσιν ἐφ' οὓς τὸ ὄνομα τοῦτο [9] ἐπαναπαύεται. Ἔπειτα μυρίζουσι τὸν τετελεσμένον τῷ ὀπῷ τῷ [10] ἀπὸ βαλσάμου. Τὸ γὰρ μῦρον τοῦτο τύπον τῆς

6. ταῦτ' *cod. Venet.*
7. καὶ ἐξ ἀριστερῶν *cod. Venet.*
Cap. XXI. — 1. χασιμὴ *codd. Rhedig. et Paris.*
2. βααιανοορὰ *codd. Rhedig. et Paris.*
3. κουκὰ *cod. Rhedig. et Paris.* — *Cf. de hac Gnosticorum formula interpretes ad Irenaeum I, 21, 3.*
4. μοσσία *cod. Paris.*
5. νεμεμψαιμάν *cod. Paris.*

redemptionem a Iesu obtinendae gratia perfectionis invectam. Atque hoc esse, quod his verbis testatum reliquerit: *Baptismo alio habeo baptizari, et ad illum omnino festino.* Imo etiam Zebaedaei filiis, cum eorum mater a se postulasset, ut eos secum ad dextram sinistramque suam in regno considere iuberet, eandem illam redemptionem proposuisse dominum putant, his verbis: *Potestis baptismate baptizari, quo ego baptizandus sum?* Paulum insuper redemptionem in Christo Iesu persaepe commemorasse praedicant; quam eandem ipsam esse volunt de qua varia secumque minime cohaerentia disputant. Luc. 12, 50. Matth. 20, 21. Marc. 10, 38.

Nam alii Thalamum nescio quem construunt, eosque quos suas ad ceremonias admittunt certis ritibus ac carminibus initiant, ac quod ipsi gerunt, spiritales nuptias appellant, ad coelestium coniugiorum imitationem expressas. Alii ad aquam perductos tingunt hac verborum formula: *In nomine ignoti Patris omnium, in Veritate omnium Matre, in eo qui in Iesum delapsus est, in unione et redemptione communioneque Virtutum.* Sunt et qui Hebraicas voces proferant, quo maiorem initiatis horrorem iniiciant, hoc modo: *Basema, Chamosse, Baaenora, Mistadia, Rhuada, Custa, Babophor, Kalachthei.* Quorum haec est sententia: *Supra omnem Virtutem Patris Lumen quod vocatur imploro; nec non et Spiritum bonum, et Vitam, quoniam in corpore regnasti.* Quidam ita redemptionem concipiunt. Arcanum et occultum ab omni divinitate dominatuque ac veritate nomen, quod Iesus Nazarenus induit, in vitis luminis Christi, Christi, inquam, viventis per Spiritum sanctum, in redemptionem angelicam; nomen restitutionis: *Messias, Uphareg, Namempsaeman, Chaldaean, Mosomedaea, Acphranae, Psaua, Iesu Nazaria.* Quae hoc modo interpretari possumus: *Non divido Spiritum, Cor Virtutemque coelo sublimiorem, misericordem: macte sim nomine tuo Salvator Veritatis.* Haec dum ab antistitibus prolata sunt, tum qui sacris initiatur ita respondet: *Confirmatus sum ac redemptus: et anima mea ab hoc seculo omnibusque quae ab eo sunt redimitur in nomine Iao, qui ipsius redemit animam in redemptionem in Christo vivente.* Ad haec praesentes omnes subiiciunt: *Pax omnibus in quibus nomen istud requiescit.* Deinde opobalsamo initiatam perungunt. Quod unguenti genus fragran- Cap. XXI.

6. *ἐκφρανaί ψαούα cod. Paris. ἀκφραναί ψευούα cod. Rhedig. ἀκψαρναιψεύουσα cod. Venet. — De interpretatione huius formulae, si placet, adeas doctorum hominum ad Irenaeum l. l. adnotata. Cf. etiam infra haer. 36, 2. ubi eadem repetuntur.*

7. Christi non divido spiritum, cor *celt. legitur apud Vet. Interpretem.*

8. οἱ *adieci de auctoritate codd. Vatic. et. Venet.*

9. ἐπαναπέπαυται *cod. Venet.*

10. ἀπὸ τοῦ βαλσάμου *codd. Rhedig. Paris.*

ὑπὲρ τὰ ὅλα εὐωδίας εἶναι λέγουσιν. Ἔνιοι δ᾽ αὐτῶν τὸ μὲν ἄγειν ἐπὶ τὸ ὕδωρ περισσὸν εἶναι φάσκουσι, μίξαντες δὲ ἔλαιον καὶ ὕδωρ ἐπιτοαυτὸ μετ᾽ ἐπιρρήσεων ὁμοιοτρόπων αἷς προειρήκαμεν ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τῶν τελειουμένων, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὴν ἀπολύτρωσιν θέλουσι. Μυρίζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ βαλσάμῳ. Ἄλλοι δὲ ταῦτα πάντα παραιτησάμενοι φάσκουσι μὴ δεῖν τὸ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀοράτου δυνάμεως μυστήριον δι᾽ ὁρατῶν καὶ φθαρτῶν ἐπιτελεῖσθαι κτισμάτων, καὶ τῶν ἀνεννοήτων καὶ ἀσωμάτων δι᾽ αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν, εἶναι δὲ τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν αὐτὴν τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἀρρήτου μεγέθους· ὑπ᾽ ἀγνοίας γὰρ ὑστερήματος καὶ πάθους γεγονότων διὰ γνώσεως καταλύεσθαι πᾶσαν τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας σύστασιν, ὥςτε εἶναι τὴν γνῶσιν ἀπολύτρωσιν τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου. Καὶ μήτε σωματικὴν ὑπάρχειν αὐτὴν, φθαρτὸν γὰρ τὸ σῶμα, μήτε ψυχικὴν, ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ ἐξ ὑστερήματος, καὶ [11] ἔστι τοῦ Πατρὸς ὥςπερ οἰκητήριον. Πνευματικὴν οὖν δεῖ καὶ τὴν λύτρωσιν ὑπάρχειν. Λυτροῦσθαι γὰρ διὰ [12] γνώσεως τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸν πνευματικὸν, καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν ὅλων ἐπιγνώσει, καὶ ταύτην εἶναι λύτρωσιν ἀληθῆ.

ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΑ ΥΠΟ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ.

Κεφ. κβ᾽. pag. 257. Ταύτην τὴν πᾶσαν ἀκριβῆ ἔρευναν ὁ μακάριος πρεσβύτης Εἰρηναῖος ἐποιήσατο, [1] καθ᾽ εἱρμὸν πάντα ἐνθέμενος τῆς αὐτῶν πάσης παραπεποιημένης διδασκαλίας. Διόπερ δὴ, ὡς καὶ ἤδη μοι προδεδήλωται, [2] ὅτι τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐσπουδασμένοις ἀρκεσθέντες, πάντα πρὸς ἔπος, ὡς παρ᾽ αὐτῷ ἐμφέρεται, παρεθήκαμεν. Ἀνατραπήσονται γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς εἰς ἀντίθεσιν τῆς αὐτῶν μοχθηρίας εἰρημένων. Ἡμεῖς γὰρ πιστεύομεν, ὡς πάντη ἡ ἀλήθεια ὑποφαίνει, καὶ ὁ εὔλογος λογισμὸς ὑποτίθεται, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας κανόνι συμπεφώνηται, τῷ τε νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν πατριάρχαις κατὰ ἀκολουθίαν, τῇ τε αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος διδαχῇ, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων σαφῶς ἡμᾶς διδασκόντων ἕνα ὁμολογεῖν θεὸν πατέρα, παντοκράτορα τῶν ὅλων, καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, μίαν ἁγίαν τριάδα ἄκτιστον, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξ οὐκ ὄντων γενομένων μετὰ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. Οὕτως τε παρὰ πάντων τῶν προειρημένων ἁγίων προφητῶν τε καὶ εὐαγγελιστῶν καὶ ἀποστόλων σαφῶς ὡμολογημένων καὶ πεπιστευμένων οὐκ ἂν δυνηθείη κυβευτική τις ἐπίνοια ἀντισχεῖν πρὸς τὴν

11. ἔτι correxerunt quidam.
12. γνώσεως correxi ex Vet. Interprete. μωσέως ed. princ. Μωϋσέως edit. Petav.

Cap. XXII. — 1. καθ᾽ εἱρμὸν πάντα cod. Rhedig. καθ᾽ εἱρμὸν μὲν πάντα edd. princ. et Petav. καθ᾽ εἱρμὸν ταῦτα cod. Vatic.

tissimi illius odoris qui supra omnia est imaginem esse censent. Non desunt inter illos qui ad aquam perducere supervacaneum arbitrantur, sed oleum aqua temperatum cum solennibus eiusmodi carminibus, qualia nos paulo ante retulimus, initiatorum capitibus inspergant, idque demum redemptionem nominent, quamquam balsamo ipsi etiam inungunt. Alii contra repudiatis iis omnibus negant eius virtutis, quae nec oculis cerni nec sermone declarari possit, mysterium per aspectabiles corruptibilesque creaturas posse perfici; eorum, inquam, quae cogitationem omnem fugiunt, corporisque sunt expertia, ad ea quae sensibus percipiuntur corporeaque sunt oportere demitti. Perfectam itaque redemptionem ipsam esse magnitudinis inexplicabilis notitiam. Cum enim defectus omnis et perturbatio ab ignorantia proficiscatur, quicquid ex ea conflatum est, illa ratione destrui; adeo ut cognitio interioris sit hominis redemptio: ac neque corporea sit, corpus enim corruptionis capax est, nec animalis, quod anima ex defectu prodierit, sitque velut Parentis domicilium. Quare et spiritalis redemptio sit oportet. Etenim per Moysen interior homo ac spiritalis redimitur. Proinde universorum se esse dicunt cognitione contentos, eamque germanam redemptionem appellant.

HACTENUS IRENAEUS.

Hanc beatissimus ille senex Irenaeus erroris istius accuratam inquisitionem instituit, omnemque commentitii dogmatis seriem ordinemque proposuit. Quamobrem, ut initio praefati sumus, iis contenti quae ab illo magno studio sunt elaborata, cuncta prout in eius opere continentur ad verbum exscripsimus. Facile enim ex iis quae a sanctissimo viro ad illius refellendam improbitatem prodita sunt everti profligarique poterunt. Nos enim id quod veritas ipsa prae se omnino fert, quodque et prudens ratio persuadet et veritatis regulae consentaneum est, legi ac prophetis et patriarchis, qui sibi invicem successerunt, nec non tam salvatoris ipsius quam apostolorum doctrinae credimus, a quibus manifeste didicimus unum confiteri deum universorum patrem omnipotentem, ac dominum nostrum Iesum Christum, et Spiritum sanctum, unam sanctam increatamque trinitatem; cum cetera post Patrem et Filium et Spiritum sanctum ex nihilo producta sint. Quae quidem omnia cum iis quos commemoravi sanctissimis viris, prophetis, evangelistis et apostolis sine ulla ambiguitate credita confessaque fuerint, nullae eiusmodi erunt artes ac praestigiae, quae veritatis luci ac splendori possint obsi- Cap. XXII.

2. *Rescribo* ἅτε.

ἀκτῖνα τῆς ἀληθείας, ὥς γε ἡμῖν πολλάκις κατὰ πλάτος εἴρηται ἐν τῇ πρὸς ἑκάστην αἵρεσιν ὑποθέσει· ὡς ἐξάπαντος φωρᾶσθαι καὶ τοῦτον ἀγύρτην καὶ θανατοποιὸν ἰσοτύπως ταῖς προειρημέναις ἐπιδείξεως χάριν καὶ περιεργίας τὰ μεγάλα ταῦτα καττύσαντά τε καὶ μηχανησάμενον.

Κεφ. κγ'. Παρελθόντες δὲ καὶ τὴν τούτου μοχθηρίαν, καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ Μαρκωσίων λεγομένων, ἐπὶ τὰς ἑξῆς σπεύσωμεν, ὦ ἐπιπόθητοι, τὰς αὐτῶν ῥίζας πάλιν ἀνερευνῶντες, καὶ τῶν καρπῶν αὐτῶν τὴν πικρίαν ἀφανίζοντες, τήν τε ἀνατροπὴν καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς πάντα ἐπιδεικνύντες, οὐκ εἰς βλάβην τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλὰ εἰς ἀποτροπὴν, πρὸς τὸ μὴ πλησιάσαι μιᾷ τῶν προειρημένων αἱρέσεων, ἢ τῶν μετέπειτα, ἀλλὰ ἀναγνόντας τὰ γεγραμμένα παρ' αὐτοῖς, καὶ γνόντας τὰ ᾀδόμενα, καὶ καταγνόντας τῆς ἑκάστης αὐτῶν πλάνης τε καὶ ἑρπετώδους μοχθηρίας, pag. 258. ἀποφεύγειν τε καὶ, ὡς εἶπον, μὴ πλησιάζειν. Διψάδα γάρ τινα ἔχιδνάν φασιν οἱ ἱστορήσαντες ἰοῦ λύμην τοιάνδε ἐμποιεῖν. Ἐν τόποις γάρ τισιν, ὅπου πύελοι ἐν ταῖς πέτραις ἢ λιβάδες εἰσὶ μικραὶ ἀπὸ πετρῶν χεόμεναι εἰς ὑποδοχήν τινα, ἡ αὐτὴ διψὰς ὕδωρ εὑρίσκουσα καὶ πιοῦσα τὸν ἰὸν ἐμβάλλει μετὰ τὸ πιεῖν εἰς τὰς προειρημένας στάσεις τῶν ὑδάτων, ὥςτε πᾶν ζῶον πλησιάσαν καὶ ποτοῦ κορεσθὲν δοκεῖν μὲν ὠφελεῖσθαι ἐκ τοῦ μεταλαβεῖν, εὐθὺς δὲ παρὰ τὸ ὑποδόχον τῶν ὑδάτων ἐκ τοῦ ἰοῦ τῆς διψάδος ὑποδεξάμενον καταπίπτειν καὶ θνήσκειν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τινα πλήξειεν ἡ αὐτὴ διψὰς, ἀπὸ τοῦ περισσοτέρως ἐν αὐτῇ καυστικοῦ ἰοῦ ἐπὶ ὄρεξιν δίψης καὶ πόματος προτρέποιτο πάθος τῆς ἀλγηδόνος, προςφέρεσθαί τε ἀεὶ καὶ πίνειν [1] ἐρεθίζειν. [2] Νομίζει δέ τι ὠφελεῖσθαι πρὸς τὴν λύμην ὁ πληγεὶς ὁσάκις τῆς τοιαύτης θανατηφόρου ἀλγηδόνος λαμβάνει, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ πληρωθείσης τῆς γαστρὸς, καὶ μηκέτι ὑποδεχομένης, ὕστερον σὺν τῷ πόματι τὸ πνεῦμα ἀφίησιν. Οὕτω καὶ οὗτος ὑπὸ πόματος τὸν θάνατον τοῖς παρ' αὐτοῦ ἠπατημένοις ἐξεργάζεται. Οὗπερ ἰοῦ ἐν δυνάμει θεοῦ ῥυσθέντες ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν.

ΚΑΤΑ ΚΟΛΟΡΒΑΣΙΩΝ,

πεντεκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ πέμπτη

Κεφ. α'. Κολόρβασος τούτοις ἕπεται ἀπὸ τῆς τοῦ προειρημένου Μάρκου γοητείας τὸν ἔρανον ποιησάμενος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου ῥίζης σκολόπων δίκην ἀναφύσας, [1] ἕτερα πάλιν παρὰ [2] τούτους ἐνοχλεῖν τῷ κόσμῳ κέντρων δίκην ἐπενόησε, δῆθεν μείζονα φαντασίαν, ὡς ἄνωθεν ἥκων, μηχανώμενος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα σὺν τῷ Μάρκῳ ὑπάρ-

Cap. XXIII. — 1. Rescribo ἐρεθίζον.
2. νομίζει cod. Vatic. et inde edit. Pelav. Vulgo νομίζειν.

stere; quemadmodum in singulis refutandis haeresibus saepe ac copiose monstravimus. Adeo ut eadem qua in ceteris ratione detectum sit, nebulonem illum ac pestiferum hominem sola ostentatione sui ac curiositate ductum ad tam immania portenta fingenda fabricandaque venisse.

Nunc illius ac Marcosiorum impietate praeterita ad alias transeamus, earumque et evellamus radices et amarissimos fructus tollamus e medio, ac quemadmodum refelli possint, quaeque ad ipsos pertinent universa referamus; non ut legentibus fraudi ista sint, sed ut ab illis abhorreant, neque ad unam aliquam earum quas exposuimus aut insequentium accedant, sed ubi quae ab illis scripta sunt legerint, saepiusque decantata cognoverint, illorum erroribus ac venenata improbitate damnata fugiant procul, ac propius se conferre vereantur. Dipsadem quandam e viperarum genere esse memoriae proditum est, quae istiusmodi virus immittat. Cum enim excavatis in rupibus, quae stillantem e saxis liquorem excipiunt, aquam nacta biberit, eam postea veneno suo sic inficit, ut si quod animal deinceps ex ea potaverit, cum iuvari ac sitim relevare visum fuerit, ad venenatum ipsum aquae receptaculum subito moriatur ac concidat. Quod si quem illa momorderit, ignea veneni vis vehementius grassans ingentem sitim affert, et ad assidue potandum intolerabili cum dolore compellit. Cui quidem letifero dolori dum ita se remedii afferre aliquid existimat, in eodem loco ventre distento nec humoris quicquam amplius capiente, cum potu mox animam profundit. Sic ille cum inexhausta potus aviditate suis exitium consciscit. Sed nos ab eo veneno divina ope liberati reliquas ad haereses transeamus. Cap. XXIII.

CONTRA COLORBASIOS,
quae est haeresis XV. sive XXXV.

Sequitur Colorbasus, qui ab iisdem Marci praestigiis suas ineptias corrogavit. Quin et ex Ptolemaei radicibus sentium ac spinarum instar erumpens novas quasdam opiniones commentus est, quibus velut aculeis homines infestaret, dum maiores nugas ac somnia velut e coelo delapsus effutiit. Fuit ei primum cum Marco societas Cap. I.

Cap. I. — 1. *Fortasse* ἑτέρα. 2. *Ita rescripsi. Libri habent* τούτοις.

χων ὁμοιογνώμονι αὐτῷ, δίκην δικεφάλου ὑπαρχούσης τῆς αὐτῶν αἱρέσεως, ὕστερον δὲ ὡς κεφαλὴ ἀπὸ σώματος ἑρπετοῦ τμηθεῖσα, καὶ ἔτι ἐμπνέουσα, πολλοὺς ἀφανίσας ἠδίκησεν, ὡς δῆθεν μεῖζόν τι καὶ ἐμπειρότερον παρὰ [3] τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ τοὺς πρώτους δεικνύς. Λέγει γὰρ τὴν πρώτην Ὀγδοάδα οὐ καθ' ὑπόβασιν ἄλλων ὑπὸ ἄλλου [4] Αἰώνων pag. 259. προβεβλῆσθαι, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ εἰς ἅπαξ τὴν τῶν [5] ἐξ Αἰώνων προβολὴν ὑπὸ τοῦ Προπάτορος καὶ τῆς Ἐννοίας αὐτοῦ τετέχθαι, ὡς αὐτὸς μαιωσάμενος διαβεβαιοῦται. Καὶ οὐκέτι ἐκ Λόγου καὶ Ζωῆς Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ ἐξ Ἀνθρώπου, ὡς οἱ ἄλλοι, καὶ Ἐκκλησίας, Λόγον καὶ Ζωήν φασι τετέχθαι αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἑτέρῳ τρόπῳ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι ὅπερ ἐνενοήθη προβαλεῖν ὁ Προπάτωρ, τοῦτο Πατὴρ ἐκλήθη, ἐπεὶ δὲ ὃ προεβάλετο Ἀλήθεια ἦν, τοῦτο Ἀλήθεια ὠνομάσθη. Ὅτε οὖν ἠθέλησεν ἐπιδεῖξαι [6] αὐτὸν, τοῦτο Ἄνθρωπος ἐλέχθη. Οὓς δὲ προελογίσατο ὅτε προέβαλε, τοῦτο Ἐκκλησία ὠνομάσθη. Καὶ ὁ Ἄνθρωπος τὸν Λόγον· οὗτός ἐστιν ὁ πρωτότοκος Υἱός. Ἐπακολουθεῖ δὲ τῷ Λόγῳ καὶ ἡ Ζωή. Καὶ οὕτως πρώτη Ὀγδοὰς συνετελέσθη. Πολλὴ δὲ μάχη παρ' αὐτοῖς καὶ περὶ τοῦ Σωτῆρος. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ πάντων γεγονέναι λέγουσι, διὸ καὶ Εὐδοκητὸν καλεῖσθαι, ὅτι πᾶν τὸ Πλήρωμα ηὐδόκησεν· οἱ δὲ ἐκ μόνων τῶν δέκα Αἰώνων τῶν ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς προβεβλῆσθαι αὐτὸν λέγουσι, τὰ προγονικὰ ὀνόματα [7] διασώζοντα· οἱ δὲ ἐκ τῶν δεκαδύο Αἰώνων τῶν [8] ἐκ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ Ζωῆς γενομένων, καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν Ἀνθρώπου ὁμολογεῖ, ὡςανεὶ ἀπόγονον Ἀνθρώπου· οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος εἰς στήριγμα τοῦ Πληρώματος γεγονέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο Χριστὸν λέγεσθαι αὐτὸν τὴν τοῦ πατρὸς, ἀφ' οὗ προεβλήθη, διασώζοντα προσηγορίαν· ἄλλοι δὲ, ὡς εἰπεῖν, τινες ἐξ αὐτῶν ῥαψῳδοὶ τὸν Προπάτορα τῶν ὅλων καὶ προάρχην καὶ προανεννόητον Ἄνθρωπον λέγουσι καλεῖσθαι, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ μέγα καὶ ἀπόκρυφον μυστήριον, ὅτι ἡ ὑπὲρ τὰ ὅλα δύναμις καὶ ἐμπεριεκτικὴ τῶν πάντων Ἄνθρωπος καλεῖται, καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν Ἀνθρώπου ἑαυτὸν λέγειν τὸν Σωτῆρα.

Κεφ. β'. Αὕτη καὶ ἡ τοῦ Κολορβάσου μάταιος τῷ βίῳ καὶ φαντασιώδης διὰ ψοφημάτων κενοφωνία· ἣν ἐὰν καταμάθοι τις, εἴσεται ἐκ τῶν πρὸ αὐτοῦ ὡς φιλοτιμία ἐστὶ τῆς ἑκάστου τούτων ὑπονοίας. Κενοδοξῶν

3. τοὺς *emendarunt Cornarius et Petavius. Libri habent* τῶν.

4. *Scripsi* Αἰώνων *pro eo quod libri tenent* Αἰῶνα.

5. *Sic correxerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* ἐξ.

6. „*Fort.* Ἄνθρωπον" *annotavit Petavius. Cornarius vertit* Quando igitur

dogmatumque consensio, ut eorum secta, tanquam biceps anguis, bipartita videretur. Postea velut caput a serpentis corpore divulsum ac spirans adhuc plurimis exitio fuit, cum maius quiddam non modo aequalibus suis, sed et maioribus, ac doctius afferre crederetur. Ogdoadem enim censet non gradatim unius Aeonis ab altero procreatione propagatam fuisse, sed sex reliquas Aeonas pariter eodemque momento a supremo Parente et eius Ennoea, hoc est Cogitatione manasse, quod iste sic tanquam obstetricis partes egisset affirmat. Quare non ut alii e Verbo Vitaque Hominem et Ecclesiam; aut ex Homine, ut quibusdam placet, et Ecclesia Verbum ac Vitam prodiisse cum suis ille statuit. Sed id alia ratione definiunt: nimirum quod Supremus ille Parens producere cogitavit, hoc vocabulo Patris appellatum. Idem porro Veritas cum esset, Veritatis insignitum nomine. Quamobrem cum ostentare se vellet, idipsum Hominem nominatum. Quos autem cum produceret prius animo reputarat, his Ecclesiae nomen attributum. Homo vero Verbum produxit; atque hic primogenitus est Filius. Sed Verbum Vita consequitur. Atque ita Ogdoas prima conficitur. Porro magna est inter illos de Salvatore dissensio. Quidam enim ex omnibus conflatum existimant, atque ideo Eudocetum, hoc est Beneplacentem, vocatum, quod eum Pleroma omne communi sit affectu ac benevolentia prosecutum. Alii solis ex Aeonibus decem, qui a Verbo Vitaque derivati sunt, profectum illum asserunt, et eorum a quibus ortum accepit retinuisse nomina. Sunt qui duodecim ex Aeonibus, quos Homo ac Vita genuerint, profluxisse sentiant, ob idque Filium Hominis vocari, quasi Hominis nepotem. Nonnullis placet eundem a Christo et Spiritu Sancto ad sustentandum Pleroma genitum, ideoque Christum appellatum, ut eius a quo ortum acceperat nomen obtineret. Alii ex illorum numero, ut ita dicam, rhapsodi summum universorum Parentem ac primum principium primumque cogitatione maius Hominem vocari definiunt, idque magnum illud et arcanum esse mysterium, quod illa ceteris omnibus antecellens omniaque continens Virtus Hominis appellatione censeatur, et idcirco Salvatorem semetipsum Hominis nominare filium.

Eiusmodi est inepta illa ac commentita Colorbasi doctrina, quam magno verborum strepitu atque pompa in homines invexit. Quam si quis diligenter animadvertat, facile ex superioribus haereticis intelliget omnem illam opinionum varietatem ab ambitione arro- Cap. II.

ostendere voluit hoc ipsum Homo dictum est. *Putavit igitur* αὐτὸ *pro* αὐτὸν. 7. τὰ διασώζοντα *habent libri. Sed illud* τὰ *ex* ὀνόματα *accrevisse patet.* 8. ἐκ τῶν τοῦ *ed. Petav., mendose.*

γὰρ ἕκαστος καὶ βουλόμενος ἑαυτῷ συνάγειν ἄθροισμα, ὥστε αὐτῷ ἕπε-
infimus est Ialdabaoth, quem ex imbecillitate ignorantiaque suae matris exortum referunt; hoc est illius supremae quam Prunicum appellant. Hanc enim narrant in aquas delapsam iisque commistam evolare minime potuisse, quod materiae gravitate esset implicita; cui quidem perinde ut aquis inserta recedere ultra nequiverit. Ac cum se violenter efferret atque extendendo niteretur, coelum illud superius effectum est. Ipsa vero ubi defixa semel est, haesit in eodem statu, neque aut attolli sursum aut deorsum descendere potuit, sed in medio immobilis extentaque permansit. Non enim inferiorem in locum vergeret, quo cum ei affine nihil esset; sursum autem emergere non poterat, cum eam materia illa cui se adiunxerat suopte pondere gravaret. Igitur ex huius ignorantia editus Ialdabaoth ad infima subsidit, septemque sibi liberos genuit, qui totidem coelestes orbes condiderunt. At ille quae supra se erant interclusit suorumque subtraxit oculis, ne septem illi quos susceperat quicquam quod se ipso superius esset praeter se unum agnoscerent. Hunc Ialdabaoth Iudaeorum esse deum asserunt. Quod absit ut esse verum putemus. Imo ille ipse est a quo iudicandi sunt, omnipotens deus, Iudaeorum, inquam, ut et Christianorum, adeoque communis omnium deus, non ille nescio quis ex commentitiis istorum nugis depromptus Ialdabaoth. De quo ita narrare pergunt.

Cum, ut dictum est, Ialdabaothis calliditate aditus esset ad superiora praeclusus, septem illi ab eo geniti liberi, sive Aeones, sive dii, sive demum angeli, diversa enim ab illis nomina tribuuntur, ad parentis sui Ialdabaothis imaginem hominem producunt; ne id quidem facile vel celeriter, sed ad eundem modum quo haereses reliquae stolidissime finxerunt. Sic enim pronuntiant: Hominem principio vermis instar humi reptantem sursum erigi aut attolli nequisse, coelestem deinde Matrem, quae et Prunicus appellatur, adversus Ialdabaoth tale quid esse machinatam, ut ei vim illam quam eidem impertierat, auferret, ideoque in hominem, quem illius liberi finxerant, vim ipsius transfundere, ac scintillam quandam, hoc est animam, infundere voluisse. Tunc, inquiunt, pedibus suis homo constitit, atque octo coelestes orbes cogitatione transcendens Patrem illum Iadalbaothe superiorem agnovit ac laudibus extulit. At Iadalbaoth aegre ferens ea quae supra se erant cuiusquam ad notitiam pervenisse, stomachi plenus ad materiae faecem demisit oculos, et Virtutem quandam serpentis specie genuit, quem eius Filium vocant, idem- Cap. IV.

Cap. IV. — 1. διανοουμένη *restituit Petavius pro eo quod vulgo legitur* διανοούμενοι.

2. *Verba* Καὶ τότε ὁ Ἰαλδαβαώθ *Petavius primum adiecit ex cod. Vaticano.*

Καὶ οὕτως, οὗτός φησιν, ἀπεστάλη καὶ ἠπάτησε τὴν Εὔαν. Ἡ δὲ ἤκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐπείσθη ὡς υἱῷ θεοῦ, καὶ πεισθεῖσα ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως.

Κεφ. ε'. Εἶτα ὅταν ταύτην τὴν μωρίαν διηγήσωνται καὶ τὸ γέλοιον τῆς ἐπιτηδεύσεως, ταύτην τὴν τραγικὴν, ὡς εἰπεῖν, ποιησάμενοι [1] ὑπόθεσιν καὶ τὸ κωμικὸν τοῦτο δρᾶμα ἄρχονταί τινα ἡμῖν ὑποφαίνειν εἰς παράστασιν τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων ψευδῶν θεῶν· ὅτι, Οὐχὶ καὶ τὰ ἔγκατα ἡμῶν, δι' ὧν ζῶμεν καὶ τρεφόμεθα, ὀφιοειδεῖ ὑπάρχει; Ἄλλα δὲ ὅσα τοῖς ἠπατημένοις παρεισφέρουσιν εἰς τὴν ἑαυτῶν πλάνην καὶ ληρώδη ὑπόνοιαν. Διὰ τοιαύτην δὲ αἰτίαν, φασὶ, τὸν ὄφιν δοξάζομεν, ὅτι ὁ θεὸς αἴτιος τῆς γνώσεως γεγένηται τῷ πλήθει. Ὁ δὲ Ἰαλ-
pag. 272. δαβαὼθ, φασὶν, οὐκ ἤθελε μνησθῆναι τὴν ἄνω Μητέρα, οὔτε τὸν Πατέρα τοῖς ἀνθρώποις. Ἔπεισε δὲ ὁ ὄφις καὶ γνῶσιν ἤνεγκεν, ἐδίδαξέ τε τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν γυναῖκα τῶν ἄνω μυστηρίων τὸ πᾶν τῆς γνώσεως. Διὸ ὁ Πατὴρ ὀργισθεὶς, τουτέστιν ὁ Ἰαλδαβαὼθ, δι' ἣν ὑπέδειξε τοῖς ἀνθρώποις γνῶσιν κατέβαλεν αὐτὸν ἀπ' οὐρανοῦ. Καὶ ἔνθεν βασιλέα τὸν ὄφιν ἀπ' οὐρανοῦ λέγουσιν οἱ τὴν μερίδα τοῦ ὄφεως, καὶ οὐδὲν ἕτερον κεκτημένοι. Δοξάζουσιν οὖν αὐτὸν διὰ τὴν τοιαύτην, [2] φασὶ, γνῶσιν, καὶ ἄρτον αὐτῷ προσφέρουσιν. Ἔχουσι γὰρ φύσει ὄφιν τρέφοντες ἐν κίστῃ τινὶ, [3] οὗ πρὸς τὴν ὥραν τῶν αὐτῶν μυστηρίων τῷ φωλεῷ προσφέροντες καὶ στιβάζοντες ἐπὶ τραπέζης ἄρτους [4] προσκαλοῦνται τὸν ὄφιν. Ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ φωλεοῦ πρόεισι. Καὶ οὕτως ἀνελθὼν κατὰ τὴν [5] αὐτοῦ φρόνησιν ὁ ὄφις καὶ πανουργίαν ἤδη γινώσκων τὴν αὐτῶν μωρίαν ἄνεισιν ἐπὶ τὴν τράπεζαν καὶ ἐνειλεῖται τοῖς ἄρτοις. Καὶ ταύτην φασὶν εἶναι τελείαν θυσίαν. Ὅθεν καὶ, ὡς ἀπό τινος ἀκήκοα, οὐ μόνον κλῶσι τοὺς ἄρτους, ἐν οἷς ὁ αὐτὸς ὄφις εἰλήθη, καὶ ἐπιδιδόασι τοῖς λαμβάνουσιν, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος ἀσπάζεται τὸν ὄφιν ἐκ στόματος, ἤτοι γοητείᾳ τινὶ ἐπασθέντος τοῦ ὄφεως εἰς ἡμερότητα, ἢ ἐξ ἑτέρας ἐνεργείας διαβόλου πρὸς ἀπάτην τούτων ὑποκοριζομένου τοῦ ζώου. Προσκυνοῦσι δὲ τὸν τοιοῦτον, καὶ εὐχαριστίαν ταύτην ἐπιφημίζουσι, τὴν δι' αὐτοῦ ἐνειληθέντος γεγενημένην, καὶ αὖθις δι' αὐτοῦ, ὥς φασι, τῷ ἄνω Πατρὶ ὕμνον ἀναπέμποντες οὕτως τὰ μυστήρια αὐτῶν ἐπιτελοῦσι.

Κεφ. ς'. Μωρίαν δὲ εἴποι τις ἂν καὶ χλεύης ἔμπλεων, καὶ οὔτε ἀνατροπῆς ἀπὸ θείας γραφῆς ἐπιζητουμένης [1] δεῖ τοῦτο, ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τῷ τὸν νοῦν ἔχοντι ἐρρωμένον κατὰ θεὸν γελοιῶδες δειχθήσεται. Εὐθὺς γὰρ πᾶσα ἡ αὐτῶν κενοφωνία ληρώδης τις εὑρεθήσε-

Cap. V. — 1. ὑπόθεσιν cod. Vatic. Vulgo συμφωνίαν.
2. Correxi φασὶ. Libri habent φησὶ.
3. οὗ — — τῷ φωλεῷ mea est emendatio. Libri enim habent scripturam mendosam ὃν — — τοῦ φωλεοῦ.
4. Suspicor προκαλοῦνται.
5. Verba αὐτοῦ φρόνησιν ὁ ὄφις καὶ

que sic immissus Evam fefellit. Huic enim auscultans illa tanquam dei filio facile ut de arbore scientiae vesceretur in animum induxit.

Deinde postquam aniles istas nugas ac ridicule affectatas fabulas hoc modo proposuerunt, tragicum quendam istiusmodi actum, sive comicum potius, instituentes nonnulla ad fictos illos deos comprobandos in medium afferunt. Nonne, inquiunt, et intestina nostra, quibus vivimus et alimur, serpentis effigiem referunt? Addunt et alia pleraque, quae ad errorum ac deliriorum suorum faciendam fidem sectatoribus suis obiiciunt. Propterea enim, inquiunt, serpentem colimus, quod deus iste multitudini hominum scientiae ac cognitioni caussam attulit. Ialdabaoth supremae Matris ac Parentis memoriam extinctam inter homines esse cupiebat. Sed iis persuasit serpens, ac scientiam importavit, totamque adeo divinorum mysteriorum cognitionem cum viro ac muliere communicavit. Ob id iratus Pater Ialdabaoth, ac derivatam in illos eiusmodi scientiam iniquo animo ferens, e coelo illum deturbat. Inde regem e coelo delapsum serpentem esse dictitant ii qui non alterius se quam serpentis partibus addixerunt. Igitur propter hanc ab illo concessam scientiam venerari se serpentem fatentur, eique panem insuper obiiciunt. Verum quippe serpentem in cista nutriunt, quem mysteriorum tempore stipatis ad eius cavernam in mensa panibus invitant: isque aperto foramine e latebris erumpit, atque ubi pro sua calliditate stoliditatem illorum agnovit, mensam conscendens circum panes implicatur. Hanc absolutissimum esse sacrificium censent. Unde, ut a quodam accepi, non modo panes istos quibus circumvolutus est serpens frangunt ac distribuunt, sed etiam quilibet admoto ore serpentem exosculatur, sive cantionibus quibusdam ad mansuetudinem bestia mollitur, sive alio daemonis artificio innocua redditur. Hanc quidem adorant miseri et eucharistiam vocant, cum appositos panes tortuosis flexibus ac circumvolutionibus ambierit. Ac demum supremum parentem per illum, ut aiunt, celebrantes mysteria sua perficiunt. Cap. V.

Quas quidem ineptias vanissimas esse ludibrioque dignissimas nemo non dixerit, neque vero divinis ex scriptura depromptis testimoniis acrius refellendas, cum per sese cuilibet, qui sit nonnullo ingenio praeditus quam ridiculum sit totum illud negotium demonstrari possit. Nihil enim praeter contemptissimas fabulas ac deliria Cap. VI.

πανουργίαν ἤδη γινώσκων τὴν *desiderantur in edit. princ. Reposuit ea Petavius ex cod. Vaticano.*

Cap. VI. — 1. *Rescripsi* δεῖ *pro* εἰς, *quod omnes tenent libri, sed praeter structuram atque sententiam.*

ται. Εἰ γὰρ Προύνεικόν φασιν εἶναι, πῶς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος οὐ τὸ σαθρὸν τῆς διανοίας αὐτῶν φωραθήσεται, ὡς ἤδη προεῖπον; Πᾶν γὰρ τὸ [2] προυνεικευόμενον ἄχρηστον· εἰ δὲ ἄχρηστον, οὐκ ἐν τοῖς προκριτέοις τακτέον. Καὶ πῶς ἐπαινετὸν εἴη τὸ ἄχρηστον; Πῶς δὲ οὐχὶ μυθῶδες τὸ λέγειν ὅτι ἡ Προύνεικος τὸν Ἰαλδαβαὼθ ἐκένωσε, καὶ ὁ σπινθὴρ εἰς τὰ κάτω κατῆλθεν ἀπὸ τοῦ κενωθέντος; ἐν δὲ τῷ
pag. 273. ἄνω γεγονὼς ἐπέγνω τὸν ἀνώτερον τοῦ κεκενωμένου; καὶ θαῦμα μέγιστον, ὡς ὁ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ὁ ἐλάχιστος σπινθὴρ, ἐπιγινώσκει ὑπὲρ τοὺς πεπλακότας ἀγγέλους. Οἱ γὰρ πεποιηκότες τὸν ἄνθρωπον ἄγγελοι, εἴτουν υἱοὶ τοῦ Ἰαλδαβαὼθ, οὐκ ἐπέγνωσαν τὰ ἐπάνω τοῦ Ἰαλδαβαὼθ· ὁ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένος διὰ τοῦ σπινθῆρος ἐπέγνω. Αὐτοὶ τοίνυν ἑαυτοὺς ἀνατρέπουσι διὰ τῶν ἰδίων δογμάτων, πὴ μὲν τὸν ὄφιν δοξάζοντες, πὴ δὲ ἀπατηλὸν αὐτὸν πρὸς τὴν Εὔαν γεγενημένον φάσκοντες, ἐν τῷ εἰπεῖν, Ἠπάτησε τὴν Εὔαν. Καὶ πὴ μὲν Χριστὸν αὐτὸν καταγγέλλουσι, πὴ δὲ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνωτέρου Ἰαλδαβαὼθ, τοῦ τοὺς υἱοὺς ἀδικήσαντος, ἐν τῷ ἀποκλεῖσαι ἀπ' αὐτῶν τὴν ἄνω γνῶσιν, καὶ τὴν μητέρα ἀθετήσαντος, καὶ τὸν ἄνω πατέρα, εἰς τὸ μὴ ἐᾶν δοξάζειν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένους υἱοὺς τὸν ἀνώτερον αὐτοῦ πατέρα. Πῶς οὖν βασιλεὺς ἐπουράνιος ὁ ὄφις, εἴπερ κατὰ τοῦ πατρὸς ἐγήγερται; πῶς δὲ εἰ τὴν γνῶσιν δίδωσιν, ἐν ἀπάτῃ καταγγέλλεται ἠπατηκέναι τὴν Εὔαν; Ὁ δὲ δι' ἀπάτης γνῶσιν [3] ἐντιθεὶς οὐκέτι γνῶσιν δίδωσιν, ἀλλὰ ἀντὶ γνώσεως ἀγνωσίαν· ὡς καὶ ἀληθές ἐστιν ἰδεῖν ὅτι τοῦτο ἐν αὐτοῖς τελειοῦται. Ἀγνωσίαν γὰρ ἔχοντες γνῶσιν ταύτην νομίζουσιν, ἐν τούτῳ [4] ἀλιτεύοντες, ἐν τῷ τὴν ἑαυτῶν ἀπάτην καὶ ἀγνωσίαν γνῶσιν λέγειν.

Κεφ ζ. Φέρουσι δὲ καὶ ἄλλας μαρτυρίας λέγοντες, ὅτι καὶ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν ὕψωσε προστησάμενος, ἵνα ἴαμα τοῖς ὑπὸ ὄφεως δακνομένοις γένηται. Εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ εἶδος ἰατικὸν τοῦ δήγματος λέγουσι. Πάλιν δὲ καθ' ἑαυτῶν ταῦτα ὁρίζονται. Εἰ γὰρ ὄφεων ἦν τὰ δήγματα, βλαβερὰ δὲ ταῦτα, ἄρα ὁ ὄφις οὐκ ἀγαθόν. Τὸ δὲ ὑψωθὲν ὑπὸ Μωϋσέως τότε διὰ τῆς θεωρίας τὴν ἴασιν ἐποιεῖτο, οὐ διὰ τὴν τοῦ ὄφεως φύσιν, ἀλλὰ τὴν τοῦ θεοῦ εὐδοκίαν δι' ὄφεως ὥσπερ ἀντίδοτον τοῖς τότε δεδηγμένοις ἐργαζομένου. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ δι' ὧν τις ἐβλάβη διὰ τούτων θεραπείας ἔτυχε. Καὶ μή τις

2. *De hoc vocabulo et eius significatu v. Epiphanium ipsum sui interpretem haer. XXV, 4.*

3. ἐντιθεὶς *cod. Vatic.* ἐνθεὶς *reliqui libri.*

4. ἀλιτεύοντες *scripsi pro* ἀληθεύοντες,

continere facile deprehenditur. Nam si Prunicum esse aliquam existimant, quis ex ipso statim vocabulo non animadvertat quam imbecillum ac leve sit quod isti profitentur, ut iam ostendimus. Quicquid enim Prunicum fieri dicitur, id inutile est, adeoque minime inter eximia numerandum. Qui enim laudari potest quod inutile sit! Quam est praeterea stolidum a Prunico exhaustum esse Ialdabaothem, ab eoque scintillam ad infima illa excussam arbitrari! Itemque, qui in sublimi collocatus esset eum agnovisse qui exhausto esset illo superior. Enim vero quale illud miraculum est, ut homo, cui tenuissima quaedam sit aspersa scintilla, maiorem illis ipsis a quibus productus est angelis cognitionem adeptus fuerit? Si quidem auctores isti hominis ac fabricatores angeli, sive Ialdabaothis filii, quae Ialdabaothe superiora erant ignorarunt. Qui autem ab illis formatus est, scintillae beneficio cognovit. Quamobrem suis illi se dogmatibus induunt et evertunt, cum partim serpentem venerari instituant, partim Evam illius fraudulentia deceptam existiment, partim Christum eundem esse velint, partim superioris illius Ialdabaothis filium, qui interclusa coelestium contemplatione summam liberis suis iniuriam imposuit, matrem repudiavit ac contempsit, non minus quam supremum Parentem, quem ab iis quos genuerat coli ac praedicari minime sit passus. Qui vero serpentem convenit coelestem esse regem, cum adversus Parentem insurrexerit? Aut quomodo, si cognitionem impertiat, Evae imposuisse dicitur? Nam qui fraude aliqua scientiam affert, non is scientiam, sed pro ea ignorationem communicat. Quod illis accidere certissima ratione conficitur. Cum enim summa in inscitia versentur, eam nihilominus scientiam esse putant. Qua in re vehementer hallucinantur, dum errorem suum et ignorantiam scientiae appellatione dissimulant.

Sed alia quaedam insuper testimonia proferunt. Veluti Moysen Cap. VII.
aeneum serpentem in deserto sustulisse, palamque proposuisse, ut Num. 21, 8.
illis remedio esset quos serpens momorderat. Hoc enim ipsum praesentem vim contra venenatos morsus habere iactitant. Sed vel illud contra se manifeste pronuntiant. Si enim morsus illi serpentium erant, iidemque perniciosi, consequitur minime bonum esse serpentem. Quod vero tum a Moyse est erectum, sola sui contemplatione medebatur; non utique quod ita serpentis natura ferret, sed quod ita deo visum esset, qui quos serpentes pupugerant, iis per serpentem mali remedium paraverat. Neque vero mirum esse cuiquam oportet, si unde quispiam laesus fuerat, inde medicinam acceperit.

quod libri tenent omnes. Quod idem Cornarius corrigendum putasse videtur, qui errantes convertit. Verbum ἀλιτεύειν Suidas ἁμαρτάνειν interpretatur.

κακιζέτω τὴν τοῦ θεοῦ κτίσιν, ὡς ἄλλοι πλανώμενοι πάλιν λέγουσι. Προετυποῦτο δὲ τοῦτο τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ τὴν αἰτίαν ἣν ἐλθὼν ὁ
pag. 274. κύριος λέγει ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὅτι, Ὡς ὕψωσε Μωϋσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· ὃ καὶ γέγονε. Δίκην γὰρ ὄφεως ἀτιμάσαντες τὸν σωτῆρα ἀπὸ ἐπιβουλῆς τῆς τοῦ ὄφεως ἠδικοῦντο, φημὶ δὲ τοῦ διαβόλου. Καὶ καθάπερ ἐν τῷ ὑψώματι τοῦ ὄφεως ἴασις ἐγίγνετο τοῖς δεδηγμένοις, οὕτως ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ σταυρώσει λύτρα γέγονε ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς ἀπὸ τῶν ἐν ἡμῖν γενομένων δηγμάτων τῆς ἁμαρτίας. Φέρουσι δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ῥητὸν πρὸς μαρτυρίαν οἱ αὐτοὶ λέγοντες ὅτι, Οὐχ ὁρᾷς ὡς εἶπεν ὁ σωτὴρ, Ὃν τρόπον ὕψωσε Μωϋσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ, [1] φασὶ, λέγει ὅτι, Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς [2] ὁ ὄφις, καὶ ἀκέραιοι ὡς [3] περιστεραί. Καὶ τὰ εἰς σύμβολα διδασκαλίας ἐκ θεοῦ καλῶς τεταγμένα οὗτοι εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐπίνοιαν τὴν ἠπατημένην φέρουσιν.

Κεφ. η'. Ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ θεὸς Λόγος, ὁ ἐκ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεννηθεὶς, οὐκ ὄφις, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ὄφεως αὐτὸς ἦλθεν. Ἐὰν δὲ εἴπῃ, Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς ὁ ὄφις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραὶ, δεῖ ἡμᾶς ἐρωτᾶν καὶ γινώσκειν διὰ τί τὰ δύο ταῦτα πρόσωπα ἡμῖν εἰς διδασκαλίαν παρεισήγαγε, τῆς τε περιστερᾶς καὶ τοῦ ὄφεως. Οὐδὲν δὲ ἐν τῷ ὄφει φρόνιμον, πλὴν δύο τούτων, ὅτι ἐν τῷ διώκεσθαι γινώσκων ὅτι ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἡ πᾶσα ζωὴ αὐτοῦ τυγχάνει, καὶ δεδιὼς τὴν ἀνωτέραν πρὸς αὐτὸν εἰρημένην ἀπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τὸν ἄνθρωπον προσταγὴν ὅτι, Φυλάξεις αὐτοῦ κεφαλὴν, αὐτὸς δέ σου πτέρναν, ὅλον τὸ σῶμα ἐνειλήσας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κρύπτει μὲν τὸ κρανίον ἑαυτοῦ, παραδίδωσι δὲ τὸ ἄλλο σῶμα ἐν ὑπερβολῇ πανουργίας. Οὕτω θέλει ἡμᾶς ὁ μονογενὴς θεὸς, ὁ ἐκ Πατρὸς προελθὼν, ἐν καιρῷ διωγμοῦ καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ τὰ πάντα ἡμῶν παραδιδόναι μαχαίρᾳ τε καὶ πυρὶ, φυλάττειν δὲ ἑαυτῶν τὴν κεφαλὴν, τουτέστι Χριστὸν μὴ ἀρνεῖσθαι· ἐπειδήπερ, Κεφαλὴ παντὸς ἀνθρώπου Χριστὸς, κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ θεὸς, κατὰ τὸν ἀπόστολον. Ἕτερον πάλιν ἔχει φρονιμώτατον ὁ ὄφις, ὥς φασιν οἱ φυσιολόγοι περὶ τούτου τοῦ ζώου. Ὅταν γὰρ διψήσας ἀπὸ τοῦ φωλεοῦ προέλθοι ἐπί
pag. 275. τι ὕδωρ ἵνα πίῃ, οὐ συμπαραλαμβάνει τὸν ἰὸν μεθ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ἐν τῷ φωλεῷ καταλιμπάνει, καὶ οὕτως ἐλθὼν λαμβάνει τὸ πόμα τῶν ὑδάτων. Καὶ αὐτοὶ οὖν τοῦτο μιμησώμεθα, ἵνα, ὅταν ἐρχώμεθα ἐπὶ τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, ἢ εἰς εὐχὴν, ἢ εἰς τὰ τοῦ θεοῦ μυστήρια,

Cap. VII. — 1. λέγει, φασί *habet cod. Valic.*

Nec est quod idcirco conditae res a deo vituperentur quod nonnulli rursus incredibili errore faciunt. Illud enim figurae instar Iudaeis in solitudine degentibus ostensum est; ob eam ipsam rationem quam in evangelio dominus expressit. Nimirum: *Sicut exaltavit Moyses* Ioann. 3, 14. *serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis;* quod postea contigit. Nam Iudaei Christum dominum velut serpentem ignominiose tractantes ipsimet serpentis insidiis, hoc est diaboli, vehementer offensi sunt. Sed ut erecto serpente ii qui morsu erant appetiti repente liberati sunt, ita Christo in crucem sublato animae nostrae a peccati morsibus sunt exemptae. Atque hanc ipsam domini sententiam ad erroris sui patrocinium afferunt. Nonne vides, inquiunt, ita pronuntiasse Christum: *Quomodo exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis?* Propterea et alio loco sic praecipit: *Estote prudentes ut serpentes, et simplices sicut colum-* Matth. 10, 16. *bae.* Sic igitur isti quas imagines ac signa coelestem ad doctrinam praeclare deus transtulit, ea ad dogmatum suorum falsitatem asserendam impudenter accommodant.

Siquidem Iesus Christus dominus noster, idemque deus Ver- Cap. VIII. bum, a Patre ante secula omnia sine principio ac tempore ullo genitus, nequaquam est serpens. Procul absit ut ita sentiamus. Sed contra serpentem advenit. Qui si quandoque dixerit: *Estote prudentes ut serpentes, et simplices sicut columbae,* illud interrogare nos ac cognoscere par est, cur illa duo, columbam scilicet ac serpentem, nobis erudiendis proposuerit. Nullum enim in serpente, praeter duplex illud prudentiae specimen apparet, primum quod appetitus ab aliquo, cum in capite vitam omnem suam residere sentiat, velut interdictum illud veritus quod propter hominem deus olim in sese pronuntiavit: *Caput ab ipso custodies, ille a te calcaneum,* toto in caput Gen. 3, 15. complicato corpore, illudque protegens et occultans, summa calliditate reliquum corpus opponit. Sic nos unigena dei Filius a Patre progressus, sive hoste persequente, sive quavis ingruente calamitate, iubet nostra omnia ferro ac flammis exponere, solumque tutari caput, hoc est minime abnegare Christum. Quoniam, *Caput* 1. Cor. 11, 3. *omnis viri est Christus, vir autem mulieris caput est, caput vero Christi deus,* ut apostolus loquitur. Inest vere et alterum in serpente prudentiae genus, ut de eo physiologi testantur. Cum enim e cavea sitiens ad aquam bibendi gratia prorepit, virus secum non effert, sed in latibulo relinquit, itaque ad potum egreditur. Quod quidem nobis imitandum proponitur: ut cum ad sanctam dei ecclesiam orandi gra-

2. ὁ *om. cod. Rhedig.*
3. περιστεραί *codd. Vatic. Rhedig., et edit. Petav.* περιστερά *edit. princ.*

μὴ φέρωμεν μεθ' ἑαυτῶν κακίαν, ἢ ἡδονὴν, ἢ ἔχθραν, ἥ τι ἕτερον ἐν ταῖς διανοίαις [1] αὐτῶν. Ἐπεὶ πῶς ἂν ἔχωμεν δυνατῶς καὶ τὴν περιστερὰν μιμήσασθαι, μὴ ἐκτὸς γενόμενοι κακίας; καί τοί γε τοῦ γένους τῆς περιστερᾶς ἐν πολλοῖς πράγμασιν οὐκ ἐπαινουμένου. Ἀκόλαστον γὰρ γένος περιστερᾶς, καὶ πολυμιξίας μὴ ἀνακοπτόμενον, λάγνον τε καὶ καθ' ὥραν ἡδονῇ προσανακείμενον, πρὸς δὲ τούτοις ἄτονον καὶ βληχρόν. Διὰ δὲ τὸ ἄκακον καὶ μακρόθυμον καὶ ἀμνησίκακον τοῦ ζώου, ἔτι μὴν καὶ διὰ τὸ ἐν εἴδει περιστερᾶς πεφάνθαι τὸ ἅγιον πνεῦμα, μιμήσασθαι ἡμᾶς βούλεται ὁ θεῖος λόγος τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν βούλησιν καὶ τῆς ἀκάκου περιστερᾶς τὴν ἀκακίαν, ὄντας μὲν ἡμᾶς φρονίμους εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. Καὶ λέλυται ἡ τούτων πᾶσα δραματουργία. Εὐθὺς γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὸ πανοῦργον καὶ ἐπίβουλον οὐχ ὁρίζεται περισσοτέρως, ἀλλὰ κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ ὄφεως, λέγων, Φοβοῦμαι δὲ μή πως, ὡς ὁ ὄφις ἠπάτησεν Εὔαν, ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ ἁγνείας Χριστοῦ καὶ δικαιοσύνης. Ὁρᾷς ὡς φθορὰν ἀπέφηνεν ὁ ἀπόστολος καὶ πανουργίαν δεινὴν καὶ ἀπάτην τὰ ὑπὸ τοῦ ὄφεως πρὸς τὴν Εὔαν πεπραγματευμένα, καὶ οὐκ ἐπαινετόν τι παρὰ τοῦ αὐτοῦ γεγενημένον ὑπέδειξε.

Κεφ. ϛ'. Πανταχόθεν τοίνυν φωρατὴ καὶ ἔκδηλος ἡ τούτων ἄνοιά ἐστι παντὶ τῷ βουλομένῳ εἰδέναι τὴν τῆς ἀληθείας διδασκαλίαν καὶ πνεύματος ἁγίου γνῶσιν. Ἵνα δὲ μὴ ἀναλίσκω χρόνον, καὶ ταύτην διασεισάμενος τὴν χαλεπὴν καὶ δύπλουν τοῦ πελάγους ζάλην, ἐπὶ τὰς ἑτέρας θαλαττίους ποντοπορίας τὸ σκάφος ὁπλίσομαι, ἐπιμελῶς τοὺς αὐχένας κρατῶν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ εὐχαῖς ἁγίων, ὅπως παραπλέοντες κατοπτεύσωμεν τῶν ἀγρίων κυμάτων τὴν κύρτωσιν, καὶ τῶν ἐν τοῖς πελάγεσι θηρίων ἰοβόλων τὰς μορφὰς, ἄπληκτοι δὲ ἀπὸ σμυραινώδους ἰοῦ καὶ τρυγόνος καὶ δρακαίνης καὶ καρχαρίου καὶ σκορπαίνης περάσαι, καὶ τοῦ εὐδίου τῆς ἀληθείας λιμένος δι' εὐχῆς καὶ ἱκεσίας ἐπιτυ-
pag. 276. χεῖν δυνηθείημεν· πληρουμένου καὶ ἐν ἡμῖν τοῦ ῥητοῦ, τοῦ, Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν τὰς ἀρετὰς τοῦ κυρίου διηγήσονται. Ἐφ' ἑτέραν τοίνυν ταύτην καθεξῆς τὴν πορείαν ποιήσομαι πρὸς διήγησιν.

ΚΑΤΑ *ΚΑΙΑΝΩΝ,

ὀκτωκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. α'. Καιανοί τινες ὀνομάζονται, ἀπὸ τοῦ Κάϊν εἰληφότες τὴν ἐπωνυμίαν τῆς αἱρέσεως. Οὗτοι γὰρ τὸν Κάϊν ἐπαινοῦσι, καὶ πατέρα ἑαυτῶν τοῦτον τάττουσι, καὶ αὐτοὶ, ὡς εἰπεῖν, ὡς ἀπὸ διαφορᾶς ἐπανα-

Cap. VIII. — 1. *Vulgo* αὐτῶν. *) καϊνῶν (superscr. α) *cod. Rhedig.*

tia vel ad usurpanda dei mysteria convenimus, nullum nobiscum scelus, voluptatem nullam, nullas cum quoquam simultates, nullum denique in animis nostris improbitatis vestigium efferamus. Alioqui quomodo columbam imitabimur, nisi malitiae simus expertes? Quamquam genus illud avium non omni ex parte laudabile sit. Est enim propensius in libidinem, ac coitu frequentius utitur, utpote salacissimum et voluptuosum animal, adde imbecillum et ignavum. Sed quod idem minime malum patiensque sit, nec iniuriae meminerit, tum vero quod columbae specie spiritus sanctus apparuerit, idipsum quod spiritui sancto gratum ac iucundum est, innocentis columbae simplicitatem imitari nos dei Verbum admonuit; ut, quod ad bonum attinet, prudentes et callidi, ad malum vero simplices esse videamur. Qua ratione omnis illorum machinatio dissolvitur. Nam et apostolus veteratoriam calliditatem et malitiam abundantiorem nulli quam diabolo ac serpenti tribuit. *Timeo*, inquit, *ne sicut serpens Hevam se-* 2. Cor. 11, 3.
duxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate et castitate Christi ac iustitia. Vide ut quae contra Hevam a serpente structa sunt corruptelam et nequissimam astutiam ac fraudem apostolus esse pronuntiet, neque laude dignum quicpiam ab illo perpetratum definiat.

Quocirca omni ex parte illorum constringitur ac declaratur Cap. IX.
amentia, si quis veritatis doctrinam ac spiritus sancti scientiam velit percipere. Sed ne tempus ultra conteram, hac velut difficili ac periculosa pelagi tempestate perfunctus, scapham ad alios navigationum cursus expediam: adeo ut fauces ipsas studiose teneam, divina vi ac sanctorum precibus confisus, ut et vehementes irati maris fluctus et venenatarum ibidem bestiarum species praetereundo videamus, nihilque nobis interim muraenarum aut pastinacae aut dracaenae aut carcharii vel scorpaenae virus exitii afferat, ac demum ad felicem veritatis portum precibus et orationibus freti navigium appellamus, ut haec in nobis vera sit scripturae sententia: *Qui navigant mare* Psalm. 107, 24.
virtutes domini narrant. Ad alteram igitur deinceps, ut id narrare possimus, profectionem accingimur.

ADVERSUS CAIANOS,
quae est haeresis XVIII., sive XXXVIII.

Qui Caiani vulgo nuncupantur haeresin suam a Caino cognomi- Cap. I.
narunt. Hunc enim praedicant, et parentem suum appellant. Qui quidem variis, ut ita dicam, e fluctuum iactationibus emersi eodem

στάσεως κυμάτων ὁρμώμενοι, οὐκ ἔξω ὄντες τοῦ αὐτοῦ σάλου καὶ κλύδωνος, καὶ ὡς ἀπὸ ἀκανθώδους ὕλης προκύψαντες, οὐκ ἐκτὸς ὄντες παντὸς τοῦ σωροῦ τῶν ἀκανθῶν, εἰ καὶ διάφοροι τῷ ὀνόματί εἰσιν. Ἀκανθῶν μὲν γὰρ γένη πολλὰ, ὅμως ἐν ἅπασι τὸ μοχθηρὸν τῆς κεντρώδους ἀδικίας ἔνεστιν.

Οὗτοί φασι τὸν Κάϊν ἐκ τῆς ἰσχυροτέρας Δυνάμεως ὑπάρχειν, καὶ τῆς ἄνωθεν αὐθεντίας· ἀλλὰ καὶ τὸν Ἡσαῦ καὶ τοὺς περὶ Κορὲ καὶ τοὺς Σοδομίτας, τὸν δὲ Ἄβελ ἐκ τῆς ἀσθενεστέρας Δυνάμεως ὑπάρχειν. Εἶναι δὲ τούτους πάντας παρ' αὐτοῖς ἐπαινετοὺς, καὶ τῆς αὐτῶν συγγενείας. Σεμνύνονται γὰρ συγγενεῖς εἶναι τοῦ Κάϊν καὶ τῶν Σοδομιτῶν καὶ Ἡσαῦ καὶ Κορέ. Καὶ οὗτοι, φασὶν, εἰσὶ τῆς τελείας καὶ ἄνωθεν γνώσεως. Διὸ καὶ τὸν ποιητὴν τοῦ κόσμου τούτου φασὶ περὶ τὴν τούτων ἀνάλυσιν ἐσχολακότα μηδὲν δεδυνῆσθαι αὐτοὺς βλάψαι. Ἐκρύβησαν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μετεβλήθησαν εἰς τὸν ἄνω Αἰῶνα, ὅθεν ἡ ἰσχυρὰ Δύναμίς ἐστι. Πρὸς ἑαυτὴν γὰρ ἡ Σοφία αὐτοὺς προσήκατο, ἰδίους αὐτῆς ὄντας. Καὶ τούτου ἕνεκεν τὸν Ἰούδαν ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτων ἐπεγνωκέναι λέγουσι. Καὶ τοῦτον γὰρ θέλουσιν εἶναι συγγενῆ ἑαυτῶν, καὶ ἐν γνώσεως ὑπερβολῇ τὸν αὐτὸν καταριθμοῦσιν· ὥςτε καὶ συνταγμάτιόν τι φέρειν ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ, ὃ Εὐαγγέλιον τοῦ Ἰούδα καλοῦσι. Καὶ ἄλλα τινὰ συγγράμματα ὡςαύτως πλάττονται κατὰ τῆς Ὑστέρας· ἣν Ὑστέραν τὸν ποιητὴν τοῦ παντὸς τούτου τοῦ κύτους, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καλοῦσι. Καὶ μὴ δύνασθαί φασι σωθήσεσθαί τινα, ἐὰν μὴ διὰ πάντων χωρήσωσιν, ὡς καὶ ὁ Καρποκράτης λέγει.

Κεφ. β'. pag. 277. Ἕκαστος γὰρ αὐτῶν δῆθεν διὰ τὴν πρόφασιν ταύτην ἄρρητα ποιῶν καὶ αἰσχρουργίας ἐπιτελῶν, ἁμαρτήματά τε ὅσα ἐστὶ πράττων, ἐπικαλεῖται ἑκάστου ἀγγέλου ὄνομα, τῶν τε ὄντων ἀγγέλων καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς πλαστῶς λεγομένων· καὶ [1] ἑκάστῳ τούτων προςάπτει τι ἔργον ἀθέμιτον τῶν ἐπὶ γῆς ἁμαρτημάτων, τὴν πρᾶξιν τὴν ἰδίαν εἰς ὄνομα οὗ βούλεται ἀγγέλου ἀναφέρων. Καὶ ὅταν ταῦτα πράττωσιν, οὕτως λέγουσιν· Ὁ δεῖνα ἄγγελε, καταχρῶμαί σου τὸ ἔργον· ἡ δεῖνα ἐξουσία, πράττω σου τὴν πρᾶξιν. Καὶ τοῦτο γνῶσις τελεία παρ' αὐτοῖς ἐστι λεγόμενον· ἐπειδὴ ἀδεῶς ἐπὶ τὰς ἀθεμίτους αἰσχρουργίας ὁρμᾶν τὰς προφάσεις δῆθεν ἀπὸ τῶν προειρημένων μητέρων καὶ πατέρων αἱρέσεων, φημὶ Γνωστικῶν καὶ Νικολάου καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς Οὐαλεντίνου τε καὶ Καρποκράτους, ἐσχήκασιν. Ἤδη δὲ διῆλθεν εἰς ἡμᾶς καὶ βιβλίον ἐν ᾧ ἐπλάσαντο ῥήματά τινα ἀνομίας πλήρη, οὕτως περιέχον ὅτι, φησὶν, Οὗτός ἐστιν ὁ ἄγγελος ὁ τὸν Μωϋσέα τυφλώσας, καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι οἱ τοὺς περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν κρύψαντες καὶ μεταστήσαντες.

Cap. II. — 1. *Cum Petavio scripsi* ἑκάστῳ *pro* ἑκάστου, *quod libri habent.*

in salo et procella conflictantur, ac velut e spinis et vepribus eminentes, unaque spinarum strue comprehensi, duntaxat appellationibus discrepant. Nam spinarum genera quidem varia sunt, sed ad pungendum nocendumque vis omnibus est communiter insita.

Igitur Caiani a potentiori quadam Virtute ac coelesti auctoritate derivatam esse Cainum praedicant, nec non et Esau et Core, cum suis, itemque Sodomitas: Abelum vero ab imbecilliori Virtute prodiisse. Quamobrem illos omnes opinione sua laudandos ac secum necessitudine coniunctos asserunt, deque eiusmodi cum Caino et Sodomitis, Core et Esau cognatione gloriantur ac perfectae sublimiorique scientiae illos adscribunt. Ideo mundi huius opificem putant, cum ad eos funditus profligandos incumberet, nocere nihil omnino potuisse. Ab eo quippe semetipsos occultasse, et in supremum Aeonem esse commutatos, unde et fortissima illa Virtus est. Nam illos ad sese Sapientia utpote necessarios admisit. Propterea Iudam accurate omnia haec habuisse perspecta memorant. Quem quidem affinem esse suum iactitant, eidemque excellentem quandam vim cognitionis attribuunt. Quod usque adeo defendunt, ut eius nomine inscriptum opusculum circumferant quod Iudae Evangelium appellant. Cui similia quaedam alia volumina confinxerunt adversus Hysteram, hoc est Uterum, quo nomine totius universitatis, hoc est coeli terraeque, fabricatorem vocant. Negant porro liberari ullos posse nisi per omnia transierint, quod et Carpocrates opinatus est.

Quilibet enim illorum huius occasione dogmatis nefaria quaedam perpetrans, seque execrandis in libidinibus ac flagitiorum genere omni volutans, singulorum angelorum nomina tam verorum quam ab ipsis confictorum invocans unicuique detestandum aliquod facinus ac peccatum velut praecipuum attribuit, ac qualecumque suum scelus certi cuiuspiam ad angeli nomen accommodat. Cum enim eiusmodi aliquid committunt, hunc in modum praefari solent. O angele N., tuum opus exerceo! O potestas N., actione tua fungor! Atque istud ipsum est, quod ab illis absoluta cognitio dicitur; quandoquidem ut per nefanda omnia flagitiorum genera impune ita volitarent, a superioribus sectis velut parentibus, Gnosticorum videlicet ac Nicolai, iisque affinium Valentinianorum et Carpocratis dogmatibus occasionem nacti sunt. Pervenit et ad nos certus eorundem liber, in quo sceleratissima nescio quae vocabula commenti sunt, in eoque ista continentur: Hic est, inquit, angelus, a quo Moyses excaecatus est, iique angeli sunt, a quibus Core, Dathan et Abiron, eorumque sectatores, occultati subtractique sunt. Quin alium insuper Cap. II.

Πάλιν δὲ ἄλλο συνταγμάτιον πλάττουσιν ἐξ ὀνόματος Παύλου τοῦ ἀποστόλου, ἀρρητουργίας ἔμπλεων, ᾧ καὶ οἱ Γνωστικοὶ λεγόμενοι χρῶνται, ὃ Ἀναβατικὸν Παύλου καλοῦσι, τὴν πρόφασιν εὑρόντες ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν ἀπόστολον ἀναβεβηκέναι ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ἀκηκοέναι ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Καὶ ταῦτα, φασὶν, ἐστὶ τὰ ἄρρητα ῥήματα. Διδάσκουσι δὲ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τοὺς πονηροὺς τιμῶντες, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀπαγορεύοντες. Εἶναι γὰρ, ὡς προεῖπον, τὸν Κάϊν τῆς ἰσχυροτέρας Δυνάμεως, καὶ τὸν Ἄβελ τῆς ἀσθενεστέρας. Ταύτας δὲ τὰς Δυνάμεις τῇ Εὔᾳ προςπλακείσας γεγεννηκέναι τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ, καὶ εἶναι τῆς μὲν τὸν Κάϊν, τῆς δὲ τὸν Ἄβελ. Εἶναι δὲ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ἀπὸ τῶν τοιούτων δυνάμεων, εἴτουν ἀγγέλων, γεγεννημένους, καὶ τοὺς γεννηθέντας παῖδας, Κάϊν τέ φημι καὶ Ἄβελ, ἐρίσαι πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὸν γεγεννημένον ἀπὸ ἰσχυρᾶς Δυνάμεως πεφονευκέναι τὸν ἀπὸ τῆς ἥττονος Δυνάμεως καὶ ἀσθενεστέρας.

Κεφ. γ'. pag. 278. Τὰ δὲ αὐτὰ μυθώδη καὶ οὗτοι παραπλέκουσι τῇ περὶ τῶν αὐτῶν δηλητηρίων τῆς ἀγνωσίας δόσει, τοῖς πειθομένοις ἐπιβουλεύοντες· ὅτι δεῖ πάντα ἄνθρωπον ἑαυτῷ ἑλέσθαι τὴν ἰσχυροτέραν Δύναμιν, καὶ τῆς ἥττονος καὶ ἀτόνου ἀποχωρίζεσθαι, τουτέστι τῆς τὸν οὐρανὸν ποιησάσης, καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν κόσμον, καὶ ὑπερβαίνειν εἰς τὰ ἀνώτατα διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σταυρώσεως. Διὰ γὰρ τοῦτο, [1] φασὶν, ἦλθεν ἄνωθεν, ἵνα ἐν αὐτῷ ἐπιτελεσθῇ Δύναμις ἰσχυρὰ, κατὰ τῆς ἀσθενεστέρας Δυνάμεως τὸ τρόπαιον λαβοῦσα καὶ τὸ σῶμα παραδοῦσα. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἄλλοι δὲ ἄλλα. Οἱ μὲν γὰρ λέγουσι διὰ τὸ πονηρὸν εἶναι τὸν Χριστὸν παραδοθῆναι αὐτὸν ὑπὸ [2] τοῦ Ἰούδα, βουλόμενον διαστρέφειν τὰ κατὰ τὸν νόμον. Ἐπαινοῦσι γὰρ τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἰούδαν, ὡς ἔφην, καὶ λέγουσι, Τούτου ἕνεκεν παραδέδωκεν αὐτὸν, ἐπειδὴ ἠβούλετο καταλύειν τὰ καλῶς δεδιδαγμένα. Ἄλλοι δὲ [3] τῶν αὐτῶν οὐχί φασιν, ἀλλὰ ἀγαθὸν αὐτὸν ὄντα παρέδωκε κατὰ τὴν ἐπουράνιον γνῶσιν. Ἔγνωσαν γὰρ, [4] φασὶν, οἱ Ἄρχοντες ὅτι, ἐὰν ὁ Χριστὸς παραδοθῇ σταυρῷ, κενοῦται αὐτῶν ἡ [5] ἀσθενὴς δύναμις· καὶ τοῦτο, [6] φασὶ, γνοὺς ὁ Ἰούδας ἔσπευσε καὶ πάντα ἐκίνησεν, ὥςτε παραδοῦναι αὐτὸν, ἀγαθὸν ἔργον ποιήσας ἡμῖν εἰς σωτηρίαν. Καὶ δεῖ ἡμᾶς ἐπαινεῖν, καὶ ἀποδιδόναι αὐτῷ τὸν ἔπαινον, ὅτι δι' αὐτοῦ κατεσκευάσθη ἡμῖν ἡ τοῦ σταυροῦ σωτηρία, καὶ ἡ διὰ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τῶν ἄνω ἀποκάλυψις. Κατὰ πάντα δὲ τρόπον οὗτοι ἠπάτηνται, οὐκ ἀγαθόν τινα τιμῶντες ἢ ἐπαινοῦντες· δῆλον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ διαβόλου αὐτοῖς ταῦτα ὑπέσπαρται, τὰ τῆς ἀγνοίας λέγω καὶ ἀπάτης. Πληροῦται δὲ ἐπ' αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον, Οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ καλὸν

Cap. III. — 1. φασὶν *rescripsi pro* φησὶν, *quod libri habent.* 2. τοῦ *Petavius ex cod. Vatic. adiecit.* 3. τῶν *uncinis notavit Petavius.*

Pauli apostoli nomine libellum excogitarunt praepostera libidine refertum, quem et ii quos Gnosticos vocant adhibere solent, quod Pauli Anabaticum vocant; cuius suppositii operis ansam ex eo ceperunt, quod apostolus ipse testetur se in tertium usque conscendisse coelum, et arcana ibidem audisse verba, quae non licet homini loqui. 2.Cor.12,4.
Haec autem, inquiunt, arcana illa verba sunt. Quae quidem omnia, iisque similia, ita quemadmodum monuimus docent: ut et malis honorem habeant et bonos repudient. Nam Cainum fortioris cuiusdam esse Virtutis, et Abelum infirmioris sentiunt. Quas ipsas Virtutes cum Eva congressas utrumque genuisse sic affirmant ut alterius Abelus sit, Cainus alterius. Quin Adamum atque Evam iisdem a Virtutibus, sive angelis, originem traxisse, quosque genuere postea liberos, Cainum inquam et Abelum, secum invicem rixatos esse, et qui fortiori ab Virtute propagatus fuerat inferioris imbecilliorisque sobolem occidisse.

Haec omnia mendaciorum portenta in tradendis pestiferis ignorantiae suae mysteriis ad sectatorum perniciem aspergunt, idque admonent, debere quemlibet fortiorem sibi adoptare Virtutem, atque ab inferiori et imbecilliori secerni, ea videlicet quae et coelum et carnem et mundum fabricaverit, sicque ad superiora per Christi evolare supplicium. Hanc enim fuisse caussam volunt cur e coelo delapsus sit, nimirum ut fortis in ipso solidiorque Virtus perficeretur, ac de infirmiore triumphum referret corpusque traderet. Haec nonnulli ex ipsis, alii vero alia praedicant. Quidam enim Christum, quod malus esset ac legis instituta violare auderet, a Iuda proditum existimant. Cainum enim, ut diximus, Iudamque venerantur; eiusque rei gratia, inquiunt, illum prodidit, quod praeclare tradita antiquare vellet. Alii vero aliter sentiunt, ut tametsi bonus esset, ex coelesti quadam cognitione sit proditus. Norant enim, aiunt, Principes, si Christus in crucem tolleretur, ipsorum exhaustum iri potentiam omnem; quod cum Iudas non ignoraret, maturavit omnemque lapidem movit ut eum Iudaeis traderet. Qua in re egregie saluti nostrae consuluit. Ac propterea laudibus eum remunerari nos oportet, cuius opera crucis nobis salus est illa comparata, nec non coelestium rerum eadem ex occasione communicata cognitio. Sed cum isti minime bonum aliquem honore ac laude prosequantur, toto coelo, quod aiunt, aberrant. Neque obscurum illud est, haec ignorantiae fraudisque semina ipsis a diabolo aspersa fuisse. In quibus illud est e scriptura perfectum: *Vae qui dicunt bonum malum, et ma-* Isai. 5, 20. Cap. III.

4. *Libri habent* φησὶν.
5. ἀσθενὴς *uncinis notavit Petavius.*
6. *Libri habent* φησί.

πονηρὸν, καὶ τὸ πονηρὸν ἀγαθὸν, οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος, οἱ λέγοντες τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ. Πάντη γὰρ ἐκφωνεῖ παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη τοῦ Κάϊν τὴν ἀσέβειαν ἐπικηρυκευομένη. Οὗτοι δὲ τοῦ σκότους ὄντες ἐρασταὶ καὶ τῶν κακοποιῶν μιμηταὶ τὸν Ἄβελ μισοῦσι, τὸν δὲ Κάϊν ἀγαπῶσι, καὶ τῷ Ἰούδᾳ τὸν ἔπαινον διδόασι· φθοριμαίαν δὲ γνῶσιν ἔχουσι, δύο τάττοντες Δυνάμεις, ἀσθενεστέραν τε καὶ δυνατωτέραν, ἀντιμαχομένας δὲ πρὸς
pag. 279. ἀλλήλας, ποιούσας δὲ ἐν τῷ κόσμῳ οὐ γνώμης ἀλλοίωσιν, ἀλλὰ τῶν γεγενημένων τοὺς μὲν κατὰ φύσιν ἀπὸ κακίας τὴν οὐσίαν ἔχειν, τοὺς δὲ ἀπὸ ἀγαθότητος. Οὐδένα δὲ κατὰ γνώμην ἀγαθὸν ἢ φαῦλον λέγουσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν.

Κεφ. δ'. Καὶ πρῶτον ἴδωμεν περὶ τοῦ Κάϊν ὡς ἡ μὲν παλαιὰ διαθήκη φησὶν, Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς, ἥτις ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἐκ τῆς χειρός σου· καὶ πάλιν, Ἐπικατάρατος σὺ ἐν τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἔσῃ στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς. Συνῳδὰ δὲ τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τούτου λέγει, ὅτε Ἰουδαῖοι ἔλεγον, Ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν θεόν· ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Ὑμεῖς υἱοί ἐστε τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου, ὅτι ψεύστης ἐστὶν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν· ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔμεινεν· ὅταν λαλεῖ, τὸ ψεῦδος ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. Ὅθεν καὶ αἱ ἄλλαι αἱρέσεις ἀκούουσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο πατέρα μὲν τῶν Ἰουδαίων φάσκουσιν εἶναι τὸν διάβολον, ἔχειν τε πατέρα ἄλλον καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα πάλιν πατέρα. Ἀλλὰ ἀθυρογλώττως φθέγγονται, τὴν διάνοιαν τυφλώττοντες. Καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν πάντων δεσπότην θεὸν Ἰουδαίων τε καὶ Χριστιανῶν καὶ πάντων τὴν συγγένειαν [1] ἐκείνῳ ἀνάγουσι, τοῦτον πατέρα τοῦ ἐκείνου πατρὸς εἶναι λέγοντες, τὸν νομοθετήσαντα διὰ Μωϋσέως καὶ τοσαῦτα θαυμάσια πεποιηκότα. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, ὦ [2] ἀγαπητοί. Αὐτὸς γὰρ εὐθύς φησιν ὁ κύριος, ἐν ἅπασιν ἡμῶν τὴν ἐπιμέλειαν ποιούμενος, ἵνα μὴ ἐν παρεκβάσει γενώμεθα τοῦ προκειμένου, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων σοφιζόμενοι καὶ διανοούμενοι [3] ὅτι λέγει πατέρα [4] αὐτῶν εἶναι τὸν διάβολον, [5] Ἰούδαν, ὃν καὶ Σατανᾶν κέκληκε, καὶ διάβολον λέγων πρὸς τοὺς μαθητὰς, Οὐχὶ τοὺς δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην; καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολος· οὐχὶ διάβολος λέγων φύσει, ἀλλὰ κατὰ γνώμην. Πάλιν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Πάτερ, κύριε οὐρανοῦ καὶ γῆς, τήρησον τούτους οὓς δέδωκάς μοι· ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐφύλαξα αὐτοὺς, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Πάλιν ἄλλοτε λέγει ὅτι, Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι κατὰ τὸ γεγραμμένον περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ δι' οὗ παραδοθήσεται·
pag. 280. συνέφερε γὰρ αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἄρα γοῦν ἐξάπαν-

Cap. IV. — 1. ἐκείνου *correxit Petavius.*

lum bonum, qui ponunt tenebras lucem, et lucem tenebras, qui dicunt dulce amarum, et amarum dulce. Nam in veteri et novo testamento Caini impietas aperta ac clara voce praedicatur. Illi autem tenebrarum amatores ac maleficorum imitatores Abelum oderunt, et Cainum amant, et Iudam praeconio suo celebrant. Sed et perniciosissime sentiunt, dum Virtutem duplicem constituunt, imbecillam et firmiorem, quae secum invicem dissideant, ac non voluntatum in mundo varietatem inferant, sed illud perficiant, ut qui in lucem prodeunt, alii primam a malo naturae originem, alii a bono derivatam accipiant. Neminem enim illi ex animi deliberatione bonum esse vel malum, sed natura ipsa definiunt.

Sed de Caino primum quid vetere in testamento scriptum sit in- Cap. IV.
spiciamus. *Maledictus,* inquit, *eris a terra, quae aperuit os suum* Gen. 4, 11.
et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, erisque gemens et tremens super terram. Quibus ea consentiunt, quae de eodem dominus in evangelio loquitur, cum Iudaei dixissent, *Patrem habemus deum.*
Sic enim dominus occurrit: *Vos filii estis patris vestri diaboli, quo-* Ioann. 8, 41, 44.
niam mendax est, quoniam pater eius mendax est: ille homicida fuit ab initio, et in veritate non stetit. Cum loquitur, mendacium ex proprio loquitur, quoniam et pater eius mendax erat. Ex quo et haereses aliae cum hanc vocem audiunt, Iudaeorum patrem diabolum esse dicunt, cui et alius sit pater, huicque itidem alius. Sed excaecata mente effrenataque lingua ista iactitant. Siquidem ad universorum dominum ac Iudaeorum et Christianorum, adeoque omnium deum illius cognationem referunt, eumque patrem esse parentis illius putant qui Moysi legem praescripserit, ac tam multa prodigia patraverit. Sed longe se res aliter habet, o carissime! Nam subinde dominus nostri in omnibus curam gerens, ne pro aliis alia subdole fingeremus, aut illorum patrem revera existimaremus esse diabolum,
ita discipulos suos alloquitur: *Nonne duodecim vos elegi, et unus ex* Ioann. 6, 70.
vobis diabolus est? non cum natura, sed animo diabolum esse signi-
ficans. Iterum alio in loco: *Pater domine coeli ac terrae, serva eos* Ioann. 17, 11.
quos dedisti mihi. Cum eram cum ipsis, servabam eos, et nemo ex
illis periit, nisi filius perditionis. Alias item: *Oportet filium hominis* Matth. 26, 24.
tradi, sicut scriptum est de eo: Vae autem et per quem tradetur; bonum enim erat ei, si natus non fuisset homo ille etc. Hoc igitur manifeste

2. ἀγαπητοί cod. Vatic. ἀγαπητέ reliqui libri.

3. ὅτι particulam, quae necessaria est, repetivi ex finali syllaba c. διανοούμενοι.

4. ἑαυτῶν edit. princ.

5. Verba Ἰούδαν, ὃν καὶ Σατανᾶν κέκληκε, καὶ διάβολον adieci ex cod. Vatic., desiderantur in reliquis.

τος ἔγνωμεν ὡς περὶ τοῦ Ἰούδα ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται, καὶ ᾧ τις πείθεται, τοῦτον πατέρα ἔσχηκε καὶ ἀρχηγὸν τῆς αὐτοῦ πειθοῦς. Φησὶν οὖν ὁ κύριος, Ὑμεῖς υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ, ἐπειδὴ ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ τῷ Ἰούδᾳ ἐπείσθησαν, καθάπερ ἀπὸ θεοῦ ἐκκλίνασα ἡ Εὔα τῷ ὄφει ἐξ ἀρχῆς ἐπείσθη· ἔπειτα ὅτι καὶ ψεύστης ἦν οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ κλέπτης, κατὰ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰρημένον. Διὸ καὶ αὐτῷ παρέδωκε τὸ γλωσσόκομον, ἵνα ἀναπολόγητος ᾖ, διὰ φιλαργυρίαν τὸν ἴδιον δεσπότην παραδοὺς εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. Τίς οὖν ὁ τούτου πατὴρ, ὁ πρὸ αὐτοῦ ψεύστης ὑπάρχων, ἀλλ' ἢ ὁ Κάϊν, οὗ μιμητὴς ὁ Ἰούδας; [6] Ἐκεῖ γὰρ ψευσάμενος τῷ ἀδελφῷ ὡς ἐν φιλαδελφίᾳ ἠπάτησε, καὶ παρέπεισε διὰ τοῦ ψεύδους, καὶ ἐξαγαγὼν αὐτὸν ἐν τῷ πεδίῳ ἐπάρας τὴν χεῖρα ἀπέκτεινεν. Οὕτω καὶ ὁ Ἰούδας, Τί θέλετέ μοι, φησὶ, δοῦναι, καὶ ἐγὼ αὐτὸν παραδώσω ὑμῖν; καὶ, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι, κρατήσατε αὐτόν· καὶ ἐλθὼν ὁ προδότης, Χαῖρε [7] Ῥαββὶ, ἔλεγε, τοῖς χείλεσι τιμῶν, καρδίαν δὲ πόρρω ἀπέχουσαν θεοῦ κεκτημένος.

Κεφ. ε'. Ἄρα γοῦν οὗτος ὁ Ἰούδας πατὴρ αὐτῶν γενόμενος, κατὰ τὴν ἀρνησιθεΐαν καὶ προδοσίαν Σατανᾶς ὑπάρξας καὶ διάβολος, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ, υἱὸς γεγένηται οὗτος τοῦ Κάϊν κατὰ μίμησιν τοῦ ἀνθρωποκτόνου καὶ ψεύστου· ἐπειδὴ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρὸ αὐτοῦ ψεύστης ἦν, οὐχ ὁ Ἀδὰμ, ἀλλ' ὁ διάβολος, οὗ τὴν μίμησιν ἔσχεν ἐν τῇ ἀδελφοκτονίᾳ, μίσει καὶ τῷ ψεύδει καὶ πρὸς θεὸν ἀντιλογίᾳ, τῷ λέγειν, Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου; οὐκ οἶδα ποῦ ἐστιν. Οὕτω καὶ ὁ διάβολος τῷ κυρίῳ φησὶ, Μὴ δωρεὰν σέβεται Ἰὼβ τὸν θεόν; Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ὁ διάβολος τῷ ψεύδει ἀπατᾷ τὴν Εὔαν καὶ τὸν Ἀδὰμ, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων λέγων, καὶ φιλίαν προσποιητὴν ἐνδεικνύμενος, ὅτι, Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, καὶ οὐκ ἀποθανεῖσθε, τοῦτον μιμούμενος ὁ Κάϊν προσχήματι φιλαδελφίας ἠπάτα τὸν ἀδελφὸν, λέγων, Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης εἶπεν, Ὁ μισῶν
pag. 281. τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὗτος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Κάϊν ἐστὶν, ὅτι ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Καὶ διὰ τί αὐτὸν ἀπέκτεινεν; ὅτι ἦν πονηρὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἐζήλωσε τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὅτι ἦν καλά. Οὕτω καὶ οὗτοι μᾶλλον φθονοῦντες τῷ Ἄβελ, τῷ καλὰ ἔχοντι ἔργα, τὸν δὲ Κάϊν τιμῶντες, πῶς οὐκ ἐλέγχονται διαρρήδην τοῦ σωτῆρος λέγοντος καὶ ἀπότομον ἀπόφασιν ὁρίζοντος αὐτοῖς, ὅτι, Ζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης πᾶν αἷμα δίκαιον [1] ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐκκεχυμένον ἕως Ζαχαρίου τοῦ προφήτου, οὗ ἀπεκτείνατε μέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τὰ ἑξῆς.

6. *Repone* Ἐκεῖνος *pro* Ἐκεῖ. *Neque aliter convertit uterque interpres Latinus.*

7. Ῥαββὴ *vulgo legitur.*

CAP. V. — 1. *Verba* ἀπὸ Ἄβελ τοῦ

cognovimus de Iuda intellexisse cum Iudaeis loqueretur. A quo enim quisque superatus est, huius et servus est, ac cuicumque aliquis obsequitur, hunc et patris loco habet, et obsequii sui auctorem agnoscit. Quare ideo iisce verbis dominus utitur: *Vos filii patris* Ioann. 8, 44. *vestri diaboli estis,* quod Iudae Christi loco paruerint, quemadmodum olim Eva a domino desciscens serpenti morem gessit. Deinde quod non solum mendax esset, sed etiam fur, pro eo atque in evangelio legimus. Ob id loculos ei commisit, ne quam haberet excusationem, cum dominum suum in hominum manus ob pecuniae cupiditatem traderet. Ecquis vero pater huius alius est, qui ante ipsum mendax fuerit praeter Cainum, quem Iudas imitatus est? ille siquidem fratri suo mentitus caritatis eum fraternae specie decepit ac mendacio persuasit, et in agrum seducens violentas illi manus attulit. Neque aliter Iudas: *Quid vultis,* inquit, *mihi dare, et ego eum vobis tradam?* Matth. 26, 15. Et: *Quemcumque osculatus fuero ipse est, tenete eum.* Et accedens Marc. 14, 44. traditor: *Ave,* inquit, *Rabbi, labiis honorans, cor autem longe a deo* Matth. 15, 8. *remotum gerens.*

Quamobrem hic ille Iudas est qui et ipsorum parens, et pro- Cap. V. pter numinis abnegationem proditionemque Satanas fuit, et voluntate, non natura diabolus, idemque mendacis ac parricidae Caini duntaxat imitatione filius; quandoquidem et eius ante ipsum pater mendax fuit non Adamus, sed diabolus, cuius in fraterna caede odioque ac mendacio similitudinem expressit, tum eo insuper ipso quod his verbis deo contradixit: *Num custos fratris mei ego sum?* Gen. 4, 9. *Ubi sit nescio.* Quemadmodum et domino diabolus loquitur: *Num* Iob. 1, 9. *frustra Iob timet deum?* Quoniam enim diabolus ipse Evam et Adamum suis in fraudem mendaciis impulerat, falsa pro veris usurpans ac simulatam amicitiam obiiciens, *Eritis,* inquit, *sicut dii, et non* Gen. 3, 5. *moriemini,* hunc aemulatus Cain fraternae caritatis specie germanum decepit, his verbis alloquens: *Egrediamur foras.* Idcirco beatus Ioannes ita scribit: *Qui odit fratrem suum, hic in caritate perfectus* 1. Ioann. 3, 12. *non est, sed est ex Caino, quoniam fratrem suum occidit. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, et illius invidit operibus, quoniam erant honesta.* Sic illi Abelo potius invidentes, cuius opera mala sunt, et Cainum honorantes, nonne vel ipsis salvatoris verbis manifeste redarguuntur, qui in illos severe ac sine ulla tergiversatione sententiam hoc modo tulit: *Requiretur ab hac ge-* Matth. 23, 35. *neratione sanguis omnis iustus, qui effusus est ab Abel iusto a principio usque ad Zachariam prophetam, quem occidistis inter templum et altare etc.*

δικαίου τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς, *quae desiderantur in edit. princ., Petavius adiecit ex cod. Vaticano.*

Κεφ. ϛ΄. Οὐκ ἄρα τοίνυν, ὡς οὗτοί φασι, διὰ γνῶσιν ὁ Ἰούδας παρέδωκε τὸν σωτῆρα, οὐδὲ Ἰουδαῖοι μισθὸν ἔχουσι σταυρώσαντες τὸν κύριον, καί τοί γε διὰ σταυροῦ ἐχόντων ἡμῶν τὴν σωτηρίαν. Οὔτε γὰρ παρέδωκεν αὐτὸν ὁ Ἰούδας ἵνα γένηται ἡμῖν εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ κατὰ ἄγνοιαν, ζῆλον καὶ φιλαργυρίαν ἀρνησιθεΐας. Κἄν τε γὰρ εἴπῃ ἡ γραφὴ τὸν Χριστὸν μέλλοντα σταυρῷ παραδίδοσθαι, ἢ κἂν εἴποι ἡ θεία γραφὴ τὰ ἐπ᾽ [1] ἐσχάτων ἡμερῶν δι᾽ ἡμῶν ἐπιτελούμενα ἀτοπήματα, οὐ πάντως εὕροι ἄν τις ἡμῶν τῶν τὰ παράνομα πραττόντων ἀπολογίαν τὴν τῆς γραφῆς μαρτυρίαν προφέρων, προθεσπιζούσης ταῦτα ἔσεσθαι. Οὐ γὰρ ὅτι εἶπεν ἡ γραφὴ ποιοῦμεν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐμέλλομεν ποιεῖν, προεῖπεν ἡ γραφὴ, διὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόγνωσιν, καὶ ἵνα θεὸς ἀγαθὸς ὑπάρχων, ἐπιφέρων δὲ τὴν ὀργὴν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων, μὴ ὑποληφθῇ πάθει συνεχόμενος. Ἡ γὰρ καθ᾽ ἕκαστον τῶν ἁμαρτανόντων παρὰ θεοῦ ὀργὴ οὐκ ἀπὸ πάθους ὁρμᾶται. Ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον· ἐπιφέρει δὲ τὴν ὀργὴν κατὰ [2] ἄνθρωπον οὐ πάθει ληφθὲν ἀγανακτήσεως, οὐδὲ ὀργῇ ἡττηθὲν [3] καὶ κρατούμενον. Δείκνυσι γὰρ τὸ ἀπαθὲς ὁ θεὸς προειπὼν [4] ἡμῖν τὴν ἐσομένην κρίσιν καὶ τὴν δικαίαν [5] παρ᾽ αὐτοῦ τιμωρίαν γινομένην, ἵνα τὸ ἀπαθὲς σημάνῃ τῆς θεότητος. Προεῖπε τοίνυν ἡ γραφὴ κατὰ πρόγνωσιν προασφαλιζομένη καὶ διδάσκουσα, ἵνα μὴ ἐμπέσωμεν εἰς ὀργὴν ἀνήκεστον θεοῦ, τὴν οὐ πάθει ὁρισθεῖσαν, οὐδὲ συμβαίνουσαν ἀπὸ ἥττης, ἀλλὰ δικαιότατα τοῖς τὴν
pag. 282. ἁμαρτίαν ἐκτελοῦσιν ἀνθρώποις προετοιμασθεῖσαν, καὶ μὴ μετανοοῦσιν ἐξ ἀληθείας.

Κεφ. ζ΄. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, οὐχ ὅτι εἶπεν ἡ θεία γραφὴ, Ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ, Παρέδωκεν Ἰούδας τὸν σωτῆρα, ἀλλ᾽ ὅτι ἔμελλε παραδιδόναι Ἰούδας, καὶ Ἰουδαῖοι σταυροῦν, τούτου ἕνεκα προεῖπεν ἡ θεία γραφὴ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Ὥςτε οὖν οὐκ ἐν γνώσει τῆς ἐσομένης εὐεργεσίας τῷ κόσμῳ παραδέδωκε τὸν κύριον ὁ Ἰούδας, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀλλ᾽ εἰδὼς μὲν ὅτι ὁ αὐτοῦ δεσπότης ὑπῆρχεν, ἀγνοῶν δὲ ὅτι σωτηρία ἔσται τῷ κόσμῳ. Πῶς γὰρ ἂν εἴη σωτηρίας ἀνθρώπων ἐπιμελόμενος ὁ παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἀκούων Ἀπωλείας υἱός; καὶ τὸ, Συμφέρει αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, καὶ τὸ, Ἑταῖρε, ἐφ᾽ ὃ πάρει; καὶ τὸ, Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, καὶ τὸ, Ὁ ἐσθίων μετ᾽ ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρε κατ᾽ ἐμοῦ [1] πτερνισμὸν, ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον [2] ἐκ προαγούσης μαρτυρίας τοῦ ψαλτηρίου,

Cap. VI. — 1. ἐσχάτων *cum Petavio reposui pro* ἐσχάτῳ τῶν, *quod vulgo extat.*
2. ἀνθρώπων *placuit Petavio.*
3. καὶ *ex cod. Vatic. reposuit Petavius.*
4. ἡμῖν *adieci ex cod. Vaticano.*
5. παρ᾽ αὐτοῦ, *quod in edit. princ. desideratur, Petavius adiecit ex cod. Vatic.*

Cap. VII. — 1. πτερνισμὸν *cod. Vatic.* πτέρναν *vulgata scriptura est.*

Falsum igitur est, quod isti iactitant, Iudam ob eam quam Cap. VI.
habebat scientiam salvatorem prodidisse; adeoque nec ipsi Iudaei Christo in cruce suffixo mercedem consecuti sunt, quamvis crucis nobis beneficio salus obvenerit. Non enim ut salutem nobis afferret Iudas illum tradidit, sed partim ignorantia, partim invidia et avaritia ductus, quam cum dei abnegatione coniunxerat. Etenim licet in crucem actum iri Christum scriptura praedixerit, ac quae postremis temporibus a nobis committenda sunt scelera diu ante significarit, nullam, si male quicpiam egerimus, ex iisce scripturae testimoniis, quae id futurum praenuntiant, excusationem habebimus. Neque enim quod scriptura praedixerit, idcirco facimus, sed quod facturi eramus, scriptura praedixit: ob antecedentem dei videlicet cognitionem, atque ut deus ipse, qui bonus est, cum adversus peccatores iram exercet, non perturbatione aliqua commotus esse videatur. Dei siquidem adversus peccatores quoslibet indignatio non ab ulla animi perturbatione proficiscitur; caret enim omni perturbatione deus. Sed iram more hominum exercere dicitur, non ullo sensu doloris affectus, nec iracundia superatus. Imo vero quantopere ea vacet hoc ipso declarat, quod futurum iudicium ac iustissimam animadversionem denunciat, ut se commotionis omnis expertem esse demonstret. Hoc igitur futurorum praescia scriptura significat, uti cautiores nos reddat ac condocefaciat, ne inexpiabilem dei in offensionem incurramus quae non perturbatione definitur ulla, nec velut victo ac succumbenti accidit, sed hominibus iis, quos scelerum quae commiserunt vere atque animo non poenitet, praeparata dicitur.

Idem et de crucis supplicio cogitare debemus. Non enim pro- Cap. VII.
pterea quod ita fore scriptura praedixit, Christus aut in crucem a Iudaeis est actus aut a Iuda proditus, sed quod et proditurus eum Iudas esset, et in crucem acturi Iudaei, ob id tam in vetere testamento scriptura quam in evangelio dominus ipse futurum aliquando pronuntiavit. Quamobrem non ex certa singularis illius beneficii scientia, quod in mundum ex eo derivaret, dominum Iudas prodidit, ut illi mentiuntur, sed ita potius ut et suum esse dominum sciverit, et quam idipsum mundo salutare esset ignorarit. Fierine potest is
ut salutis hominum curam gerat qui ab ipsomet salvatore perditionis Ioann. 7, 70.
filius appellatus fuerit, et illud audierit, *Bonum ei erat, si natus non* Matth. 26, 24.
fuisset homo ille: item, *Amice, ad quid venisti?* et, *Unus ex vobis me* Id. 26, 50.
traditurus est: et, *Qui manducat mecum panem, levavit contra me cal-* Ioann. 13, 18.
caneum, ut e Psalmorum libro evangelium expressit: item, *Vae ei* Psalm. 41, 9.

2. ex praecedente testimonio psalterii *recte vertit Cornarius. Eadem significatione verbum* προάγειν *occurret infra haer. LXIX,* 6. *positum.*

Enimvero mirari quispiam illud poterit, quam multa in naturalium rerum scriptoribus utilitatis plena reperiat, si apis velit imitari prudentiam, quae flosculis omnibus insidens undecumque sibi utilia colligit. Etenim vir prudens ac perspicax nulla ex re detrimentum capit, sed ex omni occasione lucratur, imprudens contra incommodum ac damnum percipit, uti sanctus propheta testatur: *Quis sapiens, et intelliget haec; et verbum domini est, et cognoscet ista, quoniam rectae viae domini, impii autem infirmabuntur in eis?* Apud illos igitur, quos dixi, naturalium rerum scriptores invenimus, vel ipsimet potius cernimus, scarabaeorum genus, quod a quibusdam Bylarum vocatur, in foetore ac stercore volutari solere, unicumque illis ipsis et alimentum et opus esse, cum aliis dirus ac sordidus ille cibus molestiam ac nauseam pariat. Nam qui apes fimus ac foetor interficit, scarabaeis alimentum ac materiam praebet operis, ut illis flores et odorum fragrantia atque unguentorum suavitas, quibus omnibus ad oblectationem et mellificium ac cibum et operis exercitationem utuntur. Scarabaeis vero longe haec contraria sunt. Qui enim periculum facere voluerit, ut physiologi tradunt, si unguentem, puta opobalsamum aut nardum scarabaeis admoveat, lethum illis afferret. Statim enim suavitate odoris enecantur. Sic haeretici illi stuprorum ac libidinum et nequitiae omnis appetentes pessimis in rebus spem suam collocant, mox autem ut ad sacrum baptismum et fragrantiam illam accesserint, moriuntur, blasphemantes deum ac dominationem eius spernentes. Cap. III. Ose. 14, 10.

Quos quidem uno vel altero testimonio iugulabimus. Nam si quos Principatus ac Potestates vocamus, sine deo minime constituuntur, id in coelis ipsis locum habere maxime debet. Angelos enim et Archangelos scriptura commemorat, non eiusmodi ut contrarii deo sint, sed *Administratorios spiritus ad ministerium missos, propter eos qui hereditatem capiunt salutis.* Si quidem et in terra quodlibet regnum plures habet principatus uni regi subiectos. *Quae enim po-* Cap. IV. Rom. 13, 1. Hebr. 1, 14. Rom. 13. 1 sqq.

3. „Suspecta mihi vox est γαλήνης.“ *Petavius. Repono* λαγνείας.

ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος· ὥςτε οὖν ὁ ἀνθιστάμενος τῇ Ἐξουσίᾳ τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. Οἱ γὰρ Ἄρχοντες οὐκ εἰσι κατὰ τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ οὐκ εἰσι κατὰ τῆς ἀληθείας, [1] ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Θέλεις δὲ, φησὶ, τὴν Ἐξουσίαν μὴ φοβεῖσθαι; τὸ [2] ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. Οὐ γὰρ εἰκῇ φορεῖ τὴν μάχαιραν· διάκονος γάρ ἐστιν εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐκ θεοῦ τεταγμένος τῷ τὸ κακὸν πράττοντι. Καὶ ὁρᾷς ὡς ἡ Ἐξουσία αὕτη ἡ κοσμικὴ ἐκ θεοῦ τέτακται, καὶ μαχαίρας ἔλαβε τὴν Ἐξουσίαν; οὐκ ἀλλαχόθεν δέ ποθεν, ἀλλ' ἐκ θεοῦ, εἰς ἐκδίκησιν. Καὶ οὐ δυνάμεθα λέγειν διὰ τὸ εἶναι Ἀρχὰς καὶ Ἐξουσίας ἐν κόσμῳ τὸν βασιλέα τούτων μὴ εἶναι βασιλέα, ἀλλὰ εἶναι τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας ἐν κόσμῳ, εἶναι δὲ καὶ τὸν τούτων βασιλέα. Ὡς οὖν ἐπὶ γῆς ὁρῶμεν, δέδεικται [3] γὰρ, οὐκ ἐναντίας τὰς ἀρχὰς τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ὑποτεταγμένας εἰς διοίκησιν παντὸς τοῦ βασιλείου, καὶ εἰς εὐταξίαν γῆς, ἔνθα φόνοι καὶ μάχαι, ἄγνοιαί τε καὶ διδασκαλίαι, εὐνομίαι τε καὶ παρανομίαι, καὶ τούτου χάριν εἰσὶν ἐξουσίαι, ἵνα εἰς εὔτακτον σύνταξιν τῆς τοῦ παντὸς κόσμου διοικήσεως τὰ πάντα ἐκ θεοῦ καλῶς καταταχθῇ καὶ οἰκονομηθῇ, οὕτω καὶ ἐν οὐρανῷ, μάλιστα δὲ ἐξαιρέτως ἐκεῖ, ἔνθα οὐ φθόνος, οὐ ζῆλος, οὐ
pag. 295. παρανομία, οὐκ ἐναντιότης, οὐ στάσις, οὐχ ὅρκος, οὐχ ἁρπαγὴ, οὐδέ τι ἕτερον τῶν τοιούτων, Ἐξουσίαι τεταγμέναι εἰσὶ δι' ἄλλην πραγματείαν. Ποίαν δέ φημι, ἀλλ' ἢ διὰ τὸν ῥυθμὸν τοῦ ὕμνου, διὰ τὴν ἄνω ἀκήρατον δοξολογίαν, δι' ἣν ἠθέλησεν ὁ ἄφθονος ἡμῶν θεὸς καὶ βασιλεὺς χαρίσασθαι ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένων δόξαν προςήκουσαν, ἵνα τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸ φαιδρὸν καὶ [4] ἀκατάληπτον καὶ ἔκπληκτον ἀεὶ δοξάζηται. Σαφῶς τοίνυν ἐκεῖνοι πεπλάνηνται, τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἀγνοήσαντες.

Κεφ. ε'. Φασὶ δὲ οὗτοι, ὡς καὶ ἄνω μοι προδεδήλωται, τὸν διάβολον εἶναι υἱὸν τῆς ἑβδόμης ἐξουσίας, τουτέστι τοῦ Σαβαώθ· εἶναι δὲ τὸν Σαβαὼθ τῶν Ἰουδαίων, τὸν δὲ διάβολον πονηρὸν αὐτοῦ υἱὸν, ὄντα δὲ ἐπὶ τῆς [1] γῆς ἐναντιοῦσθαι τῷ ἰδίῳ πατρί. Καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα μήτε τοιοῦτον εἶναι, μήτε πάλιν εἶναι τὸν ἀκατάληπτον θεὸν, ὃν πατέρα φασὶν, ἀλλὰ ἀριστερᾶς εἶναι ἐξουσίας. Ἕτερον δὲ πάλιν μῦθον λέγουσιν οἱ τοιοῦτοι, ὅτι, [2] φασὶν, ὁ διάβολος ἐλθὼν πρὸς τὴν Εὔαν, συνήφθη αὐτῇ ὡς ἀνὴρ γυναικὶ, καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ τόν τε Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ. Διὸ ἐπανέστη ὁ εἷς τῷ ἑνὶ διὰ ζῆλον ὃν εἶχον πρὸς ἀλλήλους,

Cap. IV. — 1. ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, *quod non habet ed. princ., Petavius ex cod. Vatic. supplevit.*
2. καλὸν *cod. Vatic.*
3. γὰρ *ex cod. Vatic. adieci.*
4. ἀκατάληπτον καὶ ἔκπληκτον *cod. Vatic.* ἀκατάπληκτον *editi libri et cod. Rhedig.* ἀκατάληκτον *suspicatus est Pe-*

testates sunt, a deo ordinatae sunt, ait apostolus. *Itaque qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Nam principes non sunt contra bonum, sed pro bono; neque sunt contra veritatem, sed pro veritate. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa. Non enim sine caussa gladium portat. Dei enim minister ad hoc ipsum adversus scelerate quicpiam gerentem a deo constitutus.* Videsne ut haec mundi potestas a deo stabilita sit, gladiique ius obtineat? Neque vero id aliunde, quam a deo ad vindicandum accipit. Ceterum quod eiusmodi sint in mundo principatus ac potestates, nemo illorum regem propterea regem esse negaverit, sed ita principatus illos ac potestates in mundo esse fatebitur, ut interim illorum esse regem agnoscat. Igitur hoc ipsum, quod in terris accidit, demonstravimus, non esse regi principatus contrarios, sed ad imperii totius administrationem terraeque moderationem subiectos; ubi caedes videlicet ac praelia sint, ignorantiaeque ac disciplinae, observatio denique legum ac transgressio. Cuius rei gratia potestates institutae sunt, ut ad aptam totius orbis compositamque gubernationem praeclare a deo constituantur ac regantur universa. Idem et in coelo quoque contingere necesse est, eoque magis, quod illic nec invidia nec aemulatio, neque legum violatio nec seditio ulla sit, non iusiurandum, non rapina, non aliquid eiusmodi. Quare alterius negotii caussa Potestates stabilitae sunt. Cuiusnam vero? Nimirum propter divinarum laudum concentum et immortalem illam numinis praedicationem. Cuius gratia summus ille deus ac princeps omnis expers invidiae suum cuique illorum, quos produxit, ornamentum ac decus attribuit, ut imperii sui splendor atque sempiterna dignitas perpetuo celebretur. Quocirca vehementer errant isti qui dei gratiam ignorant.

Illud vero insuper affirmant, quod a me antea dictum est, diabolum septimae Potestatis, hoc est Sabaoth, esse filium. Sabaoth porro Iudaeorum esse deum, cuius malus filius sit diabolus: qui in terra consistens parenti suo reluctetur. Eundem vero parentem neque eiusmodi, hoc est malum, esse, neque deum tamen illum esse qui comprehendi nequeat, sed ad sinistram Potestatem pertinere. Addunt et aliam istiusmodi fabulam: diabolum ad Evam accedentem cum ea perinde ac vir cum muliere solet consuetudinem habuisse, deque ea Cainum et Abelum suscepisse. Ex quo factum asserunt ut in alterum unus insurgeret, pro ea videlicet invidia qua in se mutuo Cap. V.

tavius.

Cap. V. — 1. γῆς, *quod desideratur in cod. Rhedig. et editis libris, adieci ex cod. Vaticano.*

2. *Vulgo* φησίν.

οὐχὶ διὰ τὸ [3] εὐηρεστηκέναι τὸν Ἄβελ θεῷ, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, ἀλλὰ ἕτερον πλαζόμενον λόγον λέγουσιν. Ἐπειδὴ, φασὶν, ἐρῶντες ἦσαν ἀμφότεροι τῆς ἀδελφῆς αὐτῶν τῆς ἰδίας, τούτου χάριν ἐπανέστη ὁ Κάϊν τῷ Ἄβελ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Φύσει γὰρ αὐτούς φασιν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ διαβόλου, ὡς προεῖπον, γεγενῆσθαι. Φέρουσι δὲ μαρτυρίας, ὅταν θελήσωσιν ἀπατᾶν τινας, ἀπὸ τῶν θείων βιβλίων, ὡς καὶ ἐν ἄλλῃ μοι αἱρέσει τοῦτο εἴρηται· ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν, Ὑμεῖς ἐκ τοῦ Σατανᾶ ἐστε· καὶ, Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. Ἵνα δῆθεν εἴπωσι τὸν διάβολον εἶναι τὸν Κάϊν· ἐπειδὴ εἴρηκεν ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος ἦν, καὶ ἵνα δείξῃ πατέρα μὲν αὐτοῦ εἶναι τὸν διάβολον, τοῦ δὲ διαβόλου εἶναι πατέρα τὸν Ἄρχοντα τὸν ψεύστην, ὃν βλασφημοῦντες κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν Σαβαὼθ, οἱ ἀνόητοι, νομίζοντες ὄνομα εἶναι τοῦ θεοῦ [4] τινες τὸν Σαβαὼθ ὡς ἤδη καὶ ἐν ταῖς πρότερον αἱρέσεσι διὰ πλάτους ἡμῖν πεπραγμάτευται περὶ ἑρμηνείας τοῦ Σαβαὼθ, καὶ ἄλλων ὀνομασιῶν, τοῦ τε Ἠλὶ, καὶ τοῦ
pag. 296. Ἐλωΐ, τοῦ τε Ἰσραὴλ καὶ τοῦ [5] Σαδαΐ, τοῦ τε Ἐλλιὼν, τοῦ τε Ῥαββωνὶ, τοῦ τε Ἰὰ, τοῦ τε Ἀδωναΐ, τοῦ τε Ἰάβε, ὡς ὀνομασίαι εἰσὶ δοξολογιῶν ἅπασαι ἑρμηνευόμεναι, καὶ οὐκ ὀνόματά ἐστι θετὰ, ὡς εἰπεῖν, τῇ θεότητι, ἅτινα καὶ ἐνταυθοῖ σπουδασθήσονται ἑρμηνευθέντα κεῖσθαι. Τὸ Ἰσραὴλ Θεὸς, τὸ Ἐλωεὶμ Θεὸς ἀεὶ, τὸ Ἠλὶ Θεός μου, τὸ Σαδδαΐ ὁ ἱκανὸς, τὸ Ῥαββωνὶ Ὁ κύριος, τὸ Ἰὰ Κύριος, τὸ Ἀδωναΐ Ὁ ὢν κύριος, τὸ Ἰαβὲ, Ὃς ἦν καὶ ἔστι καὶ ἀεὶ ὤν (ὡς ἑρμηνεύει τῷ Μωϋσῇ, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με, ἐρεῖς πρὸς αὐτούς), καὶ τὸ Ἐλλιὼν Ὕψιστος, καὶ τὸ Σαβαὼθ Δυνάμεων ἑρμηνεύεται. Κύριος οὖν Σαβαὼθ, Κύριος τῶν δυνάμεων. [6] Πάντι γὰρ [7] πρόκειται, ὅπου τοῦ Σαβαὼθ ὄνομα λέγει ἡ γραφὴ, [8] οὐ μόνον ἐκφωνεῖ λέγουσα, Εἰπέ μοι Σαβαὼθ, ἢ, Ἐλάλησε Σαβαὼθ, ἀλλ' εὐθὺς λέγει, Κύριος Σαβαώθ. [9] Οὕτω γὰρ ἡ Ἑβραΐς φάσκει· Ἀδωναΐ Σαβαώθ· ὅπερ ἑρμηνεύεται Κύριος τῶν δυνάμεων.

Κεφ. ϛ'. Καὶ [1] μάτην παρ' αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ὁμοίοις κατὰ τὴν τύφλωσιν τῆς διανοίας αὐτῶν, τὰ καλῶς εἰρημένα συκοφαντεῖται. Οὔτε γὰρ περὶ διαβόλου τῷ σωτῆρι ἐν τῷ πρὸς Ἰουδαίους λόγῳ εἴρηται, ὡς παντί τῳ σαφὲς εὑρίσκεται τῷ τῇ ἀληθείᾳ ἀκολουθοῦντι, ἀλλὰ διὰ τὸν Ἰούδαν αὐτοῖς ἔλεγε τὸ ῥῆμα. Οὐκ ἦσαν γὰρ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, τοῦ αὐτὸν ἀποδεξαμένου ὑπὸ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρὴ πρὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, ἀλλὰ υἱοὺς ἑαυτοὺς κατεδίκασαν γενέσθαι τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, τοῦ ὑπὸ τοῦ κυρίου Σατανᾶ καὶ διαβόλου ὀνομαζο-

3. *Eieci* ὡς *particulam, quae vulgo reperitur ante* εὐηρεστηκέναι *intrusa, quae etiam Petavio suspecta erat.*

4. τινος *correxit Petavius. Mallem* ὄνομα εἶναι τοῦτο θεοῦ τινος *cett.*

5. σαδαδαΐ *ed. princ.*

6. πάντη *putabat Petavius.*

7. *Correxi* πρόκειται, *cum libri tene-*

concitabantur, ac non ideo quod Abelus deo esset acceptior, uti sese res habet, sed novo quodam mendacio veritatem dissimulant. Ambos enim aiunt sororis amore flagrasse. Ideo Cainum in Abelum concitatum ipsum interemisse. Nam utrumque diaboli e stirpe procreatum ut diximus, affirmant. Nec desunt illis testimonia sacris e literis deprompta, quibus ad illudendos homines abutuntur. Cuiusmodi istud est in alia a me haeresi commemoratum, quod Iudaeis salvator dixit: *Vos ex Satana estis:* et, *Quando loquitur mendacium,* Ioann. 8, 44. *ex propriis loquitur, quoniam et pater eius mendax est.* Ut nimirum diabolum esse Cainum efficiant, ex eo quod dixerit, *Homicida est ab initio,* atque patrem eius esse diabolum ostendant, diaboli vero patrem mendacem illum principem, quem in caput suum blasphemantes ipsum esse Sabaoth stolidissimi homines putant, quod nomen dei cuiusdam proprium esse volunt. De qua re in superioribus haeresibus abunde disputavimus; ubi et Sabaoth aliorumque nominum interpretationem attulimus, velut *Eli* et *Eloi, Israel, Sadadai, Ellion, Rabboni, Ia, Adonai, Iabe.* Quas quidem voces si recte interpretemur, varias ad praedicandam dei gloriam appellationes esse, non ipsi divinitati significandae imposita nomina docuimus. Ac nos illas iterum hoc loco repetemus. Est igitur *Israel* Deus, *Eloim* Deus semper, *Eli* Deus meus, *Saddai* sufficiens, *Rabboni* Dominus, *Ia* Dominus, *Adonai* Qui est dominus, *Iabe* Qui erat et est et semper existit, quemadmodum Moysi ipse declarat: *Qui est misit me ad vos,* Exod. 3, 14. *dices ad illos; Ellion* Altissimum sonat, *Sabaoth* Exercituum. Quare *Dominus Sabaoth* idem est ac Dominus exercituum. Quae vox *Dominus* addi perpetuo solet ubicumque Sabaoth nomen exprimitur. Non enim sola Sabaoth dictio ponitur, puta, Dixit mihi Sabaoth, aut, Locutus est Sabaoth, sed statim adiungitur, Dominus Sabaoth. Ita enim Hebraice scriptum, *Adonai Sabaoth*, hoc est Dominus Sabaoth.

Sed quae praeclare omnino dicta sunt, haec ab illis et illorum Cap. VI. similibus frustra prae animi caecitate per calumniam ac malitiam depravantur. Etenim salvator noster in eo quem ad Iudaeos habuit sermone nequaquam de diabolo locutus est, ut nemo non aperte videt qui inhaerere veritati studeat, sed propter Iudam id ab eo usurpatum est. Non enim Abraami filii erant qui se antequam carnem indueret sub illa Mambre quercu olim exceperat, sed perfidiae Iudae filios, ut ita dicam, sua se sententia declaraverant, quem dominus

rent πρόσκειται.

8. ἢ οὐ μόνον *putabat Petavius.*

9. *Verba* Οὕτω γὰρ ἡ Ἑβραΐς φάσκει· Ἀδωναῒ Σαβαώθ, *quae non comparent in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. adiecit.*

Cap. VI. — 1. μάτην *Petavii est emendatio. Libri habent* μετὰ τήν.

μένου, ὥς λέγει, Οὐχὶ δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐστι διάβολος; Καὶ τούτου ἕνεκα τὰ τῆς αὐτοῦ κακοτροπίας ὁ κύριος ἑρμηνεύων ἔλεγεν ὅτι, Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. [2]Ὡς καὶ ἀλλαχοῦ τὸ εὐαγγέλιον λέγει, Ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον αὐτὸς ἐβάσταζεν. Οὗτος οὖν ὁ διάβολος κληθεὶς Ἰούδας πατέρα ἔσχε τὸν Κάϊν, διὰ ψεύδους ἀπατήσαντα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ, καὶ ἀποκτείναντα· ὃς καὶ ἐρωτώμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου, Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; ψευδόμενος ἔλεγεν, Οὐκ οἶδα. Εἰκότως οὖν καὶ οὗτος τὸν φύσει διάβολον μιμησάμενος τοῖς τρόποις υἱὸς αὐτοῦ κατ' ἀξίαν ἀνηγόρευται ὑπὸ τοῦ σωτῆρος. Ὧι γὰρ ἥττηταί τις, τούτῳ καὶ δεδούλωται. Καὶ ἡμῶν δὲ ἕκαστος ὁτιοῦν ἂν ἐπιτελέσῃ, τοὺς τοῦτο προτετε-
pag. 297. λεκότας πατέρας ἕξει μιμησάμενος. Σαφῶς τοίνυν ἐφράσθη ἡ παρὰ τοῦ κυρίου λεχθεῖσα ῥῆσις ὅτι, Ὑμεῖς τέκνα ἐστὲ τοῦ διαβόλου, καὶ πάλιν, Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστίν· ἵνα εἴπῃ Ἰούδαν καὶ Κάϊν, εἶτα, Καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστὶν, ἵνα εἴπῃ αὐτὸν τὸν διάβολον, διὰ τὰ ὁμοίως πεπραγματευμένα ἑκάστῳ τούτων. Ἐμπνεύσας γὰρ ἐν στόματι τοῦ ὄφεως ψευδῆ πάντα λελάληκεν ὁ διάβολος, καὶ οὕτως τότε ἐξηπάτησε τὴν Εὔαν. Καὶ ἀνῄρηται παρὰ τούτοις ἡ πεπλανημένη μυθοποιΐα, κἂν λέγει ἡ γραφὴ ὡς ὁ Κάϊν ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὅτι ἐκ τοῦ διαβόλου ἦν. Ἐδείχθη γὰρ παντάπασιν οὐχὶ διὰ τὸ τὴν Εὔαν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ διαβόλου συλλαβοῦσαν, ὡς κατὰ συζυγίαν γάμου καὶ συνάφειαν σωμάτων, γεγεννηκέναι τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ, ὡς τούτοις ἔδοξεν, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμότροπον καὶ μίμημα τῆς τοῦ διαβόλου κακοτροπίας υἱὸς αὐτοῦ ἤκουσε.

Κεφ. ζ'. Πάλιν δὲ λέγουσιν οἱ αὐτοὶ τὸν Ἄδαμ συναφθέντα τῇ Εὔᾳ τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ γεγεννηκέναι τὸν Σὴθ, φύσει ἴδιον αὐτοῦ υἱόν. Καὶ τότε φασὶ τὴν ἄνω Δύναμιν σὺν τοῖς ὑπουργοῖς τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἀγγέλοις καταβεβηκέναι, καὶ ἡρπακέναι αὐτὸν τὸν Σὴθ, ὃν καὶ ἀλλογενῆ καλοῦσι, καὶ ἀνενηνοχέναι ἄνω που, καὶ ἀναθρέψαι χρόνῳ ἱκανῷ, ἵνα μὴ ἀποκτανθῇ, καὶ μετὰ χρόνον πολὺν κατενηνοχέναι εἰς τόνδε τὸν κόσμον, καὶ πνευματικὸν ἀπεργάσασθαι αὐτὸν καὶ σωματικὸν, εἰς τὸ μὴ κατισχύειν [1] αὐτόν τε κατ' αὐτοῦ καὶ τὰς ἄλλας Ἐξουσίας καὶ Ἀρχὰς τοῦ κοσμοποιοῦ θεοῦ. Μηκέτι δὲ αὐτόν φασι λελατρευκέναι τῷ ποιητῇ τε καὶ Δημιουργῷ, ἐπεγνωκέναι δὲ τὴν ἀκατονόμαστον Δύναμιν, καὶ τὸν ἄνω ἀγαθὸν θεόν· τούτῳ λελατρευκέναι, καὶ κατὰ τοῦ ποιητοῦ τοῦ κόσμου καὶ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν πολλὰ ἀποκεκαλυφέναι. Ὧι δὴ καὶ

2. ὡς καὶ cod. Vatic., et inde Pelav. καὶ ὡς edit. princ.

Cap. VII. — 1. αὐτόν τε κατ' αὐτοῦ rescripsi pro τόν τε κατ' αὐτοῦ, quod libri praebent, idque voluisse Cornarium video, qui vertit: ut non posset contra

Satanam ac Diabolum nominat, his verbis: *Nonne duodecim vos elegi, et unus ex vobis diabolus est?* Cuius etiam rei caussa dominus eiusdem improbitatem exaggerans: *Cum loquitur*, inquit, *mendacium, de propriis loquitur.* Quo pertinet illud, quod in alio evangelii loco scriptum est: *Quoniam fur erat, et loculos portabat.* Hic igitur Diaboli insignitus nomine Iudas Cainum patrem habuit qui Abelum fratrem mendacio suo circumscripsit et occidit. Qui etiam interroganti domino, *Ubi est Abel frater tuus?* mentitus respondit, *Nescio.* Merito itaque etiam iste qui verum diabolum moribus est imitatus, eius filius domini ore pronuntiatur. A quo enim quisque superatus est, ei et servit. Ac nos adeo quodcumque demum egerimus, eos patres habebimus, quorum exempla iisdem factis expressimus. Quocirca perspicue iam illa domini est declarata sententia: *Vos estis filii diaboli;* item, *Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quoniam pater eius mendax est.* Quibus verbis Iudam et Cainum intelligit. Illud vero, *Nam et pater eius mendax est,* ad diabolum referendum est, quod ad eius imitationem ab illis sint perpetrata nonnulla. Siquidem per os serpentis inspirans diabolus falsa omnia locutus est, sicque tunc Evam fefellit. Atque hunc in modum tota ab istis conficta fabula penitus evanescit. Quod vero de Caino scriptura testatur, illum fratrem occidisse suum, quod esset ex diabolo, id omnino demonstratum est, non ex diaboli satu conceptum ab Eva fuisse fetum aliquem, ita ut velut coniugio quodam congressis copulatisque corporibus Cainum et Abelum pepererit, ut istis placuit, sed ob morum similitudinem expressamque imitatione diaboli nequitiam filium eius appellari.

Ioann. 6, 70. — Ioann. 12, 6. — Gen. 4, 9.

Cap. VII.

Quin illud etiam ab istis asseritur: Adamum ex Eva coniuge Sethum germanam suscepisse sobolem. Tum vero supremam illam Virtutem ferunt cum administris dei melioris angelis delapsam Sethum ipsum rapuisse, quem et Ἀλλογενῆ, hoc est *Alienigenam*, vocant. Quem cum sursum aliquem in locum sustulisset, ac diuturno tempore, ne forte interficeretur, aluisset, longo demum intervallo in hunc orbem intulisse, simulque et spiritalem et corporeum reddidisse, ne a Caino, vel ceteris conditoris mundi Potestatibus ac Principatibus opprimeretur. Eundem porro creatorem atque opificem desiisse venerari, et illam agnovisse Virtutem quae nullo comprehendi nomine potest, nec non adversus auctorem mundi eiusque Principatus et Potestates pleraque detexisse. Hinc etiam libros aliquot

ipsum praevalere neque ipse neque aliae potestates ac principatus mundi fabricatoris. *Petavius nomen* Κάϊν *restituendum esse suspicatus est.*

βίβλους τινὰς ἐξετύπωσαν εἰς ὄνομα αὐτοῦ τοῦ Σὴθ γεγραμμένας, παρ' αὐτοῦ αὐτὰς δεδόσθαι λέγοντες, ἄλλας δὲ εἰς ὄνομα αὐτοῦ καὶ τῶν ἑπτὰ υἱῶν αὐτοῦ. Φασὶ γὰρ αὐτὸν γεγεννηκέναι ἑπτὰ Ἀλλογενεῖς καλουμένους, ὡς καὶ ἐν ἄλλαις αἱρέσεσιν εἰρήκαμεν, Γνωστικῶν φημι καὶ Σηθιανῶν. Οὗτοι δὲ καὶ ἄλλους προφήτας φασὶν εἶναι, Μαρτιάδην τινὰ καὶ Μαρσιανὸν, ἁρπαγέντας εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ διὰ ἡμερῶν τριῶν καταβεβηκότας. Καὶ πολλά ἐστιν ἃ μυθοποιοῦντες πλαστῶς ἐκ-
pag. 293. τυποῦσι, βλάσφημά τε πλάττοντες κατὰ τοῦ ὄντος θεοῦ παντοκράτορος, πατρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς Ἄρχοντος ὄντος καὶ πονηρίας εὑρετοῦ, ὡς ἀπ' αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς λόγων ἁλίσκονται. Εἰ γὰρ πονηρῶν ἐστιν εὑρετὴς καὶ κακοποιὸς, πῶς εὐθὺς οὐκ ἀγαθὸς εὑρεθείη, ὡς καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν εἴπαμεν, κατὰ πορνείας καὶ μοιχείας καὶ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας νομοθετήσας; Θεὸν γὰρ αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων καὶ αὐτοὶ λέγουσι, τοῖς Ἰουδαίοις δὲ τὸν νόμον ἔδωκεν, ἐν ᾧ πάντα ταῦτα ἀπηγόρευσεν ὧν εὑρετὴν αὐτὸν λέγουσιν εἶναι. Πῶς δὲ πατὴρ τοῦ Σατανᾶ κληθείη ὁ κατ' αὐτοῦ τὰ τοσαῦτα ὑποδείξας; Καὶ εἰ ἀλλότριός ἐστι τοῦ ἄνω παρ' αὐτοῖς λεγομένου θεοῦ, καὶ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ βασιλεὺς καὶ κύριος [2] ἡμῶν, ὁ ἐν νόμῳ καὶ ἐν εὐαγγελίοις καὶ ἐν προφήταις καὶ ἀποστόλοις αὐτὸς θεὸς κύριος, πατὴρ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὡς αὐτὸς διδάσκει σαφῶς ἡμᾶς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίῳ, λέγων, Εὐχαριστῶ σοι, πάτερ, κύριε οὐρανῶν καὶ γῆς, ἵνα δείξῃ τὸν αὐτοῦ πατέρα θεὸν τὸν πάντων.

Κεφ. η΄. Καὶ περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως ὑποφαίνων ἔσεσθαι πάλιν φησὶ, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Ναὸν δὲ ἔλεγε τὸ ἴδιον σῶμα, λυόμενον μὲν διὰ χειρῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν ἀποκτεινόμενον. Τὸ δὲ μὴ ὂν σῶμα, ἀλλὰ δοκήσει φαινόμενον, ὡς οὗτοι πάλιν λέγουσιν, οὐκ ἂν ἠδύνατο εἰς χεῖρας ἔρχεσθαι, ἐγείρεσθαί τε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καθὼς ἐπηγγείλατο. Δέδεικται τοίνυν σαφῶς διὰ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας ἀναντίρρητος ἡ τῶν νεκρῶν ἀνάστασις· καὶ οὔτε χρεία ἐστὶν ἀπολογίας τῇ ψυχῇ, ἵνα λαλήσῃ πρὸς ἑκάστην Ἐξουσίαν (πλάττονται γὰρ οὗτοι καὶ τοῦτο, ὡς εἴρηται), ἀλλὰ [1] διὰ τῆς τοῦ κυρίου εὐεργεσίας τῆς διὰ τῶν ἔργων καὶ τῆς πίστεως συνισταμένης, ὡς λέγει ὁ ἁγιώτατος Παῦλος, γράφων Τιμοθέῳ διὰ τούτων τῶν λόγων· Ὅπως γινώσκοις πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ κυρίου περιπατεῖν, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ τοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ἣν οἱ πολλοὶ ἀφέντες εἰς μύθους καὶ μωρολογίας ἐξετράπησαν, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται· ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ Ὑμέναιον καὶ Φιλητὸν

2. *Post* ἡμῶν *in libris vulgo reperitur insertum* Ἰησοῦς Χριστὸς, *quae verba, iam a Petavio uncinis notata, plane delenda iudicavi.*

ediderunt Sethi nomine inscriptos, quos ab eo traditos ac relictos affirmant. Item alios cum illius, tum septem eius liberorum nomine. Totidem enim ab eo procreatos volunt, quos 'Ἀλλογενεῖς nominant, ut in aliis haeresibus, Gnosticorum scilicet ac Sethianorum ostendimus. Ceterum isti prophetas alios commemorant, Martiadem nescio quem et Marsianum, quos in coelum raptos tertio die descendisse fingunt. Addunt et alias plerasque commentitias ac ridiculas fabulas, et in verum atque omnipotentem deum patrem domini nostri Iesu Christi contumeliose multa iactitant. Principem hunc et inventorem omnis esse nequitiae, ut vel ipsa sua confessione iugulentur. Nam si malorum inventor is ac maleficus est, nonne bonus vel eo ipso comprobabitur, ut aliis haeresibus obiecimus, quod contra stupra, adulteria, rapinas ac cupiditates et iniurias decreta multa condiderit? Nam Iudaeorum illum esse deum utique confitentur. Iudaeis porro legem illam tulit, qua sunt ea omnia prohibita quorum inventor ab illis asseritur. Satanae vero pater qui demum appellari potest, qui tam multa adversus illum ediderit, si ab illo summo, quem deum nominant, alienus est, nec idem est omnipotens ille deus, rex et dominus noster, qui in lege et evangeliis ac prophetis, et ab apostolis celebratur, *Dominus deus, ac pater domini nostri Iesu Christi?* ut idem aperte Christus in evangelio testatur his verbis: *Confiteor tibi, pater, domine coeli ac terrae,* quibus patrem suum universorum deum esse significat? 2. Cor. 11, 31. Matth. 11, 25.

Mortuorum vero resurrectionem aperte futuram denuntiat, cum ita loquitur: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.* Templum enim corpus suum vocabat, quod hominum manibus evertebatur, hoc est interficiebatur. Nam quod verum corpus non esset, sed specie duntaxat appareret, cuiusmodi illi fuisse statuunt, nequaquam hostium in manus venire, aut, ut pollicebatur, excitari die tertia potuisset. Haec igitur dei administratio perspicue declarat, mortuos ad vitam sine ulla controversia restitui, nec animae purgatione ulla opus esse, aut apud singulas potestates caussam illi suam esse perorandam, quod isti, uti dictum est, temere praedicant, sed uno dei beneficio duntaxat indigere, quo cum fide recte facta coniungat, ut ad Timotheum scribens apostolus hisce verbis testatur: *Ut scias quomodo te oporteat in domo dei ambulare, quae est ecclesia dei vivi, columna et firmamentum veritatis: Quam multi relinquentes ad fabulas et ineptias diverterunt: Non intelligentes nec quae dicunt, nec de quibus affirmant: Ex quibus est Phygellus et Hermogenes.* Sed et in secunda epistola Hymenaeum ac Philetum excidisse a veritate Cap. VIII. Ioann. 2, 19. 1. Tim. 13, 15. 2. Tim. 4, 4. 1. Tim. 1, 7. 2. Tim. 1, 15.

Cap. VIII. — 1. *Rescribendum arbitror* ἀλλὰ δεῖ τῆς τοῦ κυρίου *cett.*

περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστοχηκέναι λέγει, οἵτινες καὶ αὐτοὶ τῇ αἱρέσει ἐξη-
pag. 299. κολούθησαν, ἄλλον θεὸν καταγγέλλοντες, καὶ γενεαλογίας ἀπεράντους, καὶ πλάνην ἐπισπείροντες τοῖς ἀνθρώποις, καὶ λέγοντες μὴ ἐκ θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὑπὸ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν, τὴν δὲ ἀνάστασιν ἤδη γεγενῆσθαι, διὰ τῶν γενομένων τέκνων ὑπὸ ἑκάστου τῶν γεννώντων, τὴν δὲ τῶν νεκρῶν οὐ λέγουσιν ἔσεσθαι. Καὶ ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν ἔλεγχον τῆς τούτων παρανομίας.

Ὑπολαμβάνω δὲ καὶ περὶ τούτων ἱκανῶς εἰρῆσθαι. Ὅθεν ταύτην παραλιπὼν ἐπὶ τὰς ἑξῆς τὴν πορείαν ποιήσομαι, ἐκεῖνο μόνον εἰπὼν, ὡς πάνυ φαίνεται ἐοικυῖα αὕτη διὰ τῆς πολυωνύμου Ἀρχοντικῆς ὀνομασίας τῇ πολυπλόκῳ ἑρπετώδῃ κακοηθείᾳ. Τρόπον γάρ τινα ἐκ πολλῶν ἑρπετῶν ἀναμὶξ τῆς ἑαυτῶν πλάνης συνηγμένη ἐστὶν ἡ ἰοβολία· οἷον τὸ θρασὺ ἔχουσα τοῦ δράκοντος, τὸ δολερὸν τοῦ [2] φυσάλου, τὴν ἀνθέλκυσιν τῆς πνοῆς τοῦ [3] βαίτωνος, τὸ γαῦρον τοῦ ἀκοντίου, τὸ προπετὲς τοῦ ὀστρακίτου. Τούτων δὲ πάντων τὴν κεφαλὴν καταπατήσαντες τῇ τῆς ἀληθείας ὑποθέσει ἐπὶ τὰς λοιπὰς διέλθωμεν, ἐπιπόθητοι, τὴν ἑκάστης πλάνην ἀποκαλύψαι ἐν θεῷ πειρώμενοι.

ΚΑΤΑ ΚΕΡΔΩΝΙΑΝΩΝ,

εἰκοστὴ πρώτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ πρώτη.

Κεφ. α'. Κέρδων τις τούτους καὶ τὸν Ἡρακλέωνα διαδέχεται, ἐκ τῆς αὐτῶν σχολῆς ὢν, ἀπὸ Σίμωνός τε καὶ Σατορνίλου λαβὼν τὰς προφάσεις. Οὗτος μετανάστης γίνεται ἀπὸ τῆς Συρίας, καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλθὼν λυμεών τις πέφηνεν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς αὐτῷ πειθομένοις ὁ ἐλεεινότατος. Ἐλεεινὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων, ὅταν καταλείψασα τὴν τοῦ θεοῦ ὁδὸν πλανᾶται, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ κλήσεως ἑαυτὴν ἀφορίσασα. Συμβέβηκε γὰρ τοῖς τοιούτοις ἡ τοῦ κυνὸς παροιμία, ὃς τῇ σκιᾷ προσέχων οὗ κατεῖχεν ἐν τῷ στόματι, ἐμβλέπων εἰς ὕδωρ καὶ νομίσας τῷ ὕδατι σκιὰν μείζονα εἶναι τῆς ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐδωδῆς, ἀνοίξας τὸ στόμα καὶ τὴν οὖσαν ἀπώλεσεν. Οὕτω καὶ οὗτοι τὴν ὁδὸν εὑρόντες, καὶ βουλόμενοι σκιᾶς περιγενέσθαι τῆς ἐν τῇ ὑπονοίᾳ αὐτῶν
pag. 300. γενομένης, τὴν οὖσαν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, ἐκ θεοῦ τροφὴν κεχαρισμένην οὐ μόνον ἀπώλεσαν, ἀλλὰ καὶ ὄλεθρον ἑαυτοῖς ἐπεσπάσαντο.

Οὗτος τοίνυν ὁ Κέρδων ἐν χρόνοις Ὑγίνου γέγονεν ἐπισκόπου

2. *Hoc serpentis genus commemorat etiam haer.* 50, 3.

scribit: qui quidem et ipsi in haeresin prolapsi sunt, alium praedicantes deum, ac genealogias interminabiles, erroremque inter homines disseminantes, cum a deo negarent fabricatum esse mundum, sed a Principatibus ac Potestatibus conditum assererent, resurrectionem demum accidisse iam dicerent, illis ipsis producendis liberis quos parentum quisque genuisset, nec aliam mortuorum expectandam esse resurrectionem. Vos autem quaeso, fratres, animadvertite cuiusmodi propria sit veritatis nota, et ad illorum convincendam improbitatem certa ratio.

Equidem satis superque adversus illos disputatum a me esse iudico. Quare hac omissa reliquas persequar, et id unum attexam, illam mihi haeresin ob multiplicem Archonticorum appellationem variae ac perplexae serpentum improbitati quam simillimam videri. Nescio enim quo pacto sic tanquam multis ex anguibus confusis in unum ac promiscuis pestiferi illius erroris venena conflata sunt. Ut in illis partim draconis insit audacia, partim physali calliditas, partim spiritus quae est in baetone suppressio, partim aconitae agilitas, partim ostracitae prona lubricitas. Quorum omnium eliso capite ac veritatis doctrina contrito ad reliquas transibimus, ac singularum falsitatem arguere deo opitulante conabimur.

ADVERSUS CERDONIANOS,
quae est haeresis XXI., sive XLI.

Tam his quam Heracleoni quidam Cerdo successit, ab eadem schola profectus, et a Simone ac Saturnilo erroris nactus initia. Qui cum e Syria Romam peregrinandi caussa miser accessisset, sui iuxta ac sectatorum suorum labes quaedam ac pernicies fuit. Miserrima quippe tunc est hominum natura, cum dei viam relinquens, et a divina se vocatione segregans, longius aberrat. Quibus illud de canis fabulas contingit, qui in eius quod in ore gestabat umbram intentus, et in aquam despiciens, dum eodem cibo quem mordicus ferebat maiorem umbram esse suspicatur, diducto rictu illum ipsum qui verus erat perdidit. Sic illi reperta via, dum eius umbrae quam in falsa opinione circumierunt compotes fieri student, non modo divinitus concessum illud quod ore, ut ita dixerim, ferunt, alimentum amiserunt, sed insuper exitium sibi ipsis attulerunt. Cap. I.

Igitur Cerdo Hygini papae temporibus fuit, qui in apostolorum

3. βαίτων *idem videtur esse qui appellatur* βέων *haer.* 50, 3.

τοῦ [1] ἕνατον κλῆρον ἄγοντος ἀπὸ τῆς τῶν περὶ Ἰάκωβον καὶ Πέτρον καὶ Παῦλον ἀποστόλων διαδοχῆς· τὸ δὲ κήρυγμα αὐτοῦ τῆς τῶν προειρημένων αἱρεσιαρχῶν φλυαρίας μετέχον τὸ αὐτὸ μὲν εἶναι δοκεῖ, παρήλλακται δὲ παρ᾽ αὐτῷ τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον. Δύο καὶ οὗτος Ἀρχὰς κεκήρυχε τῷ βίῳ, καὶ δῆθεν θεοὺς δύο, ἕνα ἀγαθὸν, καὶ [2] ὄντα ἄγνωστον τοῖς πᾶσιν, ὃν καὶ Πατέρα τοῦ Ἰησοῦ κέκληκε, καὶ ἕνα τὸν δημιουργὸν, πονηρὸν ὄντα καὶ γνωστὸν, λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προφήταις φανέντα, καὶ ὁρατὸν πολλάκις γενόμενον· μὴ εἶναι δὲ τὸν Χριστὸν γεγεννημένον ἐκ Μαρίας, μηδὲ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι, ἀλλὰ δοκήσει ὄντα καὶ δοκήσει πεφηνότα, δοκήσει δὲ τὰ ὅλα πεποιηκότα. Καὶ αὐτὸς σαρκὸς ἀνάστασιν ἀπωθεῖται, παλαιὰν δὲ ἀπαγορεύει διαθήκην, [3] τήνδε διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, ὡς ἀλλοτρίαν οὖσαν θεοῦ. Ἐληλυθέναι δὲ τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀγνώστου πατρὸς, εἰς ἀθέτησιν τῆς τοῦ κοσμοποιοῦ καὶ δημιουργοῦ ἐνταῦθα, φησὶ, ἀρχῆς καὶ τυραννίδος· ὥσπερ ἀμέλει καὶ πολλαὶ τῶν αἱρέσεων ἐξεῖπαν. Ὀλίγῳ δὲ τῷ χρόνῳ οὗτος ἐν Ῥώμῃ γενόμενος μεταδέδωκεν αὐτοῦ τὸν ἰὸν Μαρκίωνι. Διόπερ τοῦτον ὁ Μαρκίων διεδέξατο.

Κεφ. β'. Τῆς δὲ αἱρέσεως ὡσαύτως φωρατῆς οὔσης ἐν συντόμῳ περὶ ταύτης ἡμῖν ἔσται λόγος. Ἀρξόμεθα δὲ πάλιν τῆς κατ᾽ αὐτοῦ ἀνατροπῆς ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν παρ᾽ αὐτοῦ λεγομένων. Ὅτι μὲν γὰρ δύο Ἀρχὰς ἐπιτοαυτὸ εἶναι ἀδύνατον, δῆλον. [1] Ἢ γὰρ αἱ δύο ἐκ μιᾶς εἰσί τινος, ἢ ἡ μὲν ἔστι δευτέρα, ἡ δὲ τῆς δευτέρας αἰτία καὶ ἀρχή. Ζητηθήσεται οὖν ἤτοι αἰτία τῶν δύο, ἢ ὁποτέρα τούτων ἀρχὴ οὖσα τῆς ἑτέρας, ὡς ἔφην. Καὶ οὕτως ἐκ παντὸς τρόπου ἐπὶ τὴν μίαν ἀνακτέον τὴν διάνοιαν, τὴν εὑρισκομένην πρώτην, ἐξ ἧς καὶ ἡ δευτέρα, ἤτοι ἀμφότεραι, καθὼς δέδεικται, [2] ὡς ἔφην. Ἐπιτοαυτὸ δὲ ἀδύνατον τὰς δύο ἀρχὰς ὑπάρχειν· ἀλλ᾽ οὐδὲ διαφέρεσθαι τὴν μίαν πρὸς τὴν ἄλλην δυνατόν. Εἰ γὰρ διαφέρονται, εἰσὶ μὲν δύο, τῷ δὲ δύο ἀριθμῷ εὑρισκόμεναι τὸν ἕνα ἀριθμὸν ὑπερβεβήκασι. Τοῦ δὲ ἑνὸς καὶ πρώτου ἀριθ-
pag. 301. μοῦ ζητουμένου αἱ δύο τῷ ἑνὶ ἀριθμῷ καὶ ἀνωτέρῳ ὑπόκεινται, τῷ αἰτίῳ τῶν δύο ὄντι. Οὐ γὰρ αἱ δύο αἱ μετὰ τὸν ἕνα ἀριθμὸν, ἢ τὴν μίαν ἀρχὴν καὶ πρώτην, αἰτίαι ἑαυτῶν δύνανται εἶναι, τοῦ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ καὶ ἀνωτάτου ἀεὶ ζητουμένου. Εἰ γὰρ αἱ δύο εὑρεθήσονται μιᾶς [3] οὔσης συμφωνίας καὶ συγχαίρουσαι καὶ συμφωνοῦσαι ἀλλήλαις ἐν τῷ τὴν μὲν μίαν παραμένειν τῆς ἑτέρας εὐδοκούσης, καὶ τῆς ἄλλης δὲ χαιρούσης τῇ τῆς ἑτέρας συζυγίᾳ, ἡ στάσις τίς ἐστιν ἀναμέσον ἀμφοτέρων; Εἰ δὲ στασιάζουσι καὶ ἰσχύουσιν ἅμα ἀμφότεραι πρὸς ἀλλήλας ἐπ᾽ ἴσης,

Cap. I. — 1. *Libri* ἕνα τὸν. *Cf. infra haer.* 42, 1.
2. *Correxi* ὄντα *pro* ἕνα, *quod libri tuentur hic male repetitum. Possis etiam* εἶναι.
3. *Vulgo* τὴν δὲ. *Petavius volebat* τὴν διά.
Cap. II. — 1. ἢ *scripsi, post Petavii*

Iacobi et Petri Paulique successione nonum locum tenebat. Cuius dogma cum reliquorum quos enumeravimus haereticorum nugis consentiens licet idem esse videatur, nonnihil tamen discrepat, et est huiusmodi. Duo perinde atque alii Principia statuit, ac deos videlicet duos, bonum alterum, et ignotum omnibus, quem et Patrem Iesu nominavit, alterum creatorem, malum et cognitum, qui et in lege locutus et prophetis apparuit, ac se videndum saepenumero praebuit. Christum negat a Maria genitum, aut carne revera fuisse vestitum, sed eiusmodi specie tenus extitisse, et apparuisse talem ac specie sola universa fecisse. Idem corporum resurrectionem repudiat: vetus testamentum, quod per Moysen ac prophetas traditum est, tanquam alienum a deo reiicit. Christum e coelo atque ab ignoto Patre descendisse ideo putat, ut hic mundi conditoris atque opificis imperium ac tyrannidem everteret, id quod aliae pleraeque haereses existimant. Romae igitur brevi ille tempore commoratus suum Marcioni virus aspersit, quem etiam successorem habuit.

Verum cum non minus ceteris haeresis ista deprehendi ac redargui facile possit, paucis quae ad eam pertinent complectar, eiusque refellendae ab illis ipsis eorum decretis initium arcessam. Etenim duo simul rerum esse Principia nequaquam posse manifestum est. Nam aut duo ab uno manarunt aliquo, aut unum secundum est, alterum secundi caussa rursus ac principium. Quaerendum igitur est quaenam amborum caussa sit, aut quod ex illis principium sit alterius, ut diximus; sicque ad unum omnino referenda cogitatio, quod primum occurrit, a quo secundum aut ambo illa proficisci demonstravimus. Duo porro simul ut Principia sint fieri penitus non potest; sed nec unum potest ab altero differre. Si enim differunt, duo sint oportet. Duo vero si numerentur, singularem numerum excedunt. Cum autem unicus iste ac primus numerus quaeratur, duo illa Principia uni ac supremo subiicientur, a quo velut a caussa duo reliqua pendeant. Neque enim duo illa post singularem numerum atque unicum primumque Principium sui esse caussa possunt ipsorum, cum singularis ac supremus nihilominus numerus inquiratur. Fingamus enim eiusmodi esse duo ut inter sese consentiant ac communiter gaudeant, sibique consentanea sint invicem, ita ut uno volente ac libente adhaereat alterum, et ipsum quoque alterius coniunctione delectetur, quaenam esse potest inter utrumque dissensio? Sin mutuo reluctantur ac sibi aequaliter resistunt, non poterit Chri- Cap. II.

coniecturam, secundum auctoritatem cod. Rhedig. Vulgo extat εἰ.

2. *Suspicor* καὶ ὡς ἔφην.

3. *Suspicor* οὖσαι συμφωνίας, καὶ *cett.*

οὐκέτι Χριστὸς, ὁ ἐλθὼν διὰ τὴν ἀθέτησιν τῆς μιᾶς, δυνήσεται καταλῦσαι τὴν ταύτην τυραννίδα, αὐτῆς ἀντεχούσης καὶ δυναμένης πρὸς τὴν ἄνω ἀόρατον καὶ ἀκατονόμαστον ἀγωνίζεσθαι, ἀντέχειν τε καὶ μηδέποτε δύνασθαι καταλύεσθαι.

Κεφ. γ'. *Λέγει δὲ ὁ ἠλίθιος καὶ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας τῆς φαύλης καὶ ἐναντίας εἶναι Ἀρχῆς, τὸν δὲ Χριστὸν τῆς ἀγαθῆς. Πόθεν οὖν οἱ προφῆται τὰ εἰς Χριστὸν τετυπωμένα προανεφώνησαν, εἰ μὴ μία ἦν καὶ ἡ αὐτὴ Δύναμις ἡ λαλήσασα ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις καὶ εὐαγγελίοις; καθάπερ λέγει, Ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ, πάρειμι, καὶ τὰ ἑξῆς. Πόθεν δὲ καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ προανεφώνει, λέγων, Εἰ Μωϋσεῖ ἐπιστεύετε, καὶ ἐμοὶ ἂν ἐπιστεύετε, ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἔγραψε; Καὶ πολλά μοι ἔστι περὶ μαρτυριῶν λέγειν, καθὼς συναγείρας σχολὴν ἑαυτῷ ἐποίησεν ὁ ἐπὶ συγκυρήματι πονηρῷ τῷ κόσμῳ ἐπιβλαστήσας καὶ πλανήσας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένους. Παρελεύσομαι δὲ καὶ [1] ταύτης, ὡσεὶ [2] βέμβικος καὶ πεμφρηδόνος τῶν ὀδυνοποιῶν ἐκ πετεινῶν κνωδάλων ὁρμωμένων ὑπὸ μίαν θῆξιν ἐκπετασθέντων, τὴν ἀνάλωσιν ποιησάμενος, διὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργεστάτης πίστεώς τε καὶ σωτηριώδους διδασκαλίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ εἰπόντος, Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε, πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ψευδοπροφῆται· καὶ τοῦ ἀποστόλου περὶ τῶν αὐτῶν ψευδοχρίστων καὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ ψευδαδέλφων φήσαντος καὶ ἡμᾶς ἀσφαλισαμένου ἐπὶ τὰς ἑξῆς κατὰ τὴν ἀκολουθίαν [3] προβαίνων τῶν ἄλλων ποιήσομαι τὴν ὑφήγησιν.*

pag. 302.

ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΙΩΝΙΣΤΩΝ,

εἰκοστὴ δευτέρα, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ δευτέρα.

Κεφ. α'. *Μαρκίων, ἀφ' οὗπερ Μαρκιωνισταὶ, ἐκ τούτου τοῦ προειρημένου Κέρδωνος τὴν πρόφασιν εἰληφὼς καὶ αὐτὸς μέγας ὄφις προῆλθε τῷ βίῳ, πολὺ δὲ πλῆθος ἐξαπατήσας ἔτι εἰς δεῦρο εἰς πολλοὺς τρόπους προεστήσατο διδασκαλεῖον. Ἡ δὲ αἵρεσις ἔτι καὶ νῦν ἔν τε Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ἐν Αἰγύπτῳ τε καὶ ἐν Παλαιστίνῃ, ἐν Ἀραβίᾳ τε καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ, ἐν Κύπρῳ τε καὶ Θηβαΐδι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Περσίδι καὶ ἐν ἄλλοις τόποις εὑρίσκεται. Μεγάλως γὰρ ὁ πονηρὸς ἐν αὐταῖς κατίσχυσε τὴν ἀπάτην. Οὗτος τὸ γένος Ποντικὸς ὑπῆρχεν, Ἑλενοπόντου δέ φημι, Σινώπης δὲ πόλεως, ὡς πολὺς περὶ αὐτοῦ ᾄδεται λόγος. Τὸν δὲ πρῶτον αὐτοῦ βίον παρθενίαν δῆθεν ἤσκει. Μονάζων γὰρ*

Cap. III. — 1. ταύτης *postulat sententia, non* ταύτην, *quod vulgo extat. Et illud, quemadmodum suspicor, voluit etiam qui scripsit codicem Rhedigeranum, in quo deprehendi* ταύτῃ.

2. *Sic emendavit Petavius in Animadvv. ad h. l., postquam in editionis margine proposuit* μύρμηκος. *V. Nicandr. Alexiph.*

stus, qui ad alterum extinguendum accessit, tyrannicum eius dominatum evertere, utpote quod acriter obsistat et adversus supremum illud, quod nec videri nec nominari potest, sic pugnet ac refragetur, nulla ut vi deiici sese patiatur.

Quod autem insanus ille legem ac prophetas existimat a deteriori ac contrario esse Principio, a meliore vero Christum, si id verum est, quomodo quae ad Christum attinebant prophetae certis figurarum involucris obtecta vaticinati sunt nisi una eademque vis esset quae in lege pariter ac prophetis atque evangeliis locuta sit? Quemadmodum dicit qui loquebar in prophetis: *Ecce adsum etc.* Praeterea cur dominus in evangelio praedicaret, *Si Moysi crederetis, crederetis forsitan et mihi, de me enim ille scripsit?* Plura equidem de eiusmodi testimoniis in medium afferre possem, quibus accumulatis scholam ille sibi conflavit, qui infelici quodam fato communem ad orbis perniciem effloruit, ac sectatores suos in fraudem impulit. Sed hanc ego quoque praetermittam, postquam eam memycis cuiusdam ac pemphredonis (quod vespae genus est) instar, quae et ictu dolorem incutiunt et ex pennatorum insectorum genere sunt, uno contactu obtrituque profligavi, efficacissima dei fide ac salutari domini nostri Iesu Christi doctrina subnixus, qui dixit, *Videte ne decipiamini: multi enim venient pseudoprophetae.* Cumque et apostolus de iisdem ementitis Christis ac magistris falsisque fratribus locutus cautiores nos reddiderit, ad reliquas, prout ordine sese offerunt, transferenda nobis est oratio.

Cap. III. — Isai. 58, 9. — Ioann. 5, 46. — Luc. 21, 8. et Marc. 13, 22.

CONTRA MARCIONISTAS,
quae est haeresis XXII., vel XLII.

Cap. I.

Marcion, a quo Marcionistae nominati sunt, a Cerdone illo novi dogmatis occasionem arripiens, ingens et ipse coluber in orbem terrarum invectus est. Qui infinita hominum multitudine variis artibus ad hoc usque tempus illusa ludum erroris aperuit. Atque haec haeresis hodie non modo Romae et in Italia reperitur, sed et Aegyptum ac Palaestinam, nec non Arabiam ac Syriam, Cyprum ac Thebaidem, imo etiam Persidem aliasque regiones longe est lateque pervagata. Quibus in locis plurimum nequissimus daemon calliditate sua ac fraudulentia profecit. Fuit iste genere Ponticus, ex ea parte quae Helenopontus dicitur, oppido Sinope, quemadmodum frequenti de eo fama percrebuit. Qui initio vitae scilicet castitatem

183. c. *schol. Epiphanii libri vulgo praebent* μέμυκος.

3. *Ita correxi. Libri enim habent* προβαινόντων τῶν ἄλλων.

ὑπῆρχε, καὶ υἱὸς ἐπισκόπου τῆς ἡμετέρας ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. Χρόνου δὲ προϊόντος προςφθείρεται παρθένῳ τινὶ, καὶ ἐξαπατήσας τὴν παρθένον ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτήν τε καὶ ἑαυτὸν κατέσπασε, καὶ τὴν φθορὰν ἀπεργασάμενος ἐξεοῦται τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρός. Ἦν γὰρ αὐτοῦ ὁ πατὴρ δι' ὑπερβολὴν εὐλαβείας τῶν διαφανῶν καὶ σφόδρα τῆς ἀληθείας ἐπιμελομένων, διαπρέπων ἐν τῇ τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίᾳ. Πολλὰ δῆθεν ὁ Μαρκίων καθικετεύσας, καὶ αἰτήσας μετάνοιαν, οὐκ εἴληφε παρὰ τοῦ ἰδίου πατρός· πόνος γὰρ εἶχε τὸν ἀξιόλογον γέροντα καὶ ἐπίσκοπον ὅτι οὐ μόνον ἐξέπεσεν ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῷ τὸ αἶσχος ἔφερεν. Ὡς τοίνυν οὐκ ἔτυχε παρ' αὐτοῦ διὰ τῆς κολακείας ὧν ἐδέετο, μὴ φέρων τὴν ἀπὸ τῶν πολλῶν χλεύην ἀποδιδράσκει τῆς πόλεως τῆς αὐτῆς, καὶ ἄνεισιν εἰς τὴν Ῥώμην αὐτὴν, μετὰ τὸ τελευτῆσαι Ὑγῖνον τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης. Οὗτος δὲ ἔνατος ἦν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἀποστόλων. Καὶ τοῖς ἔτι πρεσβύταις περιοῦσι, καὶ ἀπὸ τῶν μαθητῶν τῶν ἀποστόλων [1] ὁρμωμένοις, συμβάλων ᾔτει συναχθῆναι, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ συγκεχώρηκε· ζήλῳ λοιπὸν ἐπαρθεὶς, pag. 303. ὡς οὐκ ἀπείληφε τὴν προεδρίαν τε καὶ τὴν εἴςδυσιν τῆς ἐκκλησίας, ἐπινοεῖ ἑαυτῷ καὶ προςφεύγει τῇ τοῦ ἀπατεῶνος Κέρδωνος αἱρέσει.

Κεφ. β'. Καὶ ἄρχεται, ὡς εἰπεῖν, ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς καὶ ὡς ἀπὸ θυρῶν τῶν ζητημάτων, προτείνειν τοῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρεσβυτέροις τοῦτο τὸ ζήτημα, λέγων, Εἴπατέ μοι, τί ἐστι τὸ, Οὐ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς, οὐδὲ ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή γε, καὶ τὸ πλήρωμα αἴρει καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνήσει· μεῖζον γὰρ γενήσεται σχίσμα. Καὶ ὡς τοῦτο ἤκουσαν οἱ ἐπιεικεῖς καὶ πανάγιοι τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας πρεσβύτεροι καὶ διδάσκαλοι, τὸν τῆς ἀκολουθίας καὶ ἁρμονίας ἀποδιδόντες λόγον καὶ φράζοντες αὐτῷ μετὰ ἐπιεικείας ἔλεγον, Τέκνον, τοῦτό ἐστιν ἀσκοὶ παλαιοὶ, αἱ τῶν Φαρισαίων καρδίαι καὶ γραμματέων, παλαιωθεῖσαι ἐν ἁμαρτήμασι, καὶ μὴ δεξάμεναι τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου· καὶ τὸ ἱμάτιον τὸ παλαιὸν, ὡς ὁ Ἰούδας παλαιωθεὶς ἐν φιλαργυρίᾳ οὐκ ἐδέξατο τοῦ καινοῦ καὶ ἁγίου καὶ ἐπουρανίου μυστηρίου κήρυγμα, τὸ τῆς ἐλπίδος· καί τοι συναφθεὶς τοῖς ἕνδεκα ἀποστόλοις καὶ κληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου περισσότερον σχίσμα ἔσχε δι' ἑαυτοῦ, μηδενὸς αὐτῷ αἰτίου γενομένου, ἐπειδὴ ἡ διάνοια αὐτοῦ οὐ συμπεφώνηκε τῇ ἄνω ἐλπίδι καὶ ἐπουρανίῳ κλήσει τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀντὶ τῶν ἐνταῦθα χρημάτων τε καὶ κόμπου καὶ φιλίας παρερχομένης, ἐλπίδος τε καὶ ἡδονῆς. Ὁ δὲ, Οὐχ οὕτως, φησὶν, ἀλλὰ ἄλλα ἐστὶ παρὰ ταῦτα, ἀντιλέγων ὁ Μαρκίων, ἐπειδὴ μὴ ἠθέλησαν αὐτὸν δέξασθαι. Τοῦτο οὖν φανερῶς αὐτοῖς ἔλεγε· Τί μὴ ἠθελήσατέ με ὑποδέξασθαι; Τῶν δὲ λεγόντων ὅτι,

CAP. I. — 1. ὁρμωμένοις *abest ab edit. princ. Adiecit Petavius ex cod. Vaticano.*

prae se ferens monachorum instituta professus est, parente natus catholicae communionis episcopo. Postea cum virginem quandam adamasset ac fraudibus pellexisset, ab spe vitae coelestis illam iuxta ac semetipsum deiecit. Ob hunc igitur incestum ecclesia ab ipso parente pulsus est, viro cumprimis religioso ac veritatis amore flagrantissimo, et in hac episcopalis muneris administratione praestanti. Cui cum Marcio diu multumque supplicasset ac poenitentiam postulasset, hanc a patre precibus nullis obtinuit. Vehementem siquidem ex ea re dolorem optimus senex et episcopus ceperat, quod non ille solum excidisset, sed et ignominiam sibi ac dedecus imposuisset. Ergo ubi se nullis artibus eblandiri posse quod cuperet animadvertit, popularium suorum probra ac ludibria non sustinens clam ab oppido secessit, ac Romam post Hygini papae obitum sese contulit, qui a Petro Pauloque apostolis nonus ecclesiae praefuerat. Eo statim ac Marcion pervenit, ad seniores adiens qui ab apostolorum discipulis edocti adhuc supererant, ut in communionem admitteretur, ab iis frustra petiit. Quamobrem exstimulatus invidia, quod non principem illic locum, ac ne ecclesiae quidem aditum impetrasset, ad impostoris Cerdonis haeresin confugere in animum induxit.

Tum ab ipso principio, ipsisque, ut ita dixerim, quaestionum foribus exorsus presbyteris qui tunc temporis erant coepit ista proponere. *Cedo*, inquit, *quid hoc sibi vult: Non mittunt vinum novum in utres veteres, neque commissuram panni rudis in vestimentum vetus, alioqui tollit plenitudinem, neque veteri congruet; maior enim scissura fit?* quod candidi illi ac sanctissimi dei ecclesiae presbyteri ac doctores audientes hunc in modum respondebant: Fili, veteres illi utres nihil aliud sunt quam Pharisaeorum Scribarumque corda, quae peccatis inveteraverant, nec evangelii doctrinam admiserant. Eodemque vetus illud vestimentum pertinet. Cuiusmodi Iudas extitit, qui in avaritiae tanquam vetustate quadam obsoleverat, neque novi ac sanctissimi, coelestisque mysterii praedicationem accepit, tametsi ad undecim apostolos esset aggregatus et ab ipso domino vocatus, ex quo maiorem scissuram non alio quam ipsomet sibi auctore conscivit; propterea quod eius animus caducis his opibus ac fastu fluxaque hominum amicitia ac spe voluptateque contemptis nequaquam se coelestem ad spem ac futurorum bonorum vocationem accommodaverat. At haec contradicere Marcion, ac longe secus id habere se dicere, pro eo quod admittere sese detrectassent. Quare palam eos alloquens, Cur me, inquit, recipere noluistis? Responderunt illi,

Cap. II.

Matth. 9, 17.

Οὐ δυνάμεθα ἄνευ τῆς ἐπιτροπῆς τοῦ τιμίου πατρός σου τοῦτο ποιῆσαι, μία γάρ ἐστιν ἡ πίστις, καὶ μία ὁμόνοια, καὶ οὐ δυνάμεθα ἐναντιωθῆναι τῷ καλῷ συλλειτουργῷ, πατρὶ δὲ σῷ, ζηλώσας λοιπὸν, καὶ εἰς [1] μέγαν ἀρθεὶς θυμὸν καὶ ὑπερηφανίαν, τὸ σχίσμα ἐργάζεται ὁ τοιοῦτος, ἑαυτῷ τὴν αἵρεσιν προστησάμενος, καὶ εἰπὼν ὅτι, Ἐγὼ σχίσω τὴν ἐκκλησίαν ἡμῶν, καὶ βαλῶ σχίσμα ἐν αὐτῇ εἰς τὸν αἰῶνα· ὡς τἀληθῆ μὲν σχίσμα ἔβαλεν οὐ μικρὸν, οὐ τὴν ἐκκλησίαν σχίσας, ἀλλ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς αὐτῷ πεισθέντας.

Κεφ. γ'. *Ἔλαβε δὲ τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ προειρημένου Κέρδωνος, γόητος*
pag. 301. *καὶ ἀπατηλοῦ. Καὶ αὐτὸς μὲν γὰρ δύο κηρύττει ἀρχάς. Προςθεὶς δὲ πάλιν ἐκείνῳ, φημὶ τῷ Κέρδωνι, ἕτερόν τι παρ' [1] ἐκεῖνον δείκνυσι, λέγων τρεῖς εἶναι ἀρχὰς, μίαν μὲν τὴν ἄνω ἀκατονόμαστον καὶ ἀόρατον, ἣν καὶ ἀγαθὸν θεὸν βούλεται λέγειν, μηδὲν δὲ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κτίσασαν, ἄλλον δὲ εἶναι ὁρατὸν θεὸν, [2] καὶ κτιστὴν καὶ δημιουργὸν, διάβολον δὲ τρίτον, ὡς εἰπεῖν, καὶ μέσον τῶν δύο τούτων, τοῦ τε ὁρατοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου· τὸν δὲ κτιστὴν καὶ δημιουργὸν καὶ ὁρατὸν θεὸν εἶναι τῶν Ἰουδαίων, εἶναι δὲ αὐτὸν κριτήν. Παρ' αὐτῷ δὲ τῷ Μαρκίωνι καὶ παρθενία κηρύσσεται. Νηστείαν δὲ [3] καὶ τὸ σάββατον κηρύττει. Μυστήρια δὲ δῆθεν παρ' αὐτῷ ἐπιτελεῖται, τῶν κατηχουμένων ὁρώντων. Ὕδατι δὲ οὗτος ἐν τοῖς μυστηρίοις χρῆται. Τὸ δὲ σάββατον νηστεύει διὰ τοιαύτην αἰτίαν· Ἐπειδὴ, φησὶ, τοῦ θεοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ἡ ἀνάπαυσις τοῦ πεποιηκότος τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀναπαυσαμένου, ἡμεῖς νηστεύσωμεν ταύτην, ἵνα μὴ τὸ καθῆκον τοῦ θεοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐργαζώμεθα. Τὴν τῆς σαρκὸς δὲ ἀθετεῖ ἀνάστασιν, καθάπερ πολλαὶ τῶν αἱρέσεων, ψυχῆς δὲ ἀνάστασιν εἶναι λέγει, καὶ ζωὴν καὶ σωτηρίαν μόνης. Οὐ μόνον δὲ παρ' αὐτῷ ἓν λουτρὸν δίδοται, ἀλλὰ καὶ ἕως τριῶν λουτρῶν, καὶ ἐπέκεινα ἔξεστι διδόναι παρ' αὐτοῖς τῷ βουλομένῳ, ὡς παρὰ πολλῶν ἀκήκοα. Συμβέβηκε δὲ τοῦτο γενέσθαι αὐτῷ, τὸ ἐφίεσθαι τρία λουτρὰ δίδοσθαι, δι' ἣν ὑπεῖχε χλεύην παρὰ τῶν αὐτὸν ἐγνωκότων μαθητῶν αὐτοῦ, ἐκ παραπτώματός τε καὶ φθορᾶς τῆς εἰς τὴν παρθένον γεγενημένης. Ἐπειδὴ φθείρας ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει τὴν παρθένον καὶ, ἀποδράσας μὲν, ἐν παραπτώματι μεγάλῳ εὑρέθη, ἐπενόησεν ὁ ἀγύρτης ἑαυτῷ δεύτερον λουτρὸν, φήσας ὅτι, Ἔξεστιν ἕως τριῶν λουτρῶν, τουτέστι τριῶν βαπτισμῶν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δίδοσθαι, ἵν' εἴ τις παρέπεσεν εἰς τὸ πρῶτον, λάβῃ δεύτερον μετανοήσας, καὶ τρίτον ὡσαύτως, ἐὰν ἐν παραπτώματι μετὰ τὸ δεύτερον γένηται. Φέρει δὲ δῆθεν ἵνα τὴν ἑαυτοῦ χλεύην ἀνασώσῃ εἰς παράστασιν αὐτοῦ, ὅτι τὸ μετὰ τὸ αὐτοῦ παράπτωμα πάλιν ἐκαθαρίσθη καὶ λοιπὸν ἐν ἀθώοις ὑπάρχει, μαρτυρίαν περὶ τούτου ψευδηγορῶν ὡς [4] πιθανὴν, δυναμένην ἐξαπατῆσαι, οὐ*

CAP. II. — 1. *Ita scripsit Petavius cod. Vatic. secutus. In edit. princ. extat* μέγα

Nobis iniussu venerandi patris tui facere istud non licet. Una siquidem fides est, et animorum una consensio: neque contra spectatissimum collegam patrem tuum moliri quippiam possumus. At ille vehementius excandescens ac superbia invidiaque percitus schisma conflavit, ac privatam haeresin architectatus est, et, Ecclesiam, ait, vestram ego dissociabo, in eamque schisma sempiternum immittam. Quod ille revera nec mediocre quidem iniecit, non ita tamen ut ecclesiam, sed ut se potius ac suos discinderet.

Cuius ei schismatis argumentum nebulo ille et impostor Cerdo Cap. III.
praebuit. Nam et duo ipse Principia constituit. At Marcio tertium ad illius dogma Principium adiecit, ut omnino tria sint: quorum unum sit supremum, quod neque nomine comprehendi neque visu percipi possit, quem et Bonum Deum appellat, a quo nihil sit eorum quae in mundo sunt conditum. Alterum vero Deum esse dicit aspectabilem ac Creatorem. Tertium denique Diabolum inter ambos illos, aspectabilem scilicet et eum qui aspici nequit interiectum. Ex iis qui Creator est et opifex, viderique potest, Iudaeorum esse deum, eundemque Iudicem. Ceterum virginitas a Marcione praedicatur. Ieiunium et sabbato observari praecipit. Mysteria catechumenis cernentibus apud illum celebrantur. Ad haec vero mysteria aquam adhibet. Sabbato ob eam caussam ieiunium sanxit. Cum enim ait, Iudaeorum dei, qui hunc mundum fabricavit, illa sit requies, cum die VII. requieverit, eadem nos ieiunare instituimus, ne Iudaeorum dei ritibus uti videamur. Carnem negat resurgere, idque habet plerisque cum haeresibus commune. Animae duntaxat resurrectionem ac vitam unius et salutem asserit. Baptismo non semel. sed tertio apud illos initiantur. Quod fieri idcirco concessit, quod a discipulis suis, quibus fuerat cognitus, ob delictum illud ac virginis stuprum ludibrio esset habitus. Nam cum virginem in patria constuprasset. et ingentis flagitii convictus aufugisset, alterum sibi circumforaneus iste baptismum adscivit, licere pronuntians ter omnino aquis elui ac baptismo peccatorum ad condonationem expiari, ut si quis post usurpatum priorem peccaverit, ad secundum cum poenitentia confugiat, similiterque tertium, si post secundum iterum se delictis obstrinxerit. Quod ad infamiae suae remedium excogitavit, quo se rursum post facinus purgatum et inter innocentes numerandum esse persuaderet. Ad quod etiam falso testimonium quoddam accommodat, quod specie ipsa probabile possit videri, etsi non eo

ἀρξεὶς ϑύμου.

Cap. III. — 1. *Libri ἐκείνου.*

2. *Verba καὶ κτίστην, quae desiderantur in edit. princ., Petavius adiecit ex cod. Vaticano.*

3. *κατὰ emendat Petavius in Animadvv.*

4. *πειϑανὴν edit. princ.*

τοῦτο δὲ σημαίνουσαν ὃ αὐτὸς λέγει, ὅτι φησὶ, Βαπτισθεὶς ὁ κύριος ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς, Βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι,
pag. 305. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη τετέλεκα αὐτό; καὶ πάλιν, Ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη πληρώσω αὐτό; Καὶ οὕτω τὸ διδόναι πλείω βαπτίσματα ἐδογμάτισεν.

